8°
B.S.
Y-89

Digitized by Google

3 vols

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA LVBECENSIS.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

VOL. I.



LVBECAE

SVMTV IO. CHRIST. SCHMIDII

TYPIS IO. NIC. GREENII, AMPLISS. SENAT. TYPOGR. A. MDCCXXV.

Jo. Died. Winckleri.
Lipsiae. 1736.

Digitized by Google

VIRO.

ILLVSTRI. MAGNIFICO. CONSVL-
TISSIMO.

ADOLPHO. MAT-
THAEO. RODDIO.

REIPVBLICAE. LVBECENSIS.

CONSVLI. PRIMARIO.

PIETATIS.

IVSTITIAE.

LITERARVM.

NVTRITORI.

ET.

PATRONO. PVBLICO.

QVOD

Digitized by Google

QVOD.

CIVIVM. COMMODA.

MVSARVM. FLOREM.

REIPVBLICAE. SALVTEM.

MEDITATVR. VNICE.

LONGVM. ET. FELICEM.

CONSVLATVM.

ET.

NOMINI. TANTO. TVTELARI.

BIBLIOTHECAE. HVIVS.

VOLVMEN. PRIMVM.

PRO. VOTO. ET. DEVOTIONE.

CONSECRAMVS.

EDITORES.

Con-

Digitized by Google

Contenta.

I. IAC. a MELLE Comment. de Simulachris Aureis, quae in Boringholmia, maris Balthici inſula, agris eruuntur. pag. 1.

II. GOTTFR. KOHLREIFFII Comm. de Hoſtium Verit. Euang. in Iudicio extremo contra ſe ipſos Teſtimonio, ſecundum aſſeuerat. diuin. Iudic. fut. Jeſ. XLV. 23. 24. pag. 21.

III. IO. HERM. ab ELSWICH Obſerv. de Vulgario, ad Apol. Aug. Conf. Art. IV. p. 47.

IV. IO. HERBINII ad BALTH. BEBELIVM Epiſtola, Hiſtoriam Lutheraniſmi in Polonia illuſtrans. p. 64.

V. HENR. BRAKERI Obſ. Sel. in Libros Symbolicos, Serv. Lupum, Lycophronem, Philoſtratum & Andream Cretenſem. p. 71.

VI. Status praeſens ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS. p. 93.

VII. Recenſiones Librorum. p. 140.

VIII. Nova Literaria. p. 177.

LECTO-

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO
S. P. D.

M. HENRICVS SCHARBAV,
V. D. M.

M. SAM. GERH. a MELLE,
V. D. M.

et

IO. HENR. a SEELEN
Gymn. Lubec. Rect.

NOn exigua hactenus commoda experta eſt reſpublica literaria ex ſocietatibus, quas viri eruditi ingreſſi ſunt, ut junctis viribus eas vel ſcientias, vel lingvas excolerent, quibus exaſciandis unus haud ſufficeret. Horum valde laudandum inſtitutum illi quodam modo imitati ſunt, qui eruditas breveſqve & peri-

perituras, ſi ſeorſim extarent, obſervationes in unum corpus collegerunt & ab interitu vindicarunt, viroſqve cæteroqvin diſſitos ſocietatem inire eruditam voluerunt. Nam etſi diverſa utrinqve ratio ſit, illis ad unam ſive ſcientiam ſive lingvam amplificandam manus operaſqve jungentibus; his de diverſis & non cohærentibus invicem rebus ſcribentibus; tamen non niſi diverſa via ad eundem ſcopum, augendam nempe ornandamqve rem literariam, tenditur. Unde non iſtæ ſolum ſocietates literariæ, ſed & hæ ſcriptorum miſcellaneorum collectiones approbationem orbis eruditi obtinuerunt. Cujus generis ſcripta, petito ex architectura antiqva & Vitruvio vocabulo, opera teſſellata dixeris.

Optavimus aliqvamdiu, poſtqvam jucunda terris & oris his pax reddita fuit, qvi jam erudito lectori inſtituti noſtri rationem pandere aggredimur, ut heic loci ſimile qvid tentaretur, viriqve hujus & vicinarum regionum eruditi, ſymbolas ſuas conferrent, ut ſcirent exteri, literas hic neqvaqvam frigere. Sed cum fruſtra hactenus expectaverimus, convenimus tandem, noſtras jungere operas, viroſqve, qvorum vel in ſcriniis vel pectoribus deliteſcunt breviuſcula & digna, qvæ in lucem prodeant, obſervata, omnibus modis rogare, velint eadem benigne promere nobiſqve communicare, qvo & frui reſpublica literaria

eorum

eorum curis poſſit, & ipſi juſtas eruditionis ſuæ laudes reportare. Dudum ſcilicet obſervatum eſt, breviuſculas ejuſmodi obſervationes plus ſæpe bonæ frugis exhibere, qvam moles iſtæ chartaceæ complectuntur, qvibus aliqvi orbem magis onerant, qvam ornant; neqve eruditionem ex πολυγραφίᾳ *ſcripturientis ingenii eſſe metiendam. Multis qvippe neqve expedit, neqve vacat, animum ad condenda volumina appellere: His tamen ſæpius inter legendum meditandumve ſubnaſcuntur cogitata, qvæ ſcribendo qvidem peculiari libro ſunt anguſtiora, digna tamen, qvæ in dias luminis auras protrahantur. Et huic qvidem fini inſervire optime poſſunt collectiones iſtæ Symbolarum & obſervationum varii generis, qvalem & nos bono cum DEO inſtituere aggredimur.*

Titulum noſtro operi præfigimus **Bibliotheca Lubecenſis.** *Ut enim Bibliotheca vox eo ſenſu antiqvis & noſtris temporibus adhibetur; ita eo magis idem nobis nomen arridet, qvoniam vicinæ civitates ſuas Bibliothecas orbi erudito aperuerunt. Ut vero a pluribus aliis hæc noſtra Bibliotheca diſcerni poſſit, â loco, qvo collectio hæc inſtituitur, Lubecenſis dicitur. Neqve tamen dividiæ erit præmonere, qvid in hac noſtra Bibliotheca Lubecenſi exſpectandum ſit benevolis Lectoribus, certaſqve leges*

 con-

condere, qvibus & nobis, & iis, qvi Symbolas ſuas adjicere & communicare nobiſcum cupiunt, ſubſcribendum erit.

Prima noſtra cura erit circa obſervationes Philologico-critico-exegeticas, ad illuſtrationem ſacri codicis, tam novi, qvam veteris fœderis facientes. Nam ut hujus generis obſervationes non parum faciunt ad ſenſum ſacrorum ſcriptorum eruendum & ſtabiliendum, ita ex tot obſervatis ſperandum eſt, proditurum aliqvando theſaurum philologicæ eruditionis ampliſſimum. Neqve tamen minus jucundum, aut a ſcopo noſtro alienum erit, ſi qvis reliqvis etiam ſcriptoribus, ſive ex Græca, ſive Latina philologia lucem fœnerari, aut illuſtrandæ lingvæ Teutonicæ inſervientia inſerere velit.

Locum porro hic occupabunt obſervationes ad illuſtrationem hiſtoriæ eccleſiaſticæ, tam antiqvæ & mediæ, qvam recentioris facientes. Utut enim viri omnium ordinum eruditi non exiguam induſtriam & eruditionem hactenus attulerint, ad hunc eruditionis elegantisſimæ campum pervagandum; nondum tamen adeo omnes ejus angulos perreptarunt, ut nihil relictum ſit induſtriæ noſtri ævi. Allaborabimus præcipue communicare cum orbe erudito documenta inedita huc ſpectantia, epiſtolaſqve Theologorum, qvæ non exiguo adjumento ſunt ad ſtatum Eccleſiæ dignoſcendum, & ad notitiam clarisſimorum virorum & characterum animorum hauriendam. Inprimis dulce erit, fata regni

Chriſti

Chriſti & Eccleſiæ in oris hiſce & regnis ſeptentrionalibus enarrare, ubi ampliſſimum campum & lætisſimam ſegetem ſperamus.

Numerum eqvidem ephemeridum augere neqvaqvam volumus; inſeremus tamen ſingulis faſciculis qvædam ad ſtatum reipublicæ literarium in hiſce vicinis regionibus & regnis ſpectantia. Qva ratione in commodum exterorum reſtaurabitur qvodammodo interrupta aliqvamdiu Novorum Literariorum maris Balthici collectio. Hinc nonnunqvam exhibebimus recenſiones librorum recens editorum, præſertim, ſi in reliqvis ephemeridibus recenſiti nondum ſint, aut etiam olim editorum, ſi ſint rarisſimi: Opuſcula qvoqve breviora, qvæ & raritate & utilitate ſe commendare poſſunt, occaſione data protrahemus in lucem, ut genio adeo præſentis ſeculi qvodammodo ſatis fiat. Recenſebimus pariter ſtatum præſentem Academiarum, Miniſteriorum, Gymnaſiorum & Collegiorum earum præcipue regionum atqve urbium, qvas mare Balthicum alluit, Vitaſqve Eruditorum, qvi ex hac vita migrabunt.

Qvamvis autem illi, qvi hactenus ſimilia ſcripta collegerunt, certum ſibi tempus præfixerint plerumqve, faſciculis & voluminibus orbi exhibendis; ex re etiam lectorum eſſe videatur, ſcire, qvo tempore exſpectare continuationem laboris poſſint: multa tamen contra incommoda ſenſimus, qvibus preſſi fuerunt illi, qvi adeo temporis & clepſydrarum jugum in ſe ſuſceperunt. Nam & ſuis qvando-

que ſtare promiſſis non potuerunt, neque delectus & elaborationis rationem habere, cum opus fuerit, ut promiſſis ſatisfacerent, compilare, quæ ſolum ad implenda folia facere poterant. Quamobrem temporis leges nobis non præfigemus. Curæ tamen nobis cordique erit, ne vel mole ſua opus lectorem obruat & defatiget, neque ex nimia cunctatione aut diligentia noſtra, aut ardor in ſuſpicionem veniat.

Nomina virorum eruditorum, qui pro humanitate ſua obſervationes ſuas hic inſerendas nobiſcum communicabunt, præmittemus ſingulis obſervationibus, rogatos tamen eos ſimul volumus, ut σύνοψιν earundem addant: quandoqvidem & lectorem valde juvat, in compendio videre, quæ in diſſertationibus uberius dicuntur, & qvilibet verba ſua optime interpretari & in compendium redigere poteſt. Si tamen cui placet, ut ipſius nomen vel reticeamus, vel initiales ſaltem literas apponamus, perinde erit, nobis tamen, ut literis transmiſſis nomen addat, æqvum eſſe videtur.

Nolumus autem in ſocietatem laboris noſtri admittere niſi Lutherano-Evangelicos, cum hæc præſertim religio in his & reliquis regionibus, quarum viros eruditos inprimis imploramus, per DEi gratiam floreat. Interim etſi veritatem magni faciamus, ſcripta tamen eriſtica in hoc noſtro opere locum non invenient. Nam uti rarius accidit, ut acerba ſtyli facundia

Digitized by Google

dia animum diſſentientis in melius flectat, ita malumus amarulentis controverſiis hîc abſtinere, ut noſtra poſſimus aliqvando facere verba Ovidii in Ib. v. 11. ſqq:

Tempus ab hoc luſtris jam bis mihi qvinqve peractis
Omne fuit Muſa carmen inerme mea
Nullaque, quæ poſſit, ſcriptis tot millibus, extat
Littera Naſonis, ſangvinolenta legi.

Quamvis igitur veritas & analogia fidei ſuprema nobis lex ſit, non diſplicebunt tamen nobis obſervationes novæ & ab antiqvis aliqvando diſſentientes, modo id fiat ſine acrimonia & felle; probe tamen gnari ſumus, pruritum novitatis multos ſeduxiſſe, ut veritatis jacturam paſſi ſint. Legem hic nobis figat Pindarus, qui in Olympionicis oda IX, Antiſtr. B. v. 15. 16. canit

αἴνει δὲ παλαιὸν
μὲν οἶνον, ἄνθεα δ᾽ ὕμνων
νεωτέρων.

Vetus quidem vinum lauda, flores autem hymnorum recentium.

Præterea valde rogamus benevolos inſtituti noſtri æſtimatores atque promotores, ut in iis, qua hîc inſeri cupiunt, brevitatis habeant rationem, ne ſingulæ obſervationes plagulas tres aut quatuor excedant. Anguſtia enim faſciculorum

ma-

majores labores non capit. Neque ſolemus ſcripta menſurare juxta quantitatem molis (ſi ita liceat loqvi,) ſed virtutis, aut, ut loquamur cum Zenone apud Laertium L. VII. edit. Lond. in fol. p. 169. ὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ το εὖ, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα κεῖται. *Non in magnitudine bonitas, ſed in bonitate rerum magnitudo conſiſtit.*

Aditum nemini eruditorum præcludemus, interim imprimis eruditos maris Balthici accolas & in vicinis regionibus & regnis degentes rogamus, ut ſymbolas ſuas nobiſcum communicent & erudito orbi offerant. Poterunt, qui inſtitutum noſtrum promovere cupiunt, literas ſuas tabellariis tradere. Qvi vero remotius vivunt, aut mari Germano orbe diviſi ſunt, easdem mercatoribus & nautis, qui ex hac urbe ad ſingulos maris Balthici accolas frequenter currunt, tradant, qui ut ad manus noſtras tuto perveniant, curabunt. Poterunt vero etiam literæ inſcribi Johanni Chriſtiano Schmid, Bibliopolæ. Lingvâ omnia exhibebimus latinâ, exceptis documentis, quæ ſine piaculo mutari aut transferri non poſſunt.

Adeſte, Mæcenates, Patroni, virique omnis generis eruditi! adeſte veſtro patrocinio, veſtro ſubſidio! jungite veſtras curas noſtro inſtituto. Neque permittite, ut ſocietas eruditorum noſtris in oris, ſive vicinis aliis, ſive exteris in promovendo rei Philologicæ, eccleſiaſticæ, literariæ commodo cedat.

I.

I.

IACOBI a MELLE
Commentatiuncula,
de
SIMULACHRIS AUREIS,
quæ in
BORINGHOLMIA,
maris Balthici inſula,
agris eruuntur.

HAud incelebris inſula maris Balthici eſt BORINGHOLMIA, ſeu BORINGIA, nobis vulgo *Bornholm* dicta, quæ imperio Regis Daniæ ſubeſt, & quadraginta milliaribus Lubeca diſtat, cui Reipublicæ olim per quinquaginta annos paruit. *Burgundorum* inſulam, vel *Burgundaholm*, eam vocat

Olaus Rudbeckius (a), & nomine affini *Burgendaland* jam ſæculo IX. illam ſalutavit *Wulfſtanus Hethebyenſis*, cujus verba affert *Iohannes Lauerentzen* in Muſeo Regio (b), ubi etiam de *Βαράγγοις*, vel *Boringijs*, vulgo *Boringer*, incolis hujus inſulæ ſtrenuis, ab Imperatoribus Orientis olim cuſtodiæ corporis adhibitis, e *Nicephoro Gregora*, *Codino*, *Meurſio*, aliisque, diſſerit.

Hæc inſula ſatis ubere proventu annuo pecoris & annonæ inquilinos ditat, habetque illud ſingulare, & non ubivis obvium, quod, dum aratur ibi, vel occatur, SIMVLACHRA AVREA ſubinde agris eruantur. Illorum enim non pauca, partim integra, partim vero temporis vomeriſque injuria mutilata, ad manus noſtras pervenerunt, quorum præcipua, æri inciſa, hic exhibemus, ut, quomodo ſint comparata, erudito orbi innoteſcat, & qualem iſta olim Boringiis uſum præſtare potuerint, archæophilis hariolandi anſa detur.

Antequam vero ad deſcriptionem harum icuncularum accedamus, operæ pretium erit, indicare, quonam illæ, quæ ad nos pervenerunt, loco, & qua ratione, detectæ fuerint. Hoc ut cognoſceremus, ad amicum

(a) Atlant. To. I. c. 9. p. 372.
(b) Part. II. Sect. 5. p. 260.

cum Boringholmenſem quæſtiones nonnullas miſimus, quas, cum reſponſis, idiomate vernaculo ad illas datis, lectorem curioſum nolumus latere.

Quærebatur ſcilicet 1. Quo loco, vel ubinam in Boringholmia inſula icones illæ aureæ, quæ ad nos delatæ ſunt, inventæ fuerint? Reſpondebatur: *De ere fundene udi en Ager, 1. Boesſe ſkud fra Bundens Gaard, ¾ Mil op i Landet.* i. e. „Repertæ ſunt in“ agro, a domicilio Ruſtici ad teli jactum,“ & ab opido Roenne ad tres milliaris qua-“ drantes, remoto.“

Quær. 2. An omnes icunculæ ſimul, & uno eodemque loco, an vero diverſis vicibus & locis, inventæ fuerint? Reſp. *De ere fundene, der 1. og der 1. anden, udi ſamme Ager.* i. e. „In uno eodemque agro, hic una, ibique rurſus una, fuit reperta.“

Quær. 3. A quonam inventæ fuerint? Reſp. *Bunden paa Gaarden haver undertiden funden, og undertiden hans Boern.* i. e. “Nonnunquam ipſe Ruſticus, fundi poſſeſſor,“ nonnunquam ipſius liberi, eas repererunt.“

Quær. 4. In quali terra vel agro inventæ fuerint? Reſp. *Udi Iord, ſom for en 20 Aar haver liget oede, og nu of Bunden aarlig er i brug, og ſlet Iord, med nogle foe ſmaa Tuer.* i. e „In tellure, quæ ante viginti annos“

 in-

„inculta jacuit, jam vero quotannis colitur, „eſtque ſolum planum, hinc inde paucis exi- „guis vepretis conſitum.“

Quær. 5. Quam alte icones agro defoſſæ fuerint? Reſp. *Saa dybt, at der ved Plouen Svvorden er gaan, er det funden i Mulden.* i. e. „Tam alte, quam vomer terram proſcidit, „theſaurus hic in nigro agri pulvere reper- „tus eſt.“

Quær. 6. Qua ratione icones detectæ fuerint? Reſp. *De ere ploeyet op. Videre er icke der efter ſoegt, om noget findis dybere, ſom det icke juſt er paa & ſted.* i. e. „Inter aran- „dum vomere fuerunt erutæ. Vlterius quæ- „ſitum non eſt, an profundiori ſolo quæ- „dam lateant. Neque uno eodemque loco „occurrunt.“

Quær. 7. Quo tempore fuerint repertæ? Reſp. *For 14. a 15. Aar ſiden, noget efter Ageren er taget i brug, er dit funden i Mulden, lidet & Aar 1. ſt. 2. 3. 4. & andet Aar noget.* i. e. „Ante annos quatuordecim vel quinde- „cim, adeoque aliquanto poſt, quam ager „coepit aratro exerceri, icunculæ hæ in ter- „ra repertæ fuerunt, & quidem uno anno „aliquæ, videlicet una, duæ, tres, vel „quatuor, & altero anno rurſus aliquæ.“

Quær. 8. An facile & ſæpius, an vero difficulter & raro, inveniantur? Reſp.

Vn-

Digitized by Google

Undertiden kand endelig findis noget end nu, ſom undertiden ſkeer of en hendelſe. Det kunde hende ſig, om 3. a 4. perſoner ſoegte i 14. Dage, og ſkulde icke finde 1. ſt. i. e. „Nonnunquam facile & cito aliquid reperitur, &" hoc mero caſu, aut fortuito contingit. Po-" teſt etiam accidere, ut tres quatuorve, per" integras duas ſeptimanas data opera quæ-" rentes, nihil inveniant."

Quær. 9. An, præter icones aureas, etiam aliæ res curioſæ, & aſſervatu dignæ, terra eruantur? Reſp. *Samme Bunde haver for nogle Aarſiden opploeyet twende ſtore forruſtede Sverd.* i. e. „Idem Ruſticus, aliquot" abhinc annis, inter arandum, duos ma-" gnos gladios, rubigine obſitos, vomere" protraxit."

His itaque præmiſſis, ſimulachra noſtra conſideremus aliquanto propius, & tam materiam, quam formam eorum, imo uſum quoque, perpendamus.

Materia harum icuncularum omnium non niſi purum putum aurum eſt, & quidem partim nobilius illud molliusque, quod vulgo *Ducaten-Gold* appellatur; partim vero rigidius, & ob admixtam majorem argenti portionem nonnihil vilius, quod *Cronen-Gold* vocari ſolet. Iſtius metalli quidem venas ſive mineras Boringholmia non

 habet;

habet; potuerunt tamen incolæ ipſius aurum facile aliunde nanciſci. Nam illi a multis retro ſæculis non ſolum ipſi fuerunt navigationi dediti, ſed exteros quoque, navibus adventantes, perquam commodo portu ſuo exceperunt. Hinc *M. Adamus Bremenſis* (c), ubi inſulas Daniæ enumerat, *octavam*, addit, *dicunt illam, quæ Sconiæ ac Gothiæ proxima, Holmus appellatur, celeberrimus Daniæ portus, & fida ſtatio navium, quæ a Barbaris in Græciam dirigi ſolent.* Et quam non auri copiam veteres Arctoæ gentes, ad quas etiam Boringii ſpectant, dum longe olim lateque piraticam fecerunt, ſuis intulerunt finibus? Audiamus hac de re *Herodotum*, ſcriptorem ſatis antiquum, qui (d) ita loquitur: Πρὸς δὲ ἄρκτυ τῆς Ἐυρώπης πολλῷ τοι πλεῖςος χρυσὸς Φαίνεται ἐών. ὅκως μὲν γινόμενος, ὐκ ἔχω ὐδὲ τῦτο ἀτρεκέως ἐἶπαι. λέγεται δὲ ὑπὲρ τῶν γρυπῶν ἁρπάζειν ἀριμασπὺς, ἄνδρας μυνοφθάλμυς. i. e. „Coeterum ad ſeptentrio„nem Europæ quamplurimam auri vim eſſe „conſtat. Id quidem quomodo fiat, pro „comperto dicere non habeo; Feruntur „tamen illud Gryphibus aufferre *Arimaſpi*, „viri unoculi.“ Per *Arimaſpos* hos non eſſe alios

(c) Hiſt. Eccleſ. c. 223. p. 68.
(d) Lib. 3. cui *Thaliae* nomen præfixit, p. 106.

alios intelligendos, quam Boreales antiquos, denominationem illam a telis & ſagittis ſuis, vulgo *aur* dictis, adeptos, eosque ideo vocari unoculos, quod arcum tendentes, altero oculo clauſo, ad ſcopum collimare ſueverint, argute docet paullo ante memoratus *Rudbeckius* (e), ubi etiam (f) Gryphes, aurum cuſtodientes, per piratas ſeu prædones explicantur. Sic igitur dudum *Herodoto* innotuit, Septentrionales populos auri, quod ipſis domi non fuit natum, raptu factos eſſe compotes, & id diſertis verbis etiam ſupra laudatus *Adamus Bremenſis* inſularum Daniæ incolis tribuit, de Selandia (g) dicens: „Aurum ibi plurimum, quod raptu conquiritur piratico.“ Ipſi enim piratæ, quos illi Withingos ap-“ pellant, noſtri Aſcomannos, Regi Daniæ“ tributum ſolvunt, ut liceat eis prædam“ exercere a barbaris, qui circa hoc mare“ plurimi abundant.“

Licet autem icunculæ noſtræ Boringholmenſes aureæ ſint, pondus tamen earum admodum exile eſt. E tenui enim ſingulæ conſtant lamina, quæ vel bracteata eſt, & ab altera parte concava, eodem prorſus modo, quo nummi iſti ſolent eſſe compa-

 rati,

(e) Atlant. To. 1. c. 9. p. 403.
(f) p. 407. ſq. (g) Hiſt. Eccleſ. c. 213. p. 64.

rati, quos cavos ſive bracteatos appellamus; cujus generis ſunt novem priores tabulæ noſtræ icones. Vel ſolida eſt lamina, & partim exciſam, partim vero inciſam, refert imaginem, ceu reliquæ undecim figuræ teſtantur. Imo harum maxima, quæ decima quinta eſt, altitudine ſua pedis Romani unciam vix excedit, paucisſimæ coeteræ eam attingunt, quam plurimæ autem iſto modulo longe ſuperantur. Hinc aliter fieri non poteſt, quam ut his ſimulacris perexiguum pondus inſit, cum gravisſimum eorum non niſi XX. grana Medica, vel ſcrupulum unum, pendat, reliqua vero granis iſtiusmodi decem, ſeptem, ſex, & paucioribus, imo unico tantum, ſint æqualia.

Accedimus nunc ad formam icuncularum noſtrarum, quam tabula adiecta ſatis accurate exprimit. Nam, illa teſte,

Figura I. quadrata, & bracteata, nec non quinque grana Medica pendens, effigiem gradientem exhibet, capite monſtroſo, at pedibus humanis, quæ vaſculum, ſuperne coronatum, aut operculo inciſo tectum, dextra præfert, &, præter recurvum capitis amictum, a tergo longe dependentem, gerit togam plicatam, ac ornato limbo præditam.

Fig.

pag. 8.



Digitized by Google

Digitized by Google

Fig. 2. ponderis quatuor granorum, ac ovalis fere formæ, etiam bracteata eſt, & προτομὴν humanam quidem, at capite monſtroſo inſtructam, oſtendit, quæ pallium geſtat, non una gemmarum ſerie diſtinctum, quales etiam in pectoris ornatu occurrunt. Dextra librum, vel aliud quidpiam formæ quadratæ, tenet, & cervix neſcio quo incurvato amictu operitur.

Fig. 3. quadrata & bracteata, ponderis trium granorum, ſiſtit hominem palliatum & togatum, cujus manus quidem non apparent, pedes autem ambo cernuntur, & caput galericulo plicato tegitur.

Fig. 4. bracteata, ponderis trium granorum cum dimidio, effigiem muliebrem, capite monſtroſo, exhibet, quæ ad umbilicum usque nuda eſt, & mammas habet pendulas, ac manus utrinque protenſas. Reliquum corpus, ad pedes prominentes usque, tunica prætexta, vel fimbriata, operit.

Fig. 5. bracteata, & duo grana pendens, ſimilem fœminam ſeminudam, at ſedentem, & utramque manum genu imponentem, præfert.

Fig. 6. bracteata, & unicum ſaltem granum medicum pondere exæquans, monſtroſam plane mulieris mammatæ προτομὴν complectitur.

Fig. 7. bracteata, paris cum præcedente ponderis leviſſimi, & inferius mutilata, deſignat etiam fœminam ſeminudam, cujus mammæ ſunt conſpicuæ.

Fig. 8. bracteata, ponderis duorum granorum, effigiem rudem hominis, utramque manum demittentis, oſtendit.

Fig. 9. bracteatarum ultima, non niſi unum granum pendens, exhibet iconem gradientem, capite monſtroſo, cujus amiculum a tergo longe dependet, veſtis autem, quam gerit, & è qua pedes prominent, reticulata eſt.

Fig. 10. ponderis trium granorum cum dimidio, effigiem nudi hominis, utramque manum genu imponentis, præfert, quæ, rudi artificio, è lamina ſolida exciſa eſt.

Fig. 11. quinque grana pendens, adhuc rudiorem hominis nudi iconem oſtendit, è lamina ſolida exciſam.

Fig. 12. granum unicum pondere exæquans, ſimilem admodum rudem homuncionem, lamina ſolida exciſum, monſtrat.

Fig. 13. quatuor grana pendens, lamina ſolida oblonga eſt, cujus inferiori parti effigies humana, veſtibus carens, ruditer inciſa eſt.

Fig. 14. ponderis ſex granorum, laminæ ſolidæ, quadratæ & oblongæ, iconem humanam

nam nudam, manibus ad latera demiſſis, inciſam, oſtendit.

Fig. 15. ſcrupulum integrum, vel viginti grana, pendens, exciſum virum nudum, manibus demiſſis, præfert.

Fig. 16. ponderis decem granorum, vel dimidii ſcrupuli, exhibet iconem inciſam viri capillati, & tunica reti fimbriata induti, cujus lævum latus, adeoque ſiniſtrum brachium manusque tantum, pes autem uterque, cernitur.

Fig. 17. ſimilis cum præcedente ponderis, etiam virum ſimilem, comatum & veſtitum, ſiſtit, laminæ inciſum, ſed absque limbo tunicæ, brachiis autem ambobus, & cruribus, inſtructum.

Fig. 18. ponderis ſeptem granorum, dequo præfert virum comatum, utroque brachio inſtructum, cum reticulata fimbria, è qua unicus tantum pes prodit, cum alter forſan diffractus fuerit.

Fig. 19. ponderis trium granorum, ſimilem virum exhibet, cujus autem bini pedes, è reticulata togæ fimbria protenſi, perierunt.

Fig. 20. denique, ejusdem cum præcedente ponderis, nil niſi plane rudis quædam humanæ iconis, capite, brachiis, & altero pede carentis, delineatio eſt.

Hæ ſunt præcipuæ, ac inter plures alias minus

Digitized by Google

minus mutilatæ, imagines, vel icunculæ aureæ, in Boringholmia inſula effoſſæ, quæ bonis avibus Muſeo noſtro illatæ fuerunt, cum aliàs, nobis non tempeſtive intercedentibus, aurifabro tradi & difflari debuiſſent.

Jam vero quæritur, quid deſignent illæ icones, & cui uſui olim fuerint adhibitæ? Quod licet ab aliis edoceri, quam ipſi definire, malimus, non poſſumus tamen diffiteri, in eam facile ſententiam nos propendere, quod Simulacra hæc Boringiorum veterum, ac Chriſtianis ſacris nondum imbutorum, Idola domeſtica, ſive Lares & Penates (h), denotent. Nam iis olim Boreales populos haud caruiſſe, certum eſt, adeoque *Michaël O. Wexionius*, Iuris & Polit. Profeſſor Aboenſis, poſtquam in Epitome deſcriptionis Sueciæ, Gothiæ, Fenningiæ, & ſubjectarum provinciarum, (i) præcipua Septentrionalium numina, ſeu Deos majorum gentium, *Thorum* ſcilicet, *Othinum* ſeu *Wodan*, & *Friggam*, (k) recenſuit, merito ſubjungit: „Fuerunt

(h) De *Laribus* & *Penatibus* veterum, data opera & prolixe agit curioſus Galliæ Antiquarius, *Baudelot de Dairval*, libro vernaculo *de l' utilité des Voyages*, To. 1. p. 134. ſqq. Conf. *Iulianus Floridus* ad *Apulejum* de Deo Socratis, p. 688. ſq. *Sponius* Miſcell. p. 113. ſq. *Roſin.* Antiqv. Rom. l. 2. c. 14.

(i) Lib 10. c. 2. (k) De his, aliisque Septentrionis

runt & alii minorum gentium Dii, utpote" Penates, & Lares domuum atque ædium," Genii locorum, &c. quales alii quoque po-" puli agnovere." Ejuſmodi Lares igitur procul dubio etiam gentilesBoringii habuerunt, & quidem non ære ſaltem, aut alio vili metallo, ſed nobiliori quoque, ſcilicet auro, expreſſos, ut eo majorem numinibus hiſce tutelaribus honorem tribuerent. Si enim, *Capitolino* teſte, *M. Aurelius* Imperator, hominibus, videlicet Magiſtris ſuis, tantum honoris detulit, ut imagines eorum aureas in Larario haberet; quod etiam *L. Vitellium*, Imperatoris *Auli* patrem, feciſſe, *Suetonius* refert, dicens: „*Narciſſi* quoque & *Pallantis* imagines aureas inter Lares coluit"; Quidni ſimili honoris genere Boreales noſtri eos, quos Deorum loco habuerunt, affeciſſent?

Quemadmodum vero Græcis olim Romanisque fuerunt utriusque ſexûs numina; ita pari modo etiam Boringiæ incolas idola ſua domeſtica finxiſſe, icunculæ noſtræ teſtantur. Videntur equidem haud paucæ earum canino potius, quam humano capite eſſe præditæ, quod non abludit a more veterum, qui Laribus ſuis, quos Præſtites vocabant,

trionis ethnici Numinibus, varia collegit *Stephanus Ioh. Stephanius*, in Notis ad *Saxon. Grammat.* p. 135. ſqq.

bant, canini aliquid ſolebant addere, dum eos vel canina pelle veſtiebant, vel etiam canem ipſis adjungebant comitem, exiſtimantes, cum cuſtodiæ & curæ domus præficiantur, convenire, eos alienis terrori eſſe, domeſticis autem manſuetos, quæ ſit natura canum. (l) Interim tamen, quoad reliquum corpus, ſimulachra noſtra homines utriusque ſexus referunt. Nam viros barbatos figura 16. 17. 18. & 19. clare exhibent; Imberbes autem eſſe videntur, qui nº. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. occurrunt, licet, ob ruditatem artificis, manifeſta ſexûs nota deſtituantur. Nec deſunt fœminina numina, ſi imaginem 4. 5. 6. & 7. contempleris, ubi ſatis perſpicue nudati pectoris ubera cernuntur, quæ autem, cum valde flacceſcant, aniles potius Deas, quam floridæ ætatis & juveniles, denotant.

Ambigui ſexûs ſunt idola reliqua, & ita quoque comparata, ut de ipſorum habitu nihil certi ſtatuere poſſimus. Icuncula 9. tamen, reticulata veſte amicta, *Diſam* referre videtur, quæ Scaldis Borealium antiquis etiam *Is* vel *Iſia*, *Freia*, *Deia*, *Gio*, *Gratſagra-God*, *Vena* & *Vana-God*, *Vena-Diſa*, *Aſtar-God*, *Syre*, *Sif*, *Harfagra-God*, *Skade*, *Ondur-Diſa*, &c. ap-

(l) *Roſin.* Antiq. Rom. l. 2. c. 14. p. 157.

appellatur (m). Hæc callidiſſima enim Septentrionis Sibylla, cum inter alias conditiones, ſatis difficiles, a *Sigtrudo* Rege juberetur, ut ipſum conventura, nec veſtita, neque nuda, incederet, corpori ſuo rete adaptaſſe dicitur, quapropter in picturis, atque ſimulacris variis, reticulato indumento tecta occurrit (n). Fuiſſe autem *Diſam* iſtam ab Aquilonis incolis olim idolorum numero adſcriptam, *Olaus Wormius*(o) teſtatur, dicens: „Sed nec hoc idolorum numero con-“ tenta fuit Septentrionalis ſuperſtitio, verum,“ more aliarum gentium, plures adhuc,“ quamvis minoris pretii, ſibi ſelegit Deos“ atque Deas. Inter has & *Diſa* vel *Thiſa* lo-“ cum invenit, *Thorronis* uxor, quæ, quod“ juſtitiæ ſingulariter favere credebatur,“ non minus locum inter Deas promeruiſſe“ videbatur, quam *Frigga*, *Othini* conjux.“

Sit autem *Diſa*, ſive non ſit, quam reticulata figura noſtra exhibet, & cujus typi icones quatuor posſidemus; Jam potius quæritur, unde fiat, quod hæc & reliqua ſimulacra aurea, in ædibus olim procul dubio,

---

(m) v. *Edda* in Mythol. & in Notitia *Freia*, vulgo *Frejas Kienningar*, nec non *Verel.* Not. ad Herv. Sag. c. 1. p. 30. & *Celſi* Comp. p. 60.
(n) *Ol. Rudbeck.* Atlant. To. 2. c. 5. p. 205. ſqq. & 214.
(o) Monument. Dan. L. 1. c. 4.

bio, & Larariis, ſancte adſervari ſolita, nunc in terra, vel agris, & quidem tanto numero reperiantur? De *Babytacenis*, Perſidis incolis, *Solinus*, (p) refert, „morta„les (opidi iſtius) univerſos, odio auri, coë„mere hoc genus metalli, & abjicere in ter„rarum profunda, ne polluti uſu ejus, ava„ritia corrumpant æquitatem.“ Sed hoc Boringios etiam feciſſe, adeoque aurum potius terra abſcondiſſe, quam ut ipſius illecebris ſe ineſcari paterentur, non facile credideris. Imo etiam vix ſtatuendum eſt, inter ipſos olim *Euclionem* unum vel alterum theſauros ſuos in terram defodiſſe, cum alio pacto eos tuto ſatis cuſtodiri poſſe, fuerit diffiſus. Nam ſi hoc foret, præter icunculas iſtas tenues, quas recenſuimus, etiam nummi, annuli, armillæ, & cimelia quævis alia, tam argentea, quam aurea, in agris Boringholmenſibus reperirentur.

Sed talia ibi non occurrunt, & eam ipſam ob rationem quoque non eſt putandum, quod aurum, ibi obvium, a timidis, vel fugientibus, hoſtes inſequentes remoraturis, diſſeminatum fuerit. Nam hoc quidem Borealibus antiquis fuit ſolemne; ceu de *Frothone*, Daniæ Rege, bellum Scotis inferente, *Saxo Grammaticus* memo-

(p) c. 58.

memorat (q). „Cum Britannorum Regem imminere, ait, ex ſpeculatore cognoſſet," tergoque ſimul ac pectori conſulere nequiret, militibus, ad concionem vocatis, deſerenda vehicula, abjiciendam ſupellectilem, aurumque, quod ab eis geſtaretur," paſſim per arva disjiciendum edixit, affirmans, ſolam in opum effuſione opem reſtare." Simili ſtrategemate etiam *Vrſam*, Regis Daniae *Rolvonis Krage* matrem, *Atislum*, maritum ſuum, cui ſe cum theſauris Regiis ſubduxerat, remoratam fuiſſe, idem auctor refert (r). „Inſequentis ſe, inquit, viri metu percita, per ſummam ulterioris fugæ diffidentiam, comites abjiciendæ pecuniæ juſſu ſollicitat, vita vel" opibus carituros affirmans; unicum ſalutis compendium in æris abjectione repoſitum, nec fugæ ſubſidium niſi rerum damno carpendum. Eodem itaque exemplo utendum, quo ſibi *Frothonem* apud" Britannos conſuluiſſe proditum erat. Nec" mora, quo fuga celerius carperetur, Reginæ juſſa complentur. Aurum crumenis egeritur, opes hoſtium raptui relin-"

B quun-

(q) Hiſt. Dan. l. 2. p. 25.

(r) lib. 2. p. 30. Conf. *Stephanij* Not. p. 72. & p. 76. ubi docet, Islandis inde aurum Poëtico vocabulo *Kraka-Saad*, i. e. *Kraka ſementem*, appellari.

quuntur." At, ſi quid tale apud Boringios olim contigiſſe quis exiſtimet, an veriſimile videtur, in fugam conjectos rerum pretioſarum nihil aliud, quam minuta Deorum ſuorum ſive Larium ſimulacra, habuiſſe, quod hoſtibus objicerent?

Si aliam, quam humanam, formam icunculæ noſtræ præferrent, nec non alio metallo, quam auro, conſtarent, ad magica forte ſigilla poſſent referri, quibus olim Boreales, ad faſcina & incantamenta ſua, uſos fuiſſe conſtat. Quemadmodum enim, *Olao Wormio* referente (s), „Bergis „Norvegorum ante annos aliquot captæ fuerunt Sagæ quædam, quæ inter alia ſub „tortura faſſæ ſunt, ſe piſcaturam ſolito in„feliciorem & difficiliorem reddidiſſe, *E„quum* & *Lupum* æneum certum in locum „maris demittendo. Quod ubi diligentius „inquiſitum fuit, inventa ſunt, quorum „meminerunt." Ita etiam agris olim, ſive fœcundandis, ſive ſterilitate plectendis, ejusmodi ſigilla adhibita fuerunt. Nam, teſte *Johanne Lauerentzen* (t) "ſpectantur „etiam in eundem uſum *Boves* ænei. —— „Vomere imagunculæ hæ, agros & colles „arando, eruuntur, itaque ex magicis has etiam

(s) Muſ. l. 4. c. 5. p. 352 ſq.
(t) Muſ. Reg. part. 2. ſect. 3. p. 178.

„etiam eſſe, ad ſegetes & arva foecunditate „& ubere ſuo deſtituenda potius, quam „idola Cimbrica, ut quidam putant, ar„bitramur.“

At non ſunt ænea, quibus agri Boringholmenſes ſcatent, ſimulacra, ſed aurea, nec animalium brutorum, videlicet equorum, luporum, bovium, ſed utriusque ſexus hominum, figuram referunt, quapropter illa non ab idolorum Borealium numero excludenda, ſed iis potius accenſenda videntur.

Quod autem ea, tanto numero, in agris inſulæ reperiantur, id forte ſingulari Boringiorum veterum zelo tribuendum eſt. Nam, poſtquam ii, ante octo, & quod excurrit, ſæcula, Chriſto nomen dederunt, nihil magis ſibi competere ſunt arbitrati, quam ut omne illud, quod priſtinam idololatriam ſaperet, abolerent plane & exſtinguerent. Hinc ipſos, opera *Eginonis*, Dalbojenſis in Scania Epiſcopi, ad ſalutarem veri numinis agnitionem perductos, idola ſua, quibus hactenus litaverant, confregiſſe, diſertis verbis *M. Adamus Bremenſis* memorat, de iſto Borealium Apoſtolo (u) dicens: „Totum ſtudium eius exarſit in converſione paganorum. Qua-“ propter“

(u) Hiſt. Eccleſ. c. 215. p. 65.

„propter multos adhuc populos, idolorum „cultui deditos, vir ille Chriſto lucratus eſt, „illos præſertim barbaros, qui Pleichani (*Ble-„ken*) dicuntur, & qui in *Hulmo* inſula „(*Bornholm*) degunt, qui omnes; ad ejus „prædicationem converſi in lachrymas, pœ-„nitentiam ſui erroris ita monſtraverunt, ut „confractis ſtatim idolis, ultro certarent ad "baptiſmum properare."

Cum itaque Boringholmenſes, religionis Chriſtianæ zelo ducti, falſa ſua numina, ſtaturæ majoris, è ligno, ſaxo, ære, vel alia materia, elaborata, confregerint, cur etiam non pari induſtria minores ædium Deos abjeciſſe, eorumque ſimulacra, ut ut aurea, exigui tamen pretii, & admodum tenuia, in terram defodiſſe, ſtatuendum ſit? Sed, utrum ſatis firmo hæc conjectura noſtra talo nitatur, alii diſpiciant.

II.

II.

L. GOTTFRIDI KOHLREIFFII,

ad Aed. Cathedr. Raceb. P.P. & C.

Commentatio de Hoſtium Veritatis Euangelicæ in Judicio extremo contra ſeipſos Teſtimonio, ſecundum aſſeuerationem Diuinam Judicis futuri

Jeſ. XLV, v. 23. 24.

SVMMARIA.

Allegatio Veteris Teſt. in Nouo quanti ſit momenti, & an fiat ex LXX? §. I. Varii dictorum V.T. in nouo allegandi modi, vbi & de indole locorum: Rom. IX, 15. 17. XI, 8. 9. 10. Matth. II, 23. §. II. Poſthæc expenditur in Jeſ. XLV. pars prior v. 23. inprimis qua verba: מפי צדקה *§. III. Genu flexio qualis intelligenda? vbi & de genu flexione ad nomen JESV §. IV. De Jureiurando hominum uniuerſali, & an locus Jeſchajæ a Paulo tantum accommodetur ad judicium extremum? §. V. Mira interpretum diuortia circa confeſſionis uniuerſalis materiam §. VI. Senſus verus*

verus verſiculi 24. §. VII. Explicatio totius fere capitis in confirmationem ſententiæ noſtræ §.VIII. An gentilium & per conſequens etiam Judæorum h.l. quærenda ſit conuerſio vniuerſalis? vbi notatu maxime digna afferuntur de Cap. III. Hoſeæ, eaque occaſione emendantur nonnulli errores calculi in Chronologia noſtra S. §. IX. Concluſio §. X.

§. I.

INſigne, quod ſub allegatis Veteris Teſtamenti in Nouo latet, ſapientiæ & bonitatis Diuinæ documentum jam olim laudibus prædicare inſtitui, inter alia ſequentibus vſus verbis (a): Vt plurimum loca obſcuriora eligi videas, vt Spiritus S., qui vnus & idem per omnes DEI Viros locutus, & dictorum ſuorum quam optime ſibi conſcius eſt, exſerto quaſi digito oſtendat, iis de rebus in illis agi, quas tibi relictus nunquam ibi quæſiuiſſes: & de quibus tamen reuera ibi agi, indefeſſa & pia ſcrutatione, ad quam ita impellit, fit apertum. Hæc vero egregie confirmat locus propheticus Jeſ. XLV, 23.24. Quis enim in eam vnquam veniſſet cogitationem, ibi de Judicio extremo ſermonem eſſe, niſi Paulus id do-

(a) in Obſeruationibus ad loca ſelecta librorum Samuëlis p. 177 ſeqq.

docuiſſet Rom. XIV, 10. 11. 12. ita ſcribens: *Omnes ſiſtemur tribunali CHRISTI. Scriptum enim eſt: Viuo Ego, dicit DOMINVS; quia Mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur DEO. Quare quilibet noſtrum de ſe ipſo rationem reddet DEO.* In propatulo eſt, Apoſtolum hic non ſecutum eſſe LXX. Interpretes, quorum translatio hoc loco ſatis confuſe & vitioſe ſe habet, maxime v. 24., vt pluribus oſtendit B. D. Aug. Varenius (b). Ejus rei autem tot alia extant exempla, ut parum abſit, quin me conſentientem inueniat Guil. Surenhuſius, ſæpius inculcans, errare omnino eos, qui Scriptores Noui Foederis LXX. Interpretum verſionem interdum amplexos putent, cum, quæ aliquando inter eos conſenſio occurrat, non tam deſtinato Apoſtolorum & Euangeliſtarum conſilio tribuenda ſit, quam inde repetenda, quod verba V. T. adeo manifeſta fuerint, vt eodem modo explicari Græce debuerint (c). Nemo certe, niſi valde irreligioſus, dixerit, Viros θεοπνεύςυς ea laboraſſe in linguis indigentia, vt ipſis in reddendis Græce Hebraicis opus fuerit ad LXX. Interpretes recurrere. Firmiter potius tenendum eſt, Euangeliſtas & Apoſtolos cum perfecta

(b) Commentar. in Iſaiam P. III. p. 142.
(c) Vid. Act. Erud. Lipſ. Lat. 1713. p. 110.

Digitized by Google

ſermonis Hebraici inſtructos fuiſſe notitia, tum in conſcribendis Noui Teſt. libris illam linguam Græcam adhibuiſſe, quam non per homines, vel lectionem librorum Græcorum, ſed a ſolo Spiritu S., cum mirabili illo linguarum dono ſuper ipſos effuſo, edocti erant. Vtinam id ſemper recordarentur Philologi & Critici!

§. II.

In ea vero a LXX. Interpretibus circa locum noſtrum diſcrepantia conſentit Paulus pulcherrime cum fonte Hebræo. Nam quod & plura & alia nonnulla apud Jeſchajam leguntur verba, offendiculo eſſe nequit conſideranti ſecum varios dictorum Veteris Teſt. in Nouo allegandi modos. Dantur quippe dicta Vet. Teſtamenti, quæ in Nouo proferuntur I. Ex mente aduerſariorum, vt Rom. IX, 15. 17. XI, 8. 9. 10. quæ ſane, prout ibi extant, non approbantur a Spiritu S. Spectant eo, quæ jam ante me (d) ad Rom. IX. commentatus eſt Vir Cl. Chriſtoph. Aug. Heumannus (e), ad conſenſum Chryſoſtomi, Origenis, Theodoreti, Joach. Camerarii, aliorumque, prouo-

(d) Præfationis Relationi de doctrina Calu. ex Ord. Eccleſ. Mecklenb. præfixæ p. 29.

(e) Epiſt. Miſcell. Tom. I, Lib. 3. p. 478 ſeqq.

Digitized by Google

prouocans. Vir Cl. M. Henr. Gottlieb Reime (f), *Quid? quod*, inquit, *ſi rem ipſam ſpectes, increduli ſunt, qui Paulo hanc objectionem ex loco V. T. formabant, quam ipſe vero D. Apoſtolus ſatis diluit. Quod cum ab aliis jam ſit obſeruatum, nos hic diutius non morabimur.* Sed operæ pretium erit accuratius porro ea de re inquirere, quod quidem & mihi adhuc propoſitum eſt, ſi DEVS vitam, vires & otium, clementer conceſſerit. 2. Ex mente Spiritus S. ad literam, vt Matth. I, 23. 1 Cor. IX, 9. 3. Secundum ſenſum: vbi ſubſtituuntur, quæ vocant, æquipollentia, inſeruntur explicantia, declarantur obſcuriora. Ita Matthæus Cap. II, 23. pro צמח Zach. VI, 12. ponit ejus ſynonymum נֵצֶר. Nam ſcite monet Joan. Marckius (g); & ex eo B. Dan. Seu. Scultetus (h): vti Eliſa & Jehuda per terminationem Græcam in N. T. dicatur Ἐλισσαῖος, Ἰουδαῖος; ſic voculam *Nezer*, ad hominem applicatam, Græcis exprimi per Ναζωραῖος. 4. Ratione quadam compendiaria, vt pauca tantum, & ad rem cumprimis facientia dicti verba exhibeantur, omiſſis reliquis breuitatis ſtudio, vt jam ſatis cognitis & facile

(f) Miſcell. Lipſ. Tom. IX. p. 213.
(g) Exercit. Scripturar. Exerc. I.
(h) Obſeru. in N. T. p. 5.

facile in ſuo loco inueniendis. Nec tamen vel ita explanatio allegatorum prorſus negligitur, ſed mirifica ſit concinnitate, quotiescunque lectorum debilitati conſulendum erat. Tales allegandi modos veteribus Hebræis receptos fuiſſe, prolixe, nec minus erudite, comprobatum iuit Surenhuſius (i). At ne hodie quidem in præſtantisſimorum Virorum ſcriptis illorum exempla deesſe arbitror.

§. III.

Paulus demonſtraturus, quod quilibet hominum de ſe ipſo rationem redditurus ſit DEO, pronunciatum CHRISTI, quod ea de re apud Jeſchajam extat, in compendio, nec tamen ſine explicatione, repræſentare voluit. DOMINVS, *Per me*, inquit, *juraui*, h. e. *Viuo Ego*, *dicit DOMINVS*. Non enim niſi per ſe ipſum & vitam ſuam jurare poteſt DEVS, Hebr. VI, 13. Hiſce annexa יצא מפי צדקה דבר ולא ישוב, quæ ſanctitatem juramenti Diuini teſtificantur, nunc quidem ex libro Jeſchajæ repetere non pro neceſſario duxit Apoſtolus. Attamen quantas ſibi interpretes hic creauerint difficultates, ex tot diuerſis translationibus apparet.

(i) In Βίβλῳ Καταλλαγῆς Libr. II.

paret. *Exiit ex ore meo verbum juſtitiæ*; ita locum reddendum putant Grotius & Campeg. Vitringa, quibus patrocinatur Verſio Belgica, Vulgata, Syriaca. *In juſtitia verbum*: ita habent Kimchi, Munſterus, Pagninus, Caluinus, B. Jac. Raupius, Targum, Verſio Gallica & Anglicana, item Hiſpanica Cypriani de Valera. *Juſte verbum*: ita Piſcator & Verſio Junio-Tremelliana. *Juſtitia verbum*: ita Forerius & Verſio Ariæ Montani. *Juſtitia, verbum*: ita Verſio Tigurina (k), Hiſpanica Judæorum Ferrarienſis, & B. Seb. Schmidii. Sed refragantur iſtis omnibus Accentus Codicis Hebræi. Nam דבר majore, & צדקה minore Diſtinctiuo gaudet, יצא autem & מפי voci צדקה per Seruos adhærent. Id optime expendit B. Varenius (l), ac proinde locum ita tranſtulit: *Prodiit ex ore juſtitiæ, verbum quod non reuertetur*, ſeu *non erit irritum*. Verbum ſcilicet mox proferendum; id exiit ex ore juſtitiæ, ex ore juſtisſimo Judicis, qui & ipſe noſtra eſt Juſtitia, juſtisſimi, neminem hominum veram celante ſalutis viam, vnde nec quisquam in die extremo injuſtitiæ illum arguere poterit. Quæ non ſolum nexui verborum in hoc commate,

(k) Conf. Poli Synopſ. Crit.
(l) l. c.

mate, ſed & diſpoſitioni totius capitis ac ſcopo dicentis conſentanea eſſe, ex poſtea commemorandis fiet perſpicuum.

§. IV.

Ipſum verbum juramento Diuino corroboratum tria complectitur, in Judicio extremo futura: vniuerſalem genu flexionem, vniuerſalem confeſſionem, &, qui hanc excipiet, pudorem horrendum hoſtium. De genu flexione effatum Scripturæ V. T. non ſolum ad verbum recitat Apoſtolus, ſed & ipſum ſeruat verborum ordinem. Intelligi autem cumprimis genu flexionem proprie ſic dictam, ſeu externam, quæ fit genu corporis, inde colligere licet, quod & damnatis tribuitur. Nam hi non niſi inuiti honorem illum CHRISTO præſtabunt, ac proinde non corde præſtabunt, ſed corpore reſuſcitato. Ita argumento pro genu flexione ad nomen JESV ex hoc loco petito haud leue accedit pondus: vbi majorem propoſitionem formaturus B. Varenius, *Quo ritu*, inquit, *DEVS Seruator mundi cultum ſibi vt Seruatori debitum ipſe deſignauit, is in cultu DEI Seruatoris recte vſurpatur.* Idem addit verba Hieronymi: *Hoc ritu populus ſignificatur Chriſtianus. Moris enim eſt Eccleſiaſtici, CHRISTO genu flectere. Quod Judæi*

Judæi mentis ſuperbiam demonſtrantes, omnino non faciunt. Vir doctiſſ. Caſp. Caluoer (m), morem illum poſtea in ſuperſtitionem, quin ſcandalum Judæorum teneriorumque conſcientiarum, vbi primæ Diuinitatis perſonæ iſtum venerationis cultum haud præſtari aduertant, verſum eſſe putat. Sed hæc cum grano ſalis accipienda ſunt, quandoquidem Pater honorari vult in Filio, Joh. V, 23. XIV, 13. Laudandum eſt profecta in Eccleſia Anglicana, quod ritum hunc ſeruat ac tuetur: quemadmodum & perquam honorifica de eo commentatus eſt Hieron. Zanchius (n). Quid? quod Elnathan Parr, Anglus, dicere non veretur (o): *This Ceremony is not onely of ancient Practice in the Church, but hath approbation of as great, learned, and holy men, as any have written in theſe dayes.* i. e. *Hæc Ceremonia non ſolum antiquæ eſt praxeos in Eccleſia, ſed & tantorum, ac tam doctorum, ſanctorumque Virorum approbatione nititur, quantorumcunque hac ætate prodierunt ſcripta.*

§. V.

Progredimur jam ad confesſionem vniverſa-

(m) Ritual. Eccleſ. P. I. p. 703.
(n) Comm. in Ep. ad Philipp. p. 123.
(o) Expoſition vpon the Epiſtle to the Romans ad Cap. XIV, 11. p. m. 76

verſalem, quam quilibet hominum olim in Judicio extremo quam reuerentiſſime, poplitibus flexis, editurus eſt. Exprimitur ea apud Jeſchajam verbis: תשבע כל לשון, pro quibus Apoſtolus habet: ϗ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ. Senſum videlicet vocis תשבע ſimul declarat Apoſtolus, & quidem tam appoſite, vt nihil excellentius excogitari poſſit. Quid enim quæſo juramentum hominum, cum ad DEVm omnipræſentem, omniſcium & juſtisſimum prouocamus, & quæ loquimur nos tanquam in Ipſius conſpectu loqui teſtamur, quid, niſi confesſio DEO facta? Subſiſtit autem hic Apoſtolus, & materiam jurisjurandi ejusque conſequens, non ſecus ac integrum Prophetæ caput, filo ſic abrupto, in ipſis Veteris Teſt. Bibliis euoluenda ac diligenter penſitanda eſſe ſignificat. Sufficere enim tradita poterant ad mouendam lectoribus ſaliuam, ſufficere ad confirmationem Theſeos, quod quilibet de ſe ipſo rationem ſit redditurus DEO; ſufficere pro introductione ad inueſtigandum non huius modo dicti, ſed & totius capitis Prophetici, ſenſum genuinum. Quapropter vehementer mirandum eſt, poſt fidelem illam Apoſtoli informationem tam incertis manibus adhuc locum noſtrum tentaſſe

taſſe interpretes. Ipſe B. D. Joann. Guntherus, Theologus, cujus maxima in Eccleſiam noſtram merita ſincere veneror, diſerte profitetur (p), ſe non ſuffragari poſſe Theologo Argentoratenſi, qui dictum Jeſchajæ, qua ſcopum primarium, de Judicio extremo explicandum eſſe contendat, quoniam verba: *In DOMINO mihi juſtitia & robur*, omnium linguis attribuantur: adſtipulari ſe igitur illis potius, qui dictum hoc ad fidem in CHRISTVM in omnibus requiſitam, & in quam plurimis gentium tempore N. Teſtamenti excitandam, in primis ſpectare, a Paulo autem ad Judicium extremum accommodari arbitrentur. Sed non dubito, quin Vir optimus, ſi viueret, re accuratius examinata, ſententiæ iſti, admodum periculoſæ, libenter renunciaturus eſſet. Bene Vir Cl. M. Jo. Jac. Rambach (q): *Quantum damni iſta ſententia*, de ejusmodi ſcil. accommodatione, *rei Chriſtianæ inferat, quiuis ad rem attentus animaduertit, cum hoc modo plerisque Veteris Teſt. oraculis, quæ Apoſtoli, tanquam in CHRISTO impleta paſſim citant, vis ac neruus probandi omnis incidatur, illique nobis prorſus illuſiſſe dicendi ſint, vtpote qui*

(p) Erklærung der Epiſtel an die Rœmer, P. II. Conc. 131. p. 1014.
(q) Inſtit. Herm. S. L. I. Cap. 3. §. 11. p. m. 70.

qui ad teſtes prouocauerint, qui, ſi adjurentur, altum ſileant, aliaque potius omnia dicant, quam ad quæ dicenda erant producti. Pluribus id oſtendiſſe, ait, auctorem libri, quem eſſe Mſr. l' Abbé d' Asfeld, ex Bibliopola quodam Berolinenſi fide digno inaudiui. Is vero inter alia hiſce vtitur verbis (r): *Si cela eſt, Saint Paul n' a pas entendu le vrai ſens de l' Ecriture; ſes preuves n' ont rien de ſolide; il attribue au ſaint Eſprit, qui a parlé par les Prophetes, une intention qu' il n' a point euë; il a vu JESVS CHRIST, où il n' étoit point; il nous trompe, en nous citant des témoins qui dépoſent toute autre choſe; il abuſe des Ecritures, en les detournant à des ſens arbitraires: & il nous apprend par ſon exemple à les tourner comme il nous plaît, ſans nous mettre en peine, non plus que lui, ſi nous allons juſqu' à la verité, ou ſi nous ſommes ſeulement éblouis par l' apparence, & par la ſeule conformité des expreſſions. Il ne mérite plus d' être crû ſur ſa parole, puiſqu' on peut ſe défier de ſon exactitude & de ſon diſcernement; & qu' on peut même nier ce qu' il avance, & être mieux inſtruit que lui du ſens de l' Ecriture. Il rend ſuſpectes les preuves les plus certaines par le mélange de celles qui ne concluënt rien, n' avertiſſant jamais*

(r) Regles pour l' intelligence des Stes Ecritures, à Paris 1716. p. 2 ſeq.

Digitized by Google

jamais de la difference qui eſt entre elles; ne donnant point de regles pour les diſcerner; & fondant égalément ſur toutes la doctrine & la morale chrêtienne. Quis non talia exhorreſceret? Quis non cane pejus & angue vitaret tam exitiabile interpretandi genus? Quis ea ſecum voluens, in loco præcipue noſtro ad ſuſpectum illud accommodationis aſylum ſe reciperet? B. D. Jac. Wellerus (s), *Per nudam*, inquit, *accommodationem hæc dici, nude aſſeritur. Adferuntur enim hæc, vt theſis, quod coram tribunali CHRISTI omnibus apparendum, probetur. Vnde addit: Scriptum eſt enim. Quæ non nudam accommodationem, ſed directam probationem indicant.* Qualis autem foret probatio, ſi Apoſtolus ita argumentaretur: DEVS vult, vt omnes homines genu flectant CHRISTO, & multi gentium ad Ipſum conuertendi ſunt; ergo omnes ſiſtemur tribunali CHRISTI, ergo quilibet noſtrum de ſe ipſo rationem reddet DEO? Minimum negari nequit, non deeſſe in libris Veteris Teſtamenti, quibus idem & propius & clarius euinci poſſit.

§. VI.

At euincitur longe clariſſime dicto, quod eum in finem Apoſtolus protulit. Quo minus

(s) Annot. in Ep. ad Rom. p. 712.

nus tamen hoc perſpicerent, interpretibus nihil magis obfuit, quam quod verba אך ביהוה לי אמר צדקות ועז cum Judicio extremo & tot hominum tunc damnanda impietate minus congruere opinarentur. Hinc tam variae huius commatis expoſitiones, vt ſunt; Munſteri: *Vtique in DOMINO ſunt mihi*, *dicet* jurans, *juſtitiæ.* Tirini: *Ergo* jurando *dicet* omnis lingua: *In DOMINO meæ ſunt juſtitiæ.* Piſcatoris: *Veruntamen per JEHOVAm mihi* (*dixit* electus) *juſtitiæ.* Verſionis Belgicæ: *Dicent de me*, (Dicet quisque credentium,) *Certe*, *in JEHOVA ſunt juſtitiæ.* Verſionis Anglicanæ: *Certe*, *dicet* aliquis, *in JEHOVA* eſt *mihi juſtitia.* Lud. de Dieu: *Vtique in DOMINO*, *dicetur*, *Sunt mihi juſtitiæ.* Verſionis Tigurinæ (t): *Jurabit mihi omnis lingua duntaxat in* DOMINO, *dixit* DOMINVS, *Sunt mihi juſtitia & robur.* Cocceji et Vitringæ; *Tantum in JEHOVA*, (*de Me*, Filio DEI, *dixit* Pater,) *ſunt juſtitia & robur.* Cornelii a Lapide: *Dicetque in DOMINO*, i. e. per CHRISTVM, vt denotetur formula juramenti, *Mihi eſt juſtitia.* B. Seb. Schmidii; *Tantum in DOMINO*, (*dixit mihi*, Jeſchajæ, DOMINVS,) ſunt juſtitiæ & robur.

§. VIII.

(t) Conf. iterum Poli Synopſ. Crit.

Digitized by Google

§. VIII.

In nimis prolixam me immitterem tractationem, ſi, quomodo in ſingulis peccatum ſit, vt quidem poſſem, oſtendere vellem. Certiora potius, duce Apoſtolo, inquirimus, & quæ rationibus idoneis, proprietate vocum, teſtimonio Accentuum, ſymmetria ſermonis & cum antecedentibus nexu, nitantur. Itaque ante omnia notamus, non poſſe dubitari, quin verba prædicta, quid demum omnium lingua juratura ſeu DEO confeſſura ſit, contineant. Perpetuus enim is eſt mos Scripturæ S., vt jurijurando ejus ſtatim jungat materiam, ſiue rem juramento confirmatam; nec ea, niſi indicata fuerit, ſine formidine erroris a lectore poteſt ſuppleri. Repetenda eſt igitur in initio verſiculi 24. vox תשבע ex fine commatis præcedentis, quæ ſecundum vſum Scripturæ *τὸ dicere* haud raro ſimul ſibi habet incluſum, teſte Gen. XXII, 16. 17. Pſalm. LXXXIX, 4. 5. CX, 4. vt ſenſus ſit: *Confitebitur DEO, dicens: Tantummodo in DOMINO mihi promiſſa ſunt juſtitiæ & robur.* Non certe eodem recidit, vtrum אך reddatur per *vtique*, an vero per *tantummodo*; vnde, quem elegeris ſignificatum, legitime demonſtrare conuenit. Non autem

 hanc

hanc particulam aſſeuerandi cauſa eſſe adhibitam, ex eo efficitur, quod ita eſſet ſuperuacanea ob præcedens verbum תשבע. longe majoris aſſeuerationis vocabulum. Itaque adhibetur excludendi cauſa, quod & antecedentia ſatis indicant, ubi vel quinquies inculcat DOMINVS, non eſſe Deum vel Saluatorem præter ſe, ſolum atque vnicum. Vide v. 5. 6. 18. 21. 22. Quod deinde ſequitur verbum אמר, imperſonaliter, vt Grammatici loquuntur, hic accipiendum eſſe, ac proinde paſſiue explicari poſſe, de eo nemo facile ambiget. Nec ſignificatum *promittendi* ab hac voce eſſe alienum, ex Deut. XXVI, 17. 18. Neh. IX, 23. I Chron. XI, 2. &c. apparet. לי autem per Seruum voci אמר, Diſtinctiuo inſignitæ, jungi, cujus non cernitur oculis? Vera igitur erit & manebit hæc loci interpretatio: *Omnis lingua*, ſeu quilibet homo, in die illo pantocritico, nam in hac vita talis confesſio non ſperanda eſt, coram tribunali Diuino *fatebitur*, *tantummodo in DOMINO* vera fide exiſtenti *ſibi*, & quidem in indiuiduo, *promiſſa eſſe juſtitias & robur*, hoc eſt: omnem juſtitiam, ac robur conſiſtendi in Judicio Diuino: nullamque de juſtitia, coram DEO tali, in mundo promisſionem Diuinam extitiſſe, niſi illam, etiam ſibi

ſibi in & ex Sacris Literis propoſitam, de vnice in CHRISTO, vera fide apprehenſo, conſequenda juſtitia & ſalute. Qua ſane confesſione non tantum fideles bonitatem Diuinam die illo læti venerabuntur, ſed & impii omnes ac ſinguli eadem tunc fateri neceſſe habebunt, propria conſcientia conuicti. Hoc vero ad rationem a ſingulis DEO reddendam pertinere, ideoque Theſin Apoſtoli potentisſima probatione fulcire, facile intelligitur. Quemadmodum & verbis Apoſtoli prorſus conſentanea ſunt, quæ tandem apud Jeſchajam, vt vltima pars aſſeuerationis Diuinæ, de pudore hoſtium leguntur, qui confesſionem DEO factam excipiet. *Ad Ipſum*, ſ. coram Ipſo *veniet & pudeſient quilibet excandeſcentium contra Illum*, h. e. contra DOMINVM illum, in quo *juſtificabitur & gloriabitur quilibet ſeminis Iſrael*, ſecundum poſtremum Capitis verſiculum. Ex pudore autem illo gloria ſummæ juſtitiæ conſurget DEO, vtpote cui nemo judicandorum exprobrare poterit, quod contemtum Gratiæ non omnibus deſtinatæ, nec ſerio oblatæ, tam ſeuere puniat, e contrario vero omnium lingua & conſcientia acclamatura eſt, quod in tot hominum pernicie extra omnem, vel leuisſimam, culpam ſit poſitus.

 §.VIII.

§. VIII.

Atque huc quoque omnia collineant, quæ in Cap. XLV. Jeſchajæ os DOMINI locutum eſt. Vt nimirum manifeſtum euadat, Deum omnium, & ſpeciatim gentilium, quantum in ſe, æternam ſalutem promouere, nec iis occultaſſe aut inuidiſſe vnquam doctrinam Euangelii. Etenim inter illa vaticinia, quibus nomen Cyri & res ab eo gerendæ tot ante ipſius ortum annis, non ſecus ac ſi jam extitiſſent, exponuntur, ſtatim hanc indicat DOMINVS tantarum prædictionum cauſam, vt non ſolum Cyrus v. 3. 4. ſed & omnes gentes ab ortu ſolis & ab occaſu, quarum tantus etiam numerus Cyro eum in finem ſubjiciendus (u), v. 5. 6. cognoſcerent, DEVM Iſraëlis eſſe DEVM vnice verum, creatorem & gubernatorem rerum omnium v. 7. *Voco te nomine*, inquit, id eſt, jam tibi nomen Cyri do, tot annis priusquam naſceris, ſecundum interpretationem B. D. Friedlibii (x), qui & commemorat, quantum

(u) Vide Herodoti & Xenophontis ea de re teſtimonia in B. Joan. Quiſtorpii Annot. Bibl. p. 607.

(x) Theol. Exeget. ad Jeſ. XLV, 3. p. 795. b.

tum hoc fuerit omniſcientiæ & omnipotentiæ in DEO Iſraëlis argumentum, vtpote qui in poteſtate ſua habuerit Cyri parentes, ac proinde fecerit, vt nomen illud filio imponerent. Vt vero hunc DEVM non ſolum timerent, ſed & omni fiducia amplectérentur Gentiles, Filius DEI, amore & deſiderio redimendi generis humani flagrantiſſimo oppletus, tempus illud ſalutare cum exoptat, tum ſancte promittit, quo in carne manifeſtandus, & Ipſius juſtitia ac meritum in vniuerſa terra per prædicationem Euangelii annuncianda erant, v. 8. Retundit porro illam Gentilium excuſationem: credere ſe non poſſe, quod DEVS Iſraëlis tantus & tam miſericors ſit DEVS, cum populum ſuum in hanc deuenire paſſus ſit captiuitatis miſeriam v. 9 ſeqq. vbi cumprimis notatu digna ſunt verba v. 11. *Sic dixit JEHOVAH, Sanctus Iſraëlis & formator ejus: ventura quæruntur ex me*, a vobis ſcilicet Gentilibus, vt legimus factum eſſe a Nebucadnezare Dan. II, 13. 47. IV, 15. & Belſchazare Dan. V, 11. 12. *& ſuper filios tamen meos atque opus manuum mearum*, populum meum, *præcipietis mihi*: quaſi, omniſcius licet & omnipotens, non recte cum iis agam, rejiciendo Iſraël ad tantas calamitates. Sed promittit DOMINVS,

quod ſe tempeſtiue ſatis vt DEVM Iſraëlis omnipotentem & propitium oſtendere, populumque ſuum ope Cyri in libertatem vindicare velit v. 12. 13. *Sic dixit JEHOVAH : Labor eſt Aegypto* in rebus ſeculi asſiduus, *& merces ſunt Aethiopiæ, Sabæis autem ſunt viri longitudinis. Nihilominus ad te,* captiuitatem meam, ſeu populum meum de exilio reductum, tempore Noui Teſt. *tranſibunt, tibi* & Saluatori tuo *erunt dediti, te ſequentur, & quaſi in vinculis tranſibunt* ad te, victi per veritatem Euangelii : *ita vt erga te incuruent ſe, atque erga te orent dicentes : Tantum in te DEVS, & non præterea, non præter DEVM Iſraëlis. Profectu Tu DEVS occultatus* adhuc miſeris nobis Gentilibus fuiſti, *DEVS Iſraëlis, Saluator!* Vtinam Te citius agnoſcere licuiſſet! v. 14. 15. Nam cohærentia Capitis abunde docet, verſiculum 15. non continere verba Jeſchajæ vel Iſraëlis, ſed partem eſſe precum, quas Gentilibus ad Eccleſiam veram conuertendis tribuit CHRISTVS. Ob craſſam ergo hanc ignorantiam erubeſcere jubet DOMINVS Gentiles v. 16. & ſe adjungere ad Iſraëlem, vt per Meſſiam æternam conſequantur ſalutem, & æternæ eripiantur ignominiæ v. 17. Vt vero pulcherrimum illum poenitentiæ ruborem in Gentilibus hoc

Digitized by Google

hoc Gratiæ tempore efficeret, ſe non ſua culpa Gentilibus abſconditum eſſe oſtendit. *Non in occulto*, inquit, *locutus ſum, in loco terræ tenebrarum; non dixi ſemini Jacobi*, h. e. Jacobi poſteris: *Quærite me, vbi inanitas*, nec quicquam facile inueniri poteſt: *Ego ſum JEHOVAH*, qui eloquitur juſtitiam, coram DEO valentem, *& annunciat rectitudines*, vt quiuis homo in agnitionem Veritatis venire poſſit, v. 19. Conf. Pſalm. XL, 10. 11. Jeſ. XLVI, 12. 13. 1 Tim. II, 4. *Congregamini & venite; accedite vna erepti gentium*, conuerſi jam ex gentibus! *Non* enim id *cognoſcunt portantes* adhuc *lignum ſculptilis ſui, nec qui inuocant deum non juuantem. Indicate & appropinquate*, quin deliberate vna de reſponſione ad hanc meam quæſtionem: *Quis audire fecit hoc* verbum de vera hominis juſtitia *a mundi exordio, & ex eo tempore annunciauit illud? Nonne ego JEHOVAH* id feci, *& non adhuc DEVS præter me? Nonne DEVS juſtus & Salvator nusquam præter me?* v. 20. 21. Ideo omnes gentes iterum ad ſalutem in ſe vnice quærendam hortatur, hac addita ratione, quod ſecus perditionem ſuam non niſi ſibi ipſis imputare habeant, cum DOMINVS ſingulis ita conſuluerit, vt in die extremo nemo culpam in Eum rejicere, aut

viam ſalutis ſibi non ſatis patefactam eſſe cauſari poſſit, v. 22 ſeqq. Ita totum Prophetæ caput explicationem noſtram juuare, nemo non intelligit.

§. IX.

Renatus Andreas Kortum in dicto noſtro vniuerſalem illam Gentilium conuerſionem quærere videtur, quam adhuc ante diem extremum ſperandam eſſe nonnulli perhibent. Sed hanc ſententiam in primis ſolide confutauit Theologus conſummatisſimus, D. Alb. Joach. de Krakevitz (y). De Judæis tamen, quibus ſimilis poſt illam Gentilium conuerſio adſcribitur, paulo aliter ac de reliquis gentibus judicandum eſſe dixerim. Quamuis enim vniuerſalem illam Judæorum conuerſionem, quam meliorum temporum patroni præſtolantur, neutiquam ſtatuam; non tamen dicere ſuſtineo, cœcitatem illam vniuerſalem, qua adhuc laborant, uſque ad diem extremum duraturam. Vt vero manifeſtum fiat, me in hanc ſententiam rationibus haud contemnendis induci, non equidem prouocabo ad Apoſtolum Paulum, etſi is Rom. IX. & XI. totus in eo eſt, vt euincat, Judæos non abſoluto quodam DEI decreto reprobatos

(y) in Diſſ. de Conuerſione Gentilium, Roſt. 1715.

tos eſſe, ſed illis haud minus, imo magis quam Gentilibus, patere Gratiæ portam, adeo vt omnes Judæi, non ſecus ac Gentiles, per fidem in CHRISTVM ſaluari poſſint & debeant, Rom. XI, 26. Prouoco ad Hoſeam, cujus Caput III. difficile eſt aliter ac de ſingulari quadam Judæorum conuerſione adhuc futura interpretari. Paucis tamen ante finem mundi annis, mediis in calamitatibus extremis ac apoſtaſiæ a vera Religione exemplis triſtisſimis, eam demum, vt præcipuum quoddam Eccleſiæ noſtræ in hiſce malis ſolatium, expectandam eſſe, pie conjicio. Quin imo ſtrictior etiam temporis articulus videtur latere in pretio, quo Propheta adulteram ad abſtinentiam cum ſcortationis, tum conjugii, mercatus eſt. Non tamen intelligenda eſt adultera proprie ſic dicta, ſed mulier Iſraëlitica Idololatriæ ejus temporis, ac vitiis eam comitantibus implicata. *Et comparaui eam*, inquit Propheta, *in id, quod mearum partium* ad exequendum mandatum Diuinum, *per quindecim argenteos, & Chomer hordei & Lethech hordei. Et dixi ad illam: dies tot ſedebis* ſolitaria, quaſi captiua & ſeparata a conſortio virorum, quemadmodum Judæi adhuc ſeparati a reliquis gentibus, *rerum mearum cauſa; non ſcortaberis, neque*

eris

Digitized by Google

eris viro per matrimonium : *& etiam ego ad te* attendam, ne ſcil. fallas fidem ea in re mihi datam. In hac deſcriptione abſtinentiæ typicæ quantitatem pretii , tam ſolicite annotatam , nihil typici habere vix probabile eſt. Tum vero nihil magis apposite dici poſſe perſuaſus ſum , quam quantitatem hordei & argenti denotare quantitatem temporis , quo Judæi neque Gentilium , neque Chriſtianorum ſacris addicti. Et quidem Chomer , maxima frumenti menſura, decem continebat Ephas , & Lethech quinque (z). Nomen autem numeri , voci כסף præmiſſum , indicat ſupplendum eſſe nomen Sicli , ſecundum obſeruationem Jacobi Guſſetii (a). Itaque intelligendi ſunt quindecim Sicli argenti , cujusmodi Siclus continebat viginti Geras , Exod. XXX, 13. Sit Epha ſeculum , & Gera annus. Ita habebis tempus annorum 1800. in Chronologia noſtra numerandum ab A. M. 4578. ad A. 6378. duodecimum ante AntiChriſti Orientalis finem. Qua occaſione liceat lectores Chronologiæ noſtræ admonere de mendo , quod in hujus Antichriſti annis ex vitio quodam apud Strauchium typographico

(z) Vid. Reland. Antiquit. Hebr. p. 368. Conf. etiam *Ezech. XLV*, 14.

(a) Commentar. Linguæ Ebr. ad Rad. כסף p. 394.

phico irrepſit. Legebatur enim in huius autoris Breuiario Chronolog. (b), fugam Muhammedis ex vrbe Mecha contigiſſe A. C. 602. At contigit A. C. 622. qui eſt A. M. 5131. ad quam temporis notationem & corrigendi ſunt numeri, qui inde dependent. Similis quidem error in Epocha Judaica indicandus eſt, poſtquam Judæos non annum præteritum, ſed labentem numerare ex eo perſpexi, quod annus embolimæus, quem per Cyclum lunæ diviſus Epochæ annus monſtrat, certo præſentis eſt temporis. Non igitur A. M. 749. ſed 750. erit primus annus Epochæ vulgaris Judaicæ, Annusque Mundi 4509. erit hujus epochæ annus 3760. & qua partem priorem, vt 160. Principatus Aſmonæi, ita 312. Aeræ contractuum. Annus vero Judæorum 3949. quo obſignatum Syntagma Miſchnæ, erit A. M. 4698. qui eſt 120. poſt vaſtitatem Templi ſecundi, & qua partem priorem 500. poſt primum Aeræ Contractuum. Annusque Jud. 5352. erit A. M. 6101. & qua partem priorem 1904. Aeræ Contractuum.

§. X.

Sed vt e diuerticulo in viam reuertamur; ex ſupra dictis clarisſime liquere arbitror,

(b) ed. Witt. 1664. p. 1193.

bitror, Jeſ. XLV, 23. 24. non magis de conuerſione Gentilium vniuerſali ſermonem eſſe, quam commate ſubſequenti de conuerſione vniuerſali Judæorum. Judæis certe præ tot aliis gentibus vſque ad præſentem diem juſtitia & ſalus in CHRISTO per ſcripta Moſis & Prophetarum ita ob oculos verſatur, vt non poſſint non, dummodo oculos ſibi aperiri patiantur, Saluatorem noſtrum vnice verum agnoſcere, contra quem tamen tanta ardent excandeſcentia, vt ne quidem Nomen ipſius ſalutare ferre poſſint. Cumprimis tamen illis die extremo erubeſcendum erit, qui Chriſtianos ſe quidem profitentur, & nihilominus Veritates Euangelicas de in ſolo CHRISTO, ſola fide, conſequenda juſtitia & ſalute; de vocatione vniuerſali omnium ac ſingulorum hominum ad ſalutem in CHRISTO, hujus vitæ tempore inſtantisſima & maxime ſeria ac ſufficiente; & de ideo longe certiſſima Pignorum Coeleſtium reali in Sacramentis oblatione, atque applicatione, nonniſi excandeſcentia, vel capitali, excipiunt. Quid de his coram Tribunali CHRISTI? Jurauit DOMINVS, nec reuocabitur verbum, quod ex ore prodiit juſtisſimo. Erunt igitur die illo in propria cauſa teſtes, quinimo judices, & ſic ἀναπολόγητοι καὶ αὐτοκατάκριτοι.

III.

Io. Herm. ab Elswich (†) Obſeruatio de VULGARIO ad Apolog. Aug. Confeſſ. Artic. IV.

§. I.

IN Apologia Aug. Conf. p. 157. laudatur VULGARIUS tanqvam *Scriptor non ſtultus*. Sunt, qvi ignorant, qvid hujus ſit nominis,

(†) De hoc praeſtantisſimo Viro, egregioque non Stadae ſolum, vbi Paſtoris munia ſumma cum laude adminiſtrauit, ſed orbis quoque eruditi ornamento, immatura morte d. 10 Iun. 1721 litteris ſacris pariter, ac aliis, quod dolendum, erepto, eiusque ſcriptis, commentatus ſum Athen. Lubec. P. I. p. 298 ſqq, ac porro in Supplementis, quae molior, commentabor. Hic obſeruaſſe ſufficiet, eum paulo ante obitum coepiſſe conſcribere *Aduerſaria*, quae ſi licuisſet ipſi abſoluere et edere, multa ſine dubio praeclara annotaſſet. Sed ſola reliquit initia, ex perpaucis Obſeruationibus conſtantia. Haec cum veniſſent ad manus viri doctisſimi, SAMVELIS GERHARDI a MELLE (qui concinnandae huic Bibliothecae ſuam quoque operam addixit), primam de Vulgario obſeruationem Elswichianam notis illuſtrare operae pretium putauit. I. H. a S.

nis, eaqve de cauſa παρεργάματ☉ cujusdam incuſant Apologiam, qvaſi ſcriptorem laudaret, qvi nullibi locorum reperitur. (a)

§. II.

Sed enim certum eſt, per *Vulgarium* ipſum intelligi THEOPHYLACTVM. Hunc ea ætate *Vulgarii* appellabant nomine. (b) GERHARDVS in Patrologia Eraſmi affert teſtimonia. Ego ex ipſo LVTHERO id confirmare poſſum, cujus hæc ſunt *Tom. I. Epiſt. p.* 148. *b.* (c) verba notatu perqvam digna:

Deni-

(a) Nonnulli errorem qvendam typographicum hic irrepſiſſe opinati ſunt. Ita n. JOH. BEN. CARPZOVIVS in *Iſagoge in Libr. Symbol. p.* 352. *Videtur eſſe ſphalma, & pro Vulgarius legi debere Bulgarius, & intelligi Theophylactus Bulgarorum Epiſcopus.* Eadem habet JOH. FRID. WALLISERVS in *Vindiciis Libr. Eccleſ. Luth. Symbol.* Ulmæ 1710. 8vo editis, p. 250.

(b) Cl. CHRIST. REINECCIVS in editione F. C. optima, germanicè & latine Lipſiæ 1708. 4to curata, p. 244. obſervat, inter Athanaſii Opera Lutetiæ 1520. excuſa, comparere etiam Theophylacti Commentarium in Epiſtolas Pauli, qvi in ipſo titulo hujus Voluminis *Vulgario* tribui dicatur, nomenqve etiam *Vulgarii* legi in titulo N. T. 1516. ab Eraſmo Roterod. recognit.

(c) Qvi una cum Tom. II. à JOH. AVRIFABRO qvondam Jenæ 1556. editus, & Francofurti ad Viadrum 1597. 4to recuſus eſt. Epiſtola vero ipſa perſcripta eſt ad Hieronymum Düngersheim, de Ochſenfart, S. Theol. Doctorem Lipſ. 1519.

Digitized by Google

Denique Athanaſii opera, qvibus tu uteris, dubitantur eſſe Athanaſii, ac potius VULGARII, THEOPHILACTI putantur eſſe. Luthero σύγχρονος fuit CHRISTOPHORVS HEGENDORPHINVS; qui in *Adnotationibus in Marcum* Hagenoæ per Jo. Secerium A. ꝏ Iↄ XXVI. ed. ſubinde Theophylactum *Vulgarium* nominat. Ita p. 121. ad verba: Dormite jam & reqvieſcite, *Vulgarius*, inqvit, *in Marcum ſcribens, hic Ironiam eſſe annotavit.* Et p. 126. *Sic fere diſſerit in Pauli locum* (Epheſ. III. qvem excitarat) *Vulgarius Epiſcopus.* Eſtne vero error, autorem ſub eo excitare nomine, qvo alias venire ſolet?

§. III.

Ratio, qvamobrem ita appellatus ſit, non una affertur. Ineptiunt tamen, qvi hanc inde petunt, qvod autor vulgaris omniumqve manibus tritus fuerit. Rectius ea à loco petitur aut regione, in qva vixit & ſummum ſacrorum Præſulem egit. Hæc erat *Bulgaria* (d), pro qua alii dixere *Vulgariam.*

(d) Intelligitur Provincia regni Hungarici, juxta litus Danubii verſus Pontum Euxinum procurrens, veteribus *Moeſia* vel *Myſia* dicta, qvæ diverſa eſt à *Bulgaria*, in Tartaria Moſcowitica obvia. In illa Theophylactus claruit circa ann. 1077. & Archiepiſcopum egit *Acridiæ*, qvæ Turcis hodie appellatur *Giuſtandil.*

riam. Τὸ namqve β apud græcos cum aliqva aſpiratione qvandoqve effertur (e). DIONYSIVS HALICARNASSEVS περὶ συνθέσ.

(e) De pronunciatione literæ β apud Græcos, num illa ut *v* conſonans, an vero ut *b* latinorum inſtitui debeat, multa diſputat GREGORIVS MARTINVS cum *Adolpho Mekercho* in Diſſert. ad eum directa *de veteri & vera græcarum literarum pronuntiatione*, p. 2. ſq. qvam una cum *Moeride Atticiſta de vocibus Atticis & Hellenicis* Oxonii 1712. 8vo edidit celeberrimus qvondam Bibliothecæ Bodlejanæ Præfectus JOH. HVDSONVS. Contendit autem Martinus, β græcorum omnino ut *v* conſonans pronunciari debere, cujus rei vel illud argumento eſſe poſſit, qvod *Valerius* græce ſcribatur Βαλέριος, & *valere*, βαλῆρε apud *Zoſimum*, & *Severus* Σεβῆρος apud *Herodianum*, p. 5. idemqve p. 6. addit, eſſe nonnullos, qvi exiſtiment, *volo* a βέλομαι, *vado* à βαδίζω, *vis* à βία, *fremo* à βρέμω, *vita* à βίος eſſe deducta. Confirmari hæc poterunt ex loco qvodam Divi HIERONYMI, qvi in *Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum* Cap. CVI. p. 98. edit. E. S. *Cypriani* de Paciano, Barcinonenſi Epiſcopo, refert: *Scripſit varia opuſcula, de de quibus eſt* κέρβος. Qvæſitum eſt à multis, qvale hoc eſſet Paciani opuſculum, cui titulum κέρβος dedit, qvodqve in *Freculphi*, Epiſcopi Lexovienſis, *Chronico* nomine *Certus* inſignitur. At PAVL. COLOMESIVS, Vir eruditiſſimus, in

συνθέσ. Ὀνομάτων p. m. 13. (f) Τῶν δὲ, inqvit, καλȣμένων ἀφώνων ἐννεα ὄντων τρία μὲν ἐςὶ ψιλὰ, τρία δὲ δασέα,

in *Paralipomenis ad Gvil. Cave Chartophylacem Eccleſiaſticum*, Londini 1686. 8vo editis, p. 10. monet, vocem κέρβος ex *Sophronio*, Hieronymi familiari, qvi Catalogum ejus græcè reddidit, intruſam eſſe, legendumqve *Cervus*, uti habet Codex MS Hieronymi in Bibliotheca Lambethana, qvod ludicri genus fuit apud Paganos & Chriſtianos uſitatum, & reprehenſum à Paciano in libro, cui titulus erat *Cervus*. Unde patet, β græcorum omnino pronuntiatum fuiſſe cum aliqva aſpiratione inſtar *v* conſonantis, dum *Cervus* literis græcis per κέρβος expreſſum fuit. Qvin & Latinos laxius nonnihil τὸ b pronunciaſſe, oſtendit permutatio literarum B & V, qvæ ſæpius occurrit; qvali ratione legitur DANVVIVS pro *Danubius* in pulcherrimo Numo Trajani, annotante Illuſtri EZECH. SPANHEMIO *de Præſtant. & Uſu Numiſm. Diſſ. II. p.* 78. edit. Amſtelod. & in Gloſſis veteribus *Acerva uva*, pro *acerba*, *Caccavum* pro *caccabum*, *Valbus* pro *balbus*, *Vitumen* pro *Bitumen*, memorante JOH. CLERICO in *Arte Critica Part. III. Sect. I. Cap. VI. p.* 66. edit. Amſt. 1712. 8vo. Conf. qvoqve CHRISTOPH. CELLARII *Orthographia latina* p. 22. Facile ergo fieri potuit, ut cognomen Theophylacti & *Bulgarius* & *Vulgarius* ſcriberetur, cum eadem utrobiqve eſſet pronunciatio.

(f) Tom. II. OO. ex edit. *Frid. Sylburgii* Francof 1586 fol.

τρία δὲ μεταξὺ τούτων. Ψιλὰ μὲν τό τε κ, καὶ τὸ π, καὶ τὸ τ. δασέα δὲ τό τε χ, καὶ τὸ φ, καὶ τὸ θ. κοινὰ δὲ ἀμφοῖν τό τε γ, καὶ τὸ β καὶ τὸ δ. Hinc Græci τὸ V latinorum modo per ου modo per β exprimunt. *Servius* ſcribitur Σέρουιος, *Voleſus Valerius* Οὐολεσσὸς Ὀυαλέριος, *Vetulonienſes* Ὀυετυλωνιᾶται, *Vulturnus* Ὀυολτοῦρνος. Sed *Vandali* Βανδῆλοι & Βανδῖλοι a *Dexippo* Athenienſi & *Priſco* Rhetore appellantur. *Livia* plerumqve ΛΙΟΥΙΑ a Græcis ſcribitur. IOAN. autem VAILLANTIVS in *Numiſm. Imperat. Auguſtar. & Caeſ.* p. 6. numum Liviæ exhibet, in qvo ΘΕΑ ΛΙΒΙΑ legitur (g). *Avilius* ſcribitur Ἀβίλιος. *Rufinus* qvidem *Abilium* interpretatur. Sed hunc caſtigavit VALESIVS in *not. ad Euſeb.* p. 49.

§. IV.

In editione Apologiæ A. C., qvam *Caſpar Peucerus P. I. Opp. Phil. Melanchthonis* inſeruit, nec Vulgarius, nec ejus teſtimonium

(g) Idem l. c. p. 7. ex Cimeliarchio CHRISTINÆ Reginæ affert numum tertiæ magnitudinis, in qvo caput Liviæ exhibetur, cum inſcriptione: ΛΙΒΙΑΝ ΗΡΑΝ, *Liviam Junonem*, ſcil. *colunt.*

Digitized by Google

nium conſpicitur. Scilicet *Melanchthon* erat ex eorum numero, qvi ſua ſemper retractant ſcripta. Qvod laudem mereretur, ſi manus modo à ſcriptis, publico nomine confectis, pro eo, ut par erat, cohibuisſet. Omiſit autem procul dubio & Vulgarium & ejus teſtimonium, qvia exiſtimavit, ad μετϐσίαν potius illud pertinere, aut ſuppoſititium eſſe. Videntur huc omnino facere verba *Melanchthonis* in *Epiſtola de ſuis ſtudiis, conſiliis, & affectione erga Eccleſiam & Rempublicam*, qvam P. III. Opp. præmiſit Peucerus. *Sunt, ita ſe habent, & ſententiæ recentes collectæ* περὶ δείπνȣ κυριακȣ̃, *qvarum aliqvæ in illis autoribus, qvi citantur, ſunt ſuppoſiticia. Hæc & ſimilia qvædam mallem omiſſa eſſe. Memini olim Tubingæ Lempum nobis pingere in Tabula Transſubſtantiationem, ut vocant. Mirabar inſulſitatem hominis tum qvoqve, neqve jam velim citatis notis ſententiis titulo Cypriani, aut Ambroſii, aut Theophylacti NB confirmari abuſus Sacramenti. Comperi miram fuiſſe audaciam & impudentiam deſcribentium veteres libros, qvi ut imponerent indoctis, multa de ſuo adſcripſerunt pugnantia cum autoribus.*

§. V.

Sunt, non nego, & alii, qvi Theophylactum μετϐσίαν ſtatuiſſe credunt. Afferre

ſerre poſſum CLAVDIVM SALMASIVM in Libro de *Tranſſubſtant.* p. 10. qvamvis ille ſibimet ipſi contrarius eſſe videatur. Ex noſtris ejusdem Theophylactum erroris incuſat JO. GVIL. BAYERVS in *Compend. Hiſtor. Theol.* p. 606.

§. VI.

Mihi Theophylactus rectius ſenſiſſe, qvam locutus eſſe, videtur. Verba eius in Marcum (h) ad illa Chriſti, Τȣτό ἐςι τὸ σῶμά μȣ, hæc ſunt: Τȣ̃το, ὃ νῦν λαμβάνετε, ȣ̓ γὰρ ἀντίτυπος τȣ̃ κυριακȣ̃ σώματός ἐςιν ὁ ἄρτος, ἀλλ᾽ εἰς αὐτὸ ἐκεῖνο μεταβάλλεται τὸ σῶμα τȣ̃ χριςȣ̃. ϗ ὁ Κύριος γὰρ λέγει ὁ ἄρτος, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μȣ ἐςίν· ȣ̓κ εἶπεν, ἀτίτυπός ἐςι τῆς σαρκός μȣ, ἀλλ᾽ ἡ σάρξ μȣ ἐςί. In his negat, panem eſſe ἀντίτυπον κυριακȣ̃ σώματος. Et id recte ſeſe habet. Doctores qvippe Theophylacto antiqviores, ſubinde panem σύμβολον ϗ ἀντίτυπον τȣ̃ σώματος κυριακȣ̃ appellarunt (i). Sed à tempore Synodi Nicenæ II. Docto-

(h) Cap. XIV. v. 22. p. 272. edit. Græco-Latin. Lutet. Paris. 1631. fol. Similia fere habet *Comment. in Matthæum*, c. XXVI. 26. p. 161.

(i) Uſus eſt hac appellatione IRENÆVS, Lugdunenſis ſeculo ſecundo epiſcopus, in fragmento, quod

Doctores ab hac loqvendi forma ſibi temperarunt, in qva Iconomachi aſſerebant,

---

qvod vna cum aliis è Bibliotheca Regia Taurinenſi eruit, notisqve illuſtravit celeberrimus jam Academiæ Tubingenſis Cancellarius, CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIVS, Hagæ Com. 1715. 8vo. dum p. 27. inqvit: ἐκκαλοῦμεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπως ἀποφήνῃ τὴν θυσίαν ταύτην καὶ τὸν ἄρτον σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὸ ποτήριον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ἵνα οἱ μεταλαβόντες τούτων τῶν ἀντιτύπων τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν καὶ τῆς ζωῆς αἰωνίου τύχωσιν. *Invocamus Spiritum S. ut exhibeat hanc victimam & panem Corpus Chriſti, & poculum ſanguinem Chriſti, ut, qvi hæc ANTITYPA accipiunt, remiſſionem peccatorum & vitam æternam conſeqvantur.* Antiqviſſimam hic Scripturæ phraſin ab Irenæo uſurpatam eſſe arbitratur cl. *Editor*, qva antitypus eſt typi correlatum, & id, qvod typum re ipſa exprimit & exhibet; multaqve inſuper de typo & antitypo Corporis & Sangvinis Chriſti retro citroqve diſputata erudite ediſſerit in *notis* p. 132 -- 145. Cæterum qvod varios loqvendi modos à Patribus Eccleſiæ in argumento de Euchariſtia adhibitos attinet, non inepte de illis pronuntiat PETR. BAYLIVS, Vir acutiſſimus: *Les Péres ont parlé ſi diverſement de l'Euchariſtie, qv' on pourroit comparer leurs expreſſions aux phénoménes celeſtes. Cette partie de la phyſique eſt celle, qv' on met le plus en parti, & qv' on abandonne le plus*

unam modo eſſe imaginem Chriſti, panem & vinum in Euchariſtia. Metuebant enim id agi, ut panis & vinum pro nuda ſaltem imagine, aut ſolo repræſentamine abſentis corporis & ſangvinis haberetur. Atqve eo pacto infitiati ſunt, panem eſſe ἀντίτυπον τῦ σώματος. Ita præter Theophylactum *Damaſcenus*

plus aux ſuppoſitions de l' eſprit humain. Combien de ſyſtemes ne fait-on pas pour donner raiſon de ces apparences? Ce qv' il y a de rare, c' eſt, qv' on en vient à bout dans toutes les hypothéſes, de ſorte qve la difference des unes aux autres ne conſiſte qve dans les plus ou moins d' embarras. La doctrine des Péres ſur l' Euchariſtie a eu le même deſtin. On n' en connôit que les phénoménes, c' eſt à dire qve les phraſes differentes, qv'ils nous ont laiſſées dans leurs livres. La qveſtion eſt de bien trouver la penſée qvi repoſe ſous ces expresſions. Et poſt aliqva interjecta: *L' on accordera aiſement enſemble tous les termes durs, empoullés, hyperboliqves, ſimples & naïfs, qvi ſe trouvent dans les Péres au ſujet du S. Sacrement, pourvû qv' on ſuppoſe qv' il y là tout à la fois l' humanité de J. C. & la ſubſtance du pain.* Nouv. de la Rep. des Lettres 1687. Fevr. Art. II. p. 129. ſq. Meritoq; hic ſtandum eſt judicio Theologi in Academia Jenenſi primarii, JOH. FRANC. BVDDEI, aſſerentis: *Non magnopere utiqve noſtra refert, qvid Patres Græci, Latini, veteres, recentiores, ſenſerint; cum præcipuum cauſæ noſtræ præſidium in clarisſimis, certisſimis, evidentisſimisqve Scripturæ Sacræ effatis collocemus.* Inſtitut. Theol. Dogmat. Lib. V. Cap. I. p. 1578.

nus & *Anaſtaſius*, Monachus Sinaïta, qvos laudat *Salmaſius de Transſubſtant.* p. 339. Futilis autem eſt Salmaſius, qvando affirmat, hos viros credidiſſe, *omnem panem communem eſſe antitypum corporis Chriſti, qvia Chriſtus in pane Sacramenta conſtituit ſui Corporis. Aſt poſt conſecrationem cum deſinat eſſe communis panis & ſimplex, deſinere etiam antitypum corporis, qvia ſit ipſum corpus.* Nam hæc cum ex ipſis verbis, tum ex occaſione ſuppeditata ſatis confutantur. Affirmat porro Theophylactus, panem μεταβάλλεσθαι εἰς αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ. Qvæ phraſis Patribus eſt perqvam uſitata, qvibus nihil eſt cum Transſubſtantiatione negotii. Paſſim enim in illorum ſcriptis μεταβολὴν, μεταστοιχείωσιν, μεταποίησιν, μεταῤῥύθμισιν, legimus, qvando de S. Euchariſtia exponunt. Sed non intelligunt mutationem qvandam Φυσικὴν, ſed μυστικὴν, qvarum illa unam ſubſtantiam in alteram mutat, hæc integram relinqvit. Res exemplis erit clarior. CYRILLVS *in Johannem* de aqva baptiſmatos profitetur διὰ τῆς τοῦ πνεύματος ἐνεργείας τὸ αἰσθητὸν ὕδωρ πρὸς θεῖαν τινα καὶ ἀπόῤῥητον μεταστοιχειοῦσθαι δύναμιν. Credititne Cyrillus, aqvam, qva ipſam eſſentiam, mutari? Minime

 omni-

omnium. Aqvam non pro nuda habuit, ſed pro unita cum Spiritu S., & per illam unionem efficaci, qvæ ἀναγέννησιν præſtare posſit. Eodem modo in S. Coena fit panis μεταβολὴ aut μεταςοιχείωσις, qvando is cum corpore unitur, panisqve merus ac nudus eſſe deſinit.

§. VII.

Non ergo Theophylactum de Transſubſtantiationis errore arguere poſſumus, niſi & reliqvos Patres, qvorum imitatur loqvendi formas, ejusdem incuſare velimus. Et qvem fugit, illum ſuas enarrationes maximam partem ex Chryſoſtomo compilaſſe? At hunc à μετυσίας dogmate alienum fuiſſe, vel ſola docet Epiſtola ejus ad Cæſarium, (k) qvam ex ipſis Lojolitis HARDVINVS γνήσιον eſſe fatetur. Abſolvit etiam ab hoc errore

(k) Celebrem reddiderunt hanc Epiſtolam, in editionibus Opp. Chryſoſtomi alias omiſſam, ea, qvæ aliqvo abhinc tempore circa eandem fuere diſputata. Cum enim verſionem illius latinam è codice qvodam Florentino deſcriptam ſecum in Angliam detuliſſet PETRVS MARTYR, Florentinus, eamqve in teſtimonium, contra Transſubſtantiationis dogma primus omnium circa medium ſeculi XVI. adduxiſſet in *Defenſ. Euchariſt.* adverſus Gardinerum Wintonienſem *part. I. p.* 390. 502. & in *Locis Communib. Claſſ. IV. cap.* 10, *p.* 603., diſparuit ab illo tempore Epi-

Epiſtola, effictamqve illam fuiſſe à Reformatis tradiderunt Pontificii. At EMERICVS BIGOTIVS verſionem iſtam latinam ex eodem codice Florentino deſcripſit, qvam *Palladii dialogo de vita Chryſoſtomi* Paris. 1680. 4to à ſe edito ſubjuncturus erat, niſi Cenſores Sorbonici, *Martinus Grandinus & Faurius*, prohibuiſſent; qva de re haud immerito conqveſtus eſt PETRVS ALLIXIVS, Carentonenſis olim in Gallia Paſtor, poſtmodum Eccleſiæ Sarumenſis in Anglia Theſaurarius, *in Expoſtulatione de S. Joh. Chryſoſtomi Epiſtola ad Cæſarium Monachum adverſus Apollinarii hæreſin à Pariſienſibus Theologis non ita pridem ſuppreſſa*, qvam *Anaſtaſii Sinaitæ Anagogicarum contemplationum in Hexaëmeron libro XII.* Londini 1682. 4to edito, præmiſit. Poſthæc verſatisſimus in Eccleſiæ veteris monumentis GVILIELMVS CAVE, Canonicus Windeſorienſis, *Chartophylaci* ſuo *Eccleſiaſtico*, Londini 1685. 8. evulgato, inſigne hujus epiſtolæ fragmentum græcum, ex antiqvo codice Bibliothecæ Arundellianæ deſcriptum p. 69. inſeruit, eodemqve fere tempore epiſtolam hanc, qvamvis latine tantum, STEPHANVS le MOYNE in *Variis Sacris* Lugd. B. 1685. 4to edidit. Seqventi anno Theologus qvidam Anglus illam cum præfatione Bigotii ſuppreſſa & fragmentis græcis exhibuit ad calcem libri, qvem inſcripſit: *A Defence of the Expoſition of the Doctrine of the Church of England, againſt Mr. de Meaux and his Apologiſts Objections*, *Lond.* 1686. 4o. Hunc Theologum eſſe EDVARDVM STILLINGFLEET, Epiſcopum Wigornienſem, permulti Viri docti crediderunt. At in Ope-

DREYERVS in *Controverſ. cum Pontif.* Diſp. XXXIII. p. m. 1041. *Theophylactus*, inqviens, *inter*

Operibus ejus *VI.* Voluminib. junctim Londini 1710. fol. anglicè editis liber iſte non occurrit, qvin potius in diario Anglico, qvod inſcribitur: *The young Students Library*, & Londini 1692. f. prodiit, pag. 122. ſq. diſerte adſcribitur Doctori WAKE, qvem VINC. PLACCIVS in *Theatro Anon. & Pſeud. Cap. XIII. p.* 507. *M. Walkers* nominat. Num vero *Wakius* hic ſit ipſe Reverendiſſimus WILLIAM WAKE, hodiernus Archiepiſcopus Cantuarienſis, alii definiant. Porro & JAC. BASNAGE Epiſtolam memoratam Chryſoſtomi Ultraj. 1687. 8vo cum tribus Diſſertationib. epiſtolicis recudi fecit. Deniqve JOH. HARDVINVS, è Societate Jeſu, Vir recondita non minus doctrina, qvam aſſertionibus paradoxis clarus, eandem cum fragmentis græcis, notisqve & *Diſſertatione de Sacramento altaris* Paris 1689. 4to evulgavit; qvi pro genuino Chryſoſtomi foetu illam qvidem agnoſcit, at μετȣσιώσεως dogmati magis fåvere, qvam adverſam eſſe contendit. Cumqve ſententiæ huic qvædam oppoſuiſſet JOH. CLERICVS *Tom. XV. Biblioth. Univ.* p. 253. ſq., vel ipſe Harduinus, vel alius ejus nomine reſpondit edito libello gallico: *Defenſe de la lettre de ſaint Chryſoſtome à Ceſaire, addreſſée à l' Auteur de la Bibliotheque Univerſelle en Hollande*, à Paris 1690. 40. Ubi inter alia p. 48 ſq. hæc habentur: *En fin cette fameuſe lettre de Saint Chryſoſtome, cette lettre formidable que vous objectiez aux Catholiques avec tant de fracas, cette lettre qv' ils avoient ſupprimée, dites-vous, pour n' y pouvoir répon-*

inter Græcos, *Bulgarorum Epiſcopus*, *inconvenienter qvidem loqvitur*, *dum nudas figuras*, *qvas*

pondre, *cette lettre foudroyante ne contient plus un argument contre eux*, *mais une preuve convaincante & demonſtrative contre vous*: *une preuve qvi vous inqviétera touyours d'autant plus*, *que vous aviez taché de la faire valoir en votre faveur.* Sed enim JAC. BASNAGE dans ſon *Hiſtoire d'Egliſe l. XIV. ch. II.* §. 2. *p.* 812. *ſq.* & JOH. CLERICVS *T. XIX. Biblioth. Univ.* p. 527. ſq. refellerunt rationes Harduini, qvi tamen editionem epiſtolæ, ut & defenſionis gallicæ, vel invitus repeti vidit in *Operib. Selectis* Amſt. 1709. fol. editis. Recentiſſime omnium non ſolum BERNARDVS de MONTFAVCON, Ordinis Benedictinorum inſigne decus, novæ Operum Chryſoſtomi editioni, & Tomo qvidem III, qvi Paris 1721. fol. prodiit, p. 744. ſq. epiſtolam ſæpius allegatam inſeruit: ſed etiam illuſtriſſimus Marchio Veronenſis, SCIPIO MAFFEIVS in *Epiſtola Hetruſca*, qvam ad celeb. Jo. Baſnagium 1721. perſcripſit, epiſtolam hanc una cum fragmento ejus græco ex codice Bibliothecæ Florentinæ Laurentianæ exhibuit, cujus editionem additis variis obſervationibus ſe repetiturum promiſit M. JOH. ERHARD. KAPPIVS in Diſſ. perqvam erudite conſcripta *de celeberrima S. Joannis Chryſoſtomi ad Cæſarium Monachum epiſtola*, *Veritatis Evangelicæ contra Pontificiorum transſubſtantiationem inſigni teſte*, Lipſ. 1723. Conf. GVIL. CAVE in *Hiſt. liter. Script. Eccleſ.* p. 204. ſq. edit. Genev. 1720. qvem epiſtolam hanc inter *aliena Chryſoſtomi* retuliſſe, perperam aſſeritur im ausführlichen Bericht von neuen Büchern, Part VII. p. 645. THOM. ITTI-

qvas nonnulli comminiſcebantur, *refutat*, *idem tamen cum Latinis non ſentit*. Atqve ſic ex his patet, Melanchthonem nec errorem in excitando Theophylacto commiſiſſe, nec cauſam,

ITTIGIVS in *Praef. Tractat. de Bibliothecis & Catenis Patrum* p. 120. ſq. & in *Tractatu ipſo* p. 417. ſq. JOH. ALB. FABRICIVS in *Biblioth. Graec.* Lib. II. Cap. X. §. 43. p. 434. ſq. CHRISTOPH. MATTH. PFAFFIVS dans ſes *demonſtrations ſolides de la Verité de la Religion Proteſtante* ch. II. §. 6. p. 82. ſq. JOH. FRANC. BVDDEVS in *Inſtitution. Theol. Dogmat.* Lib. V. Cap. I. §. XXIII. p. 1587. ſq. Add. *the young Students Library by the Athenian Society* l.c. & p.469. ſq. D. FRID. DEVTSCHII Exerc. Theol. qvae *Chryſoſtomi & Theodoreti de Sacramento coenae ſententiam* ſiſtit, Regiom. 1700. itemqve CHRISTIAN. GVIL. VOLLANDI *Vindiciae Chryſoſtomi contra Joh. Harduinum* Lipſ. 1714. 4. editae. Memoratu qvoqve non indigna ſunt, qvae de hac epiſtola amico ſuo refert MAX. MISSON: *Mr. Magliabecchi n' a pû me faire voir la lettre de S. Chryſoſtome à Ceſarius, ayant reçu du Grand Duc une expreſſe defenſe de la communiqver à perſonne. Mais vous pouvez dire avec toute certitude à noſtre Ami, qve M. Magliabecchi m' a aſſuré poſitivement, qve le paſſage cité par Martyr, ſe rapporte lettre pour lettre au MS. dont il eſt qveſtion.* Nouveau Voyage d' Italie Tom. II. Lettr. XXXI. p. 369. ſq. de la qvatriéme edition. Nuper admodum inter Proteſtantes CHRIST. AVGVST. SALIG in Tr. *de Eutychianiſmo ante Eutychen* Gvelpherb. 1723. 4to *Append. IV.* epiſtolam hanc ſpuriam pronuntiavit.

Digitized by Google

ſam, eandemqve veram, excitatum expungendi habuiſſe. Potuiſſet hoc teſtimonio à *Zwinglio* ejusqve aſſeclis ſeſe diſtingvere, qvi ἀπουσίας dogma fovent. Forſan v. in eorum gratiam delevit, perinde ut ex ipſo A. C. Art. X. verba *& improbant ſecus docentes*, à Luthero ipſo, teſte Marbachio, appoſita, & Viris Principibus, qvorum nomine confecta prælectaqve eſt Confeſſio, probata, ejecit, & collectas qvondam περὶ τοῦ δείπνου veterum ſententias retractavit, qvas tamen *Nic. Selneccerus* ſervavit, ſuisqve *Inſtitutionibus* inſeruit.

§. VIII.

Ex Pontificiis *Joh. Dezius* inde conatus eſt evincere, Apologiam A. C. probaſſe Transſubſtantiationem. Qvem confutavit H. G. MASIVS in Diſſert. T. I. p. 544.

IV.

IV.

Io. Herbinii (*) ad Balthas. Bebelium Epiſtola, Hiſtoriam Lutheraniſmi in Polonia illuſtrans.

Plurimum Reverende, Magnifice atqve Excellentiſſime Doctor & Antiſtes Eccleſiæ DEI, D. BEBELI, Domine fautor ac promotor Euangelii obſeruande,

Salutem pacem & omnimodam benedictionem a Domino JESU!

ANimus, quem gratia DEI et pietas ſemel occupavit, ita vivit CHRISTO, ut, oblitus rei propriæ, omnem ſe Eccleſiæ ejus impendat in hoſtiam vivam & ſanctisſimam:

(*) De *Io. Herbinio*, Sileſio, cujus haud exigua ſunt in eccleſiam & litteras merita, in Germania, Polonia, Suecia & Boruſſia acqviſita, eiusque ſcriptis, vid. Witte Diar. Biogr. T. II ad an. 1676. Schefferi Suec. Literat. p. 308. Molleri Hypomnemat. ad Scheffer. p. 467 ſq. Lexic. Erud. p. 963.

Qvan-

ſimam: neqve eſſe poteſt, quam diu eſt, niſi proſit etiam. Nondum pietati tuæ paternæ

E excidiſ-

Quanto ſtudio ac labore Lutheraniſmum in Polonia ſtabilire & amplificare contenderit, Epiſtola ad magni nominis Theologum, Balthaſ. Bebelium, ſcripta, (quam ex αὐτογράφῳ, qvod in muſeo meo aſſervo, bona fide exhibeo) docebit. Gymnaſium Bojanovlenſe (quod *Bojavienſe* vocant Witte & Mollerus ll. cc.) non videtur diu ipſius auſpiciis floruiſſe. Licebit illud concludere ex Dedicatione, *Religioſis Kijovienſibus Cryptis*, Ien. 1675. 8 editis, praefixa, in qva ſe exulem profitetur. *Ne in otio exilii*, inquit inter alia, *otioſus eſſem omnino*, *de abditis ſub terra Graeco-Ruthenorum rebus*, *ad maiorem Dei gloriam & Eccleſiae Chriſti incrementum*, *tradere quaedam conſtitui.* Finit quoque Dedicationem: *Dabam Regiomonti e domo exilii*, *die 6 Martii*, *Anno Sal. M DC LXXV.* In eadem Dedicatione commemorat, ſe *Miniſterii Evangelici partibus in Saxonica Eccleſia Vilnae eſſe defunctum.* Bojanovia igitur Vilnam videtur, & tandem in exilium commigraſſe. Quae porro fuerint Scholae Bojanovienſis fata; non adeo facile demonſtrari poſſe arbitror. Apud multos enim rerum Polonicarum ſcriptores altum hic ſilentium; imo ne nomen quidem huius loci, quem etiam non in omnibus mappis Geographicis inuenire licet, occurrit. Habet tamen Lexicon Geographico-Hiſtoricum, Lipſ. 1713. 8 maj., col. 241 *Bojanovam*, docetque, eſſe vrbem Poloniae maioris, in Poſnanienſi Palatinatu, in Sileſiae confiniis, ſitam, Euangelicaeque religioni addictam. De ipſius Gymnaſio fruſtra quoque

conſului

excidiſſe opinor, Antiſtes diviue, quo ſtudio & labore Anno 1664. commiſſum mihi a Nobilitate & Ecleſiis Polonorum Lutheranis negotium Oratorium, ad colligendum ſtipem Eccleſiaſticam, in uſus Evangelii hic in Polonia propagandi impendendam, in urbe veſtra Argentina florentisſima expedierim. Et eo quidem felicius, quod intercedente Beati olim Dannhaweri, ac poſt eum, tua, Vir ſumme, totius Conſiſtorii venerandi autoritate, in Senatum intromiſſi illuſtrisſimum facile ab ejus clementia ſubſidium petitum impetraverimus, ac feſtinante ad bene faciendum charitate, Eccleſiaſticum charitatis ſacrificium, quod COLLECTAM vulgo vocant, in omnibus Templis publice mox indictum, ſpatioque octidui, nobis aſpectantibus, o quam prompta & prodiga manu, collatum fuerit. Caput ſive ſumma Collectæ hujus in

conſului copioſam & eruditam Diſſertationem M. *Iacobi Woit* de Incrementis Studior. per Polonos ac Pruſſos, Lipſ. 1723. 4, quae licet cap. III de Poloniae Pruſſiaeque Academiis, Gymnaſiis, Collegiis agat, Bojanovienſis tamen ne verbulo quidem meminit. Operae foret pretium, in Hiſtoriam Lutheraniſmi in Polonia, poſt Herbinium, inquirere virum idoneis & ſufficientibus ad hanc rem ſubſidiis inſtructum. Sic egregie etiam poſſet illuſtre Seckendorfii de Lutheraniſmo opus ſuppleri. I. H. a S.

in Curiæ veſtræ palatio depoſita aſſervatur etiamnum. Confecto itaqve ego in Regnis Daniæ ac Sveciæ negotio meo, nudius tertius in Poloniam redux, cum rationes navatæ operæ Eccleſiis earundemque Patronis recenſeo; ecce, omnibus fere S. Rom. Imperii redditis Eccleſiæ Polonæ & acceptis Collectis, ſola, eheu! Argentinæ tam pio & ardente Veſtrorum affectu collata pecunia deſideratur. Negatam eſſe Eccleſiis noſtris, eandem autoritate Synodali repetentibus, audio. At quo noſtro malo? qua, quæſo, culpa reddere negatis ſacrificium CHRISTO ſacrum, quod tam prodiga in miſericordiam dextra martyribus noſtris Eccleſiis contribuiſtis, Evangelio in Polonia propagando, ſubſidium? Num de Lyceo noſtro Bojanovienſi adhuc dubitatis, cui ſuſtentando vicinæ nobis gentes hodienum ſymbola ſua ultro contribuunt? Juſta ſane indignatione ſuccenſeo famæ tam impia & falſa de nobis tradenti. Falſum profecto eſt rumoris hujus (quaſi Gymnaſii Bojanovienſis erectio a Clero Pontificio inhibita ſit) argumentum, author vero homo inimicus. Namque in Schola noſtra Bojanovienſi, cujus ego indignus Director ac Profeſſor ſum, artes bonæ & ſtudia lingvarum, nec non Theologia Orthodoxa, fruſtra in nos murmurantibus Pontificiis, liberrime

E 2 hodie

hodie traduntur, atque Evangelium indies magis ac magis propagatur. Et tametſi Eccleſiæ Scholæque noſtræ in Polonia, hoſtilibus Cleri Rom. conſiliis variisque artibus infeſtentur, Evangelii ſinceritatem, adeoqve & nos ejusdem Profeſſores tamen, confirmatis nuper a Rege noſtro Clementisſimo Disſidentium, (nos ita vocant) privilegiis ac libertatibus Religionis, exigere e Polonia nequaquam poſſunt. Haud enim levis res momenti eſt, cœtus Evangelicos amplius 150 hinc ejicere, adeoque omnem fere Poloniam Majorem vacuefacere. Si CHRISTUM habemus propitium, tale vacuum in Polonia non dabitur. Ab exceſſu B. Lutheri floruit Evangelium in Polonia, ſed perſecutio univerſalis Eccleſias Lutheranas nunquam turbavit, ſolos ea Socinianos Racovienſes, abhinc amplius decennio, e Polonia ad unum omnes exegit. Lege, quæſo, Doctor Maxime, quem Eminentiæ Tuæ transmitto, *Eccleſiarum* noſtrarum *Polon. Statum*, in gratiam Eccleſiarum exterarum a me editum, eumque cum Illuſtrisſimo Senatu Veſtro communicare ne gravare, ut, militare nos ſub ſignis Evangelii in Scholis & Eccleſiis Polono-Lutheranis palam fiat omnibus. Tuam igitur pietatem, Doctor Eminentisſime, per vulnera filii DEi in nobis martyribus rubentia, per-

perque commune Evangelii propagandi ſtudium, oro atque obteſtor, ut illuſtriſſ. Senatum Argentinenſem de progreſſu Gymnaſii noſtri Bojanovienſis certisſimum reddere, utque tanto jam tempore in Curia ſua magnifica aſſervatam COLLECTAM, noſtris Evangelii in Polonia uſibus deſtinatam, Wratislaviam ad Nobilem & Ampliſſ. Dn. Joh. Georgium Zange, mercatorem et Senatorem Wratislavienſem, transmittere tandem cambio ne dedignentur, pro ſumma tua authoritate ac pietate adhortari eos ne graveris. Cui enim, quæſo, uſui, aut commodo alii, tanto jam tempore pecuniam iſtam Evangelio ſacram detinetis? Num eam CHRISTO, die magni illius Judicii, in manus numeraturi eſtis? Collata in ſe ſuos laudabit CHRISTUS beneficia, non conferenda demum. Enitere ergo, Antiſtes Beatisſime, quantum potes, quo Eccleſiæ Polonæ Orthodoxæ beneficium iſtud tandem a Senatus veſtri clementia obtineant, ut ne labor, adita multa pericula, tantisqve ſumptibus emenſa itinera noſtra fruſtra ſint in DOMINO. Et quia nobis Argentinæ, qui cauſam hanc noſtram in Senatu veſtro agat, vir non eſt, oramus ſupplices, eſto tu ibi Vir & Patronus Eccleſiarum DEI in Polonia militantium. DEUS autem & Pater D. N. J. C. benedicat animæ ac Domui

tuæ ſacratisſimæ in æternum! Vive Doctor Maxime, & age opus Domini diu nimis ac feliciter!

Plm. Rev. Emin. Tuæ

Bojanoviæ in Polonia
d. 27 April. 1671.

obſervantisſimus
M. Johannes Herbinius,
olim Eccleſiarum Luther. Polonar. ad Exteros Orator deputatus, nunc vero Gymnaſii Bojanovienſis Director ac Profeſſor mppa.

V.

Digitized by Google

V.

Henrici Brakeri
Paſt. Nicol. Flensb.
ad
Io. Henr. a Seelen
Epiſtola,
Obſervationes ſelectas
in
Libros Symbolicos, Servatum Lupum, Lycophronem, Philoſtratum & Andream Cretenſem
continens.

Quanquam ego his quidem temporibus, Affinis Optime atque Exoptatisſime, parum otii ad ſcribendum mihi relictum eſſe video, propterea quod & laboribus concatenatis domeſticisque etiam difficultatibus, quæ omnem animi tranquillitatem interpellant, totus fere obruor; tamen inprimis tacito me cogitationum convitio increpari ipſe animadverto, qui, cum & ab elegantioris doctrinæ copia, & ubertate ingenii ſolertiaque, orationis denique nitore fla-

gitioſe admodum imparatus ſum, huic ad Te pertexendæ epiſtolæ manum admoveam. Attamen cum non unis, iisque mei amantisſimis, litteris etiam atque etiam a me contendas atque efflagites, ut, quæ ſermonibus inter nos quotidianis, dum ſuavisſima tua conſuetudine perfrui conceſſum fuerat, libere atque aperte agitabantur, quæque inter legendum hinc inde mihi tumultuaria & fortuita prorſus opera obſervata oſtenderam, ea licet cruda forſitan ſtudia tecum communicare velim: certe ea quidem in re tenuitatis meæ mihi conſcientiam quodammodo exigendam, ipſamque potius verecundiam exuendam exiſtimavi, quam ut deſiderio tuo ac voluntati, ſi minus optatis reſpondere queam, aliqua ex parte defuiſſe videar. Etenim ex eo tempore, quo ſummorum virorum, Wolfii, Fabricii, Richeyi litteris ac commendatione amicitiæ inter nos ineundæ quaſi fores aperiebantur, ita me familiariter in ſermonem tuum & congreſſum dedi, ita me in illam tuam conſuetudinem ſane jucundisſimam penitus immerſi, ut & litterarum, quas in me perexiguas eſſe profiteor, communia ſtudia, quæque in te eſt ſumma morum ſuavitas integritasque, ea animorum nos conjunctione aſtrinxerint, qua nihil posſit fieri conjunctius. Hinc vetus inter nos uſus, hinc ſanctiſſima iſta neceſſitudinis

mihi

mihi tecum jura intercedunt, quibus cum arctius etiamnum affinitatis vinculum adjungeretur, necquicquam amplius ad propenſiſſimam voluntatum inter nos inclinationem requiri videbatur, præſertim cum omni officiorum genere ac ſingulari liberalitate rem meam litterariam & exiſtimationem quoque, ſi quam inter eruditos ſperare poſſim, ita augendam tibi ornandamque cenſuiſti, ut ullam tuorum & innumerabilium erga me & immortalium meritorum partem vel remunerando aſſequi, vel grati animi ſignificatione illuſtrare me poſſe, planiſſime deſperem. Itaque cum multis nominibus tuus ſim mancipio & nexu, neque id committendum mihi eſſe puto, ut non uſu quoq; & fructu tuus fuiſſe reus peragar, animique ſummopere ingrati me crimine obſtringam, qui officium ſcribendi qualecunq; tibi denegarim. Principio igitur ſermonis illius noſtri nuperrimi memoriam tibi refricari patieris, quo hominum quorundam, qui hanc loquendi rationem: Bona opera mereri præmia &c. Libris noſtris Symbolicis uſurpatam arrodunt, vel ſupinam inſcitiam nobiſcum impenſe ridere, vel libidinem calumniandi ipſa malevolentia jejunam maximopere ſive admirari ſive abominari licuit. Neque enim iſti animadvertunt, ſeſe ipſas ſacroſanctas

criminari litteras, quæ non ſolum benefactis μισθὸν, שָׂכָר, גְּמוּל, שלם & ſimilia, id eſt, mercedem & meritum adeo tribuunt, verum etiam oſtendunt, alium eſſe μισθὸν juſtitiæ, alium gratiæ & diuinæ promiſſionis Rom. 4, 4; quin etiam, quæ damna immerentibus importantur, per גמל &c. exprimunt. Quæ licet a Theologis noſtris dudum planiſſime ſint explicata, & vel in Lexicis ubivis obvia; tamen quotidie ipſa experientia comperimus, iſta nihilominus viris, qui nihil pium atqui ſanctum putant, niſi quod ipſorum inſtitutis & Κυρίαις δόξαις conveniat, prorſus videri δυσνόητά τινα, at ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν. Nihil porro attinebit commemorare ſanctiſſimos Chriſtiani antiqui cœtus Doctores, qui ſine ulla veræ religionis labe iſtud loquendi genus paſſim conſectati ſunt, quique certatim a noſtris ad hanc dirimendam litem advocantur. Illud vero mirabile prorſus videri oportet, nullam con habere rationem, quod ipſi Juriſconſulti antiquiſſimi, id quod vel Briſſonium de Signif. Verbor. inſpicienti pulcherrime conſtabit, eandem locutionem rectam ſane, emendatam, Latinam calculo ſuo comprobent, qui certe, ne fictum pietatis cujusdam nomen, re vera autem religionis calumnia

nia veritati fraudi ſit atque detrimento, graviſſima, qua pollent, autoritate intercedent. Cum vero maxime idonei caſtiſſimique adeo Latinitatis auctores iſtam dictionem pari ratione frequentent, vix manum ferulæ ſubduxiſſe videbantur, qui hoc loquendi genus & infaceti nec ſatis litterati acerrime allatrare animum inducunt. Hi ſi vel Fabri Theſaur. Erudit. Scholaſt., qui puerorum manibus teritur, conſulerent, perſpicue intelligerent, monente Is. Caſaubono ad Plin. lib. 1. Epiſt. 8. & Hug. Grotio. ad Matth. c. 6. v. 1., Terentio, Ciceroni, Plinio, quin & veteribus Latinis *Merere & Mereri* omnino eſſe *aliquid conſequi*, etiam τυγχάνειν *ſimpliciter & factum denotare, non vero jus aut* ἀξιοῦσθαι *ſive dignum eſſe.* Hic cum ego probe meminiſſem, quam tu præ cæteris omnibus Julium illum Cæſarem, qui plures ingenii atque eloquentiæ faſcibus ſubmoviſſe, quam vi atque armis ſubegiſſe meritiſſimo cenſetur, in manibus in ipſoque ſinu geſtare ſoleas, gaudium illud mirificum te celare nullus potui, quo Dictator ille litterarum L. 6. de B. G. c. 5. §. 2. animum meum hiſce perlectis verbis perfuderat: *Cavarinum cum equitibus Senonum ſecum proficiſci jubet, ne quis ex hujus iracundia, aut ex eo, quod meruerat odio, civitatis motus exiſtat.* Quæ ſi

cum

cum iis, quæ L. 5. c. 54. §. 1. 2. 3. a Cæſare exponuntur, quæque c. 56. §. 1. de Senonibus Carnutibusque conſcientia facinoris inſtigatis ſubjiciuntur, aliquanto curatius conferas, manifeſto conſtabit, Cavarinum quidem merito iracundia, id eſt, ulciſcendi arſiſſe libidine, eo quod Senones ſeſe, quem Cæſar apud eos Regem conſtituerat, interficere publico conſilio conati, cum id præſenſiſſet ac profugiſſet, ad fines inſecuti regno domoque expuliſſent; odium tamen illud capitale, atque inde periculum, damnum contumeliamque graviſſimam expertum eſſe, ita ut ne ulla quidem commiſſa culpa, tam immani invidiæ conflagrarit incendio, niſi quod regnum, quod majores ejus, quod frater Moritaſgus (cujus nulla deinceps mentio injicitur) obtinuerat, Cæſaris beneficio ipſi fuerat delatum. Unde liquidiſſime patere arbitror, *mereri* hic eſſe malum aliquod ſentire, quo, licet ejus nulla exſtet culpa aut meritum, attamen afficiare, ſic ut ad perniciem quamlibet innocens devocere. Veruntamen, quæ noſtra ſunt tempora, operam in eo aliquam collocare, ut Latine ſcias, id vero umbratici erit doctoris atque hominis prorſus inepte ſtulti. Atque utinam has ſane litteras non adeo umbratiles eſſe, ac nullius vel certe parvi uſus in vita rebusque arduis

arduis judicarent! Ita enim fieret, ut ſi a Theologorum filiis inferatur: Bona opera mereri præmia conſtitutive, non in alium ſibi orbem boni iſti viderentur delati, Delioque ſibi natatore eſſe opus faterentur, quo aliquem ejusmodi verborum ſenſum expiſcari queant. Neque enim per ſomnium quidem hosce ſpiritus aliquis, ater an albus ſit, miſere hæſitantes commonuerit: Bona opera quicquid mercedis præmiorumque adipiſcantur, illud, vel Juriſconſultis teſtibus, non ſuo aliquo jure, ſed *ſola æterni Numinis gratioſa conſtitutione* ſive diſpoſitione *conſequi ac mereri.* Quamobrem ſi puriorem doctrinam ab omni labe ac barbarie ſartam tectam conſervandam, ſi Eccleſiæ vulnera non perpetuo exulceranda eſſe judicabimus, in hoc etiam, ut bonis litteris ſuum conſtare pretium poſſit, omni ope nobis erit elaborandum. Venio jam ad eum ſermonem, quem tecum de SERVATO LVPO contuli, unde nonnullam mihi viſus es voluptatem haurire. Hunc Stephanus Baluzius emendatum notisque illuſtratum Pariſ. anno 1664 in 8. orbi litterato exhibuit, in quo licet vir ille, non vulgare Galliæ ſuæ decus, maxima cum laude verſatus ſit, non tamen incredibili ſtudio, quod huic autori impendit, omnia librariorum menda ſuſtuliſſe videbatur, quod

vel

vel tuo ipſius arbitrio permittendum cenſui. Itaque p. 13. lin. 19. pro *ſcriptæ orationis* legendum judicabam: *ſpretæ orationis*, id quod ipſa S. Lupi verba poſtulare dixerim: *Ergo*, inquit, *perpendite, qualiter David, caſſam precum ſuarum expertus inſtantiam, conſolationem ratione perceperit, ac juſtitiæ Dei ſubjectus humiliter adquieverit. Non eſtis tam fundatæ fortitudinis. Quod præfato dictum eſt Apoſtolo* (2. Cor. 12) *vobis reſponſum accipite: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Siquidem & ipſe mœrorem ſcriptæ* (leg. *ſpretæ*) *orationis, ſi quis ei ſubortus fuerat, hoc admonitus oraculo aliud oportere, depoſuit.* Nam ſi illud *ſcriptæ* interpretari velim, *commodum dictæ vel citatæ*, ne id longius ſit petitum ac frigidiusculum, me vereri fateor. Verum aliud majoris momenti p. 74 Epiſt. 35 ſeſe objicit, ubi Ebrardo cuidam ad ſacram militiam ſtrenue colendam ſtimulos admoturus: *Itaque hortor*, inquit, *indolem tuæ nobilitatis, uti quicunque religionis Chriſtianæ gradus præ ceteris tibi animo ſederit, ſervata ceterorum reverentia, in eo cooperante Deo, in dies proficias, & integrum te in eo exhibeas. Quod ſi potes ex bono ad meliorem, atque ab imo ad ſummum evadere; id te niti ſumma intentione perſuadere velim, ut laborioſius auctori militans, ab eo glorioſius coroneris. Jacta cogitatum tuum in Domino* (Pſ. 54)

ut

ut ab eo nitorimenta perpetuo felicia & feliciter perpetua conſequaris : ad quam vocem *Nitorimenta* Baluzius hæc in notis p. 385 ſubjecit : *Ita diſerte codex manuſcriptus ; cum editiones haberent , inter incerta. Novum haud dubie nomen, ſed quo Lupus ſignificari velit nitorem mentis , id eſt , animæ , perpetuo duraturum. Nam alioqui voces illæ, inter incerta , nihil heic faciunt.* Ac Baluzii quidem manes ſi vel verbulo ſolicitare velim , me judice piaculum meritus ero. Attamen tanti viri ſententiæ ut hic aſſurgam , non faciendum mihi judico, cum nec ipſe Dominus du Freſne in Gloſſar. Latin. &c. ubi non ſemel Servatum Lupum adhibet , hac in parte Baluzium ſequi ſuſtineat , atque hoc , fatente ipſo Baluzio, novum nomen prorſus prætermittat. Quid igitur? Equidem *auctoramenta* hic legerim ; ea enim dona ſunt atque præmia , quæ in ſtrenue militantes conferuntur: neque mihi dubium eſt , quin ipſe S. Lupus ad illa verba reſpiciat : *Ut laborioſius auctori militans, ab eo glorioſius coroneris.* Nec minori cura illud emendandum videtur, quod Epiſt. CXXVII. p. 184 ita exhibet Baluzius : *Verum quia non miſiſtis equum , nec idoneum , qui me exolutim ferret, habebam, navi ad vos, ſi Deus vult, curſum tenebo. Ergo veſtra indulgentisſima pietas , quæ me gratis & ultro fovendum recepit ;*

pit, navi egreſſum ne patiatur durioris equi ſuccus-ſatura vexari: Qui in notis has voces: *me exolutim* ita pag. 455 adſtruere nititur: *In Manuſcripto erat,* ***mexolutim*** *ferret, quod ita legendum arbitratus ſum,* ***me exolutim*** *ferret, id eſt, eum equum, de quo dubitari non poſſet, quin me facile ferre poſſet.* ***Exolutim,*** *pro* ***exſolute,*** *id eſt, indubie.* Hic quæ mihi cauſæ ſint, quamobrem Baluzii ſententiæ non ſubſcribendum mihi putem, aperte atque explicate aperiam. Non ego hic litteram *ſ* in voce *exolutim* omiſſam, non litteram *e* inſertam, non unam vocem in duas diſpertitam cauſabor, quod tricari & nugas agere exiſtimarem; ſed primo Dominus du Freſne etiam hac in re Baluzium non obſcure deſerit. Nam cum in Gloſſar. Latin. T. II. p. m. 329 vocem, *Exſolute*, ita interpretaretur: *Exſolute*, *Abſolute*, *indubitanter. Anonymus Gromaticus*: *Ipſe finem exſolute facit. Idem*: *Sine dubio exſolute finem facit*: cumque pulcherrima ſeſe offerret occaſio vocem illam, exolutim, ſi qua eſſet, adſtruendi, quam Baluzius eadem ratione, ut Dominus du Freſne vocem exſolute, interpretatur *indubie;* tamen eam alto ſilentio præteriit, nec in addendis & emendandis T. III. inſeruit, ita ut eam plane, ni fallor, expungendam eſſe judicarit. Deinde neque Anonymus ille Gromaticus vocem

exſo-

exſolute idem ſignificare aſſerit, quod *indubitanter*: unde in Fabri Theſ. Erud. Schol. gloſſa illa, *indubie*, prorſus omittitur, quando de voce *exſolute* ita commentatur: *Exſolute, adverb. i. e. abſolute, libere*, frey: *ut exſolute finem facere, Aut. de caſ. litter. p. 241. vid. Gloſſarum Rigaltii*. Atque hac quidem in parte non ſolum Baluzius, verum etiam ipſe Dom. du Freſne videtur forſitan deſerendus eſſe. Porro non nego, ipſam Baluzii interpretationem longius mihi videri petitam coactamque. Denique unius literulæ immutatione minime quidem violenta, ſi fateri fas eſt, haud incommode ita legendum ſtatuerem: *Qui me tolutim ferret*. Sic enim vox *tolutim*, & *durioris equi ſuccuſſatura* quam congruenter e contraria ſe parte reſpicient. Verum omnino nihil eſt, quod de his amplius ſollicitus eſſe velim, cum mihi perſuaſiſſimum habeam, Viros omni doctrinæ laude florentiſſimos, quorum ſegetem Gallia uberrimam profert, iſta jam dudum ac longe plura quam optime perſpexiſſe, neque dum Gloſſarium Lat. Domini du Freſne, quod non incertis ad nos nuntiis perlatum eſt, multis partibus auctius exhibendum Herculeo labore atque laudabili prorſus inſtituto moliuntur, ullum periculum erit, ne vel tantillum rejectanei doctiſſimis tantorum virorum lucubrationi-

Digitized by Google

bus interſpergatur , quorum uti præclariſſimis operis, pro eo, ac par juſtumq; eſt, pergrati fruimur, ita omnino convenit, non ſolum ſumma quæque de iisdem planiſſime nobis exploratoque promittere, ſed omnia quoque ita ipſis velle ſucceſſa , ut omnem etiam exſpectationem viciſſe videantur. Hinc ad LYCOPHRONEM me confero, quem Jo. Potterus, Britannicæ gentis ornamentum atque lumen, altera vice cum Tzetzæ Commentario &c. Oxon. an. 1702. in fol. edidit, ad cujus verſum 618 doctiſſimus Meurſius in notis bis videtur offendiſſe, quem viri alias incomparabilis lapſum ipſe Potterus forte non obſervavit. En ipſa Meurſii verba repræſento : *Alias* ἕρμα *eſt lignum id teres, quod navibus in littore ſtantibus ſupponitur, cujus uſum invenit Lynceus, teſte Philoſtrato* Εἰκόνων *Lib. II. Et ſcopulus ſub fluctibus occultus , ut videri non queat. Anacreon de illis :* Ἀσήμων ὑπὲρ ἑρμάτων φορεῦμαι. Atque hæc quidem Meurſius, ſummum Græcæ litteraturæ decus. Hic primum certe Philoſtratus neque Lynceo inventum iſtud vindicat, neque de phalange omnino, aut ejusmodi fulcro navi ſubjiciendo, ſed alia omnia agit. Is enim Εἰκόνων Lib. ſecundo, Jcone XV, p.m. 832 ed. Olear. ita nobis Lynceum deſcribit : Λυγκεὺς

δὲ,

δὲ, ὁ Ἀφαρέως, ἐπιτέτακται τῇ πρώρα, δεινὸς ὢν διὰ πολλοῦ τε ἰδεῖν, καὶ ἐς πολὺ παταβλέψαι τοῦ βάθους, καὶ πρῶτος μὲν ἑρμάτων αἰσθέσθαι, πρῶτος δὲ ὑποφαίνουσαν γῆν ἀσπάσεσθαι: quæ Olearius, vir ſane elegantisſime doctus, ita Latine reddit: *At Aparei filius, Lynceus, proræ præeſt, quod in longinquum viſu valeret quam maxime, & in profundum oculorum aciem demittere poſſet, primusq́; latentia ſentire ſaxa, primus item ſubobſcure apparentem ſalutare terram.* Atque ita in rem præſentem venienti ſtatim apparebit, Lynceum non ejusmodi ligni teretis uſum reperiſſe, ſed latentia ſub aquis marinis ſaxa animadvertiſſe, neque ab omni hominum memoria id primus obſervaſſe dicitur, ſed quod inter Argonautas, quos oculorum acie omnes ſuperabat, primus ac præcipue iſtiusmodi ſcopulos proſpicere poterat, uti in longinquum viſu valens terram omnium vectorum primus ſalutare. Deinde Anacreonteum illud, quod allegat, ex Joſ. Barneſ. Anacr. v. 1215 edit. Cantabrig. anno 1705. in 12mo, omnino emendandum, ubi Barneſius ἑλληνικώτατος in notis §. *CIII. p.* 277 hæc ſubiicit: *Heſychius in voce* Ἕρμα. Τὸν πετρώδη καὶ ὑποκυματιζόμενον, ὥστε μὴ βλέπειν, τόπον τῆς θαλάσσης. καὶ Ἀνακρέων. ἀσήμων ὑπὲρ ἑρμά-

ἑρμάδων φορεῦμαι. Ibi quidem ἑρμάτων legitur, & ſub voce ἕρμα, at ἑρμάδων omnino ſuadet legendum Harpocration v. Ἑρμάς. Corrige etiam Suidam v. Ἑρμαῖος (& lege ἑρμάς) ὕφαλος πέτρα. Carminis genus ad tertiam Oden refertur. Huic adſtipulatur omnibus litteris unice perpolitus Ludolph. Küſterus, ad Suidæ locum citatum, quem eodem anno 1705. Cantabr. in fol. in lucem edidit, ita commentatus: *Apud Harpocrationem, unde Suidas hæc deſcripſit, rectius legitur ἑρμάς: quam lectionem confirmat etiam Photius in Lexico inedito.* Quas varias eruditorum virorum animadverſiones ad Heſychii Gloſſarium Plur. Vener. J.C. Wolfius Tom.IV. Anecdot. Græc. exhibet, hac in parte Heſychio nullam medicinam afferunt. An vero Jo. Viti Pergeri caſtigationes, quæ in Fabricii κριτικωτάτῃ Bibliotheca, teſte Wolfio ib. in præf., manu exaratæ exſtant, hanc maculam eluant, Tibi ex eodem Tui amantisſimo reſciſcere facile erit. Quicquid igitur hujus generis ſive v. ἕρμα, ſive v. ἑρμαῖος vel in Theſauros Græcæ L., vel in Lexica, ubi in primis notandus Scapula, vel alibi adducitur, id omne una nobis litura delendum penitus erit. Neque hic facere poſſum, quin Lexicon Græco-Latinum, quod Baſileæ anno

1556.

1556 ex officina Hieron. Curionis in 8. form. maj. prodiit, laudibus ſuis non defraudandum fatear, quod nihil in his vocibus offendit, & interdum in evolvendis Græcorum ſcriptis non plane ſpernendam mihi operam præſtitit. Atqui jam ad manus commodum ſunt PHILOSTRATORVM opera, quæ Gottfridus Olearius, Vir in his litteris immortali cum laude verſatus, cum Apollonii Tyanenſis Epiſtolis, Lipſ. an. 1709, in fol. typis exſcribenda, ſubjectis notis ſane luculentisſimis, curaverat: quæ cum ſumma animi oblectatione pervolverem, hinc inde quasdam mihi ſub manu obſervationes naſci contigit. In his forte librum revolventi ſe Lib. III Cap. XIII. p. 103 offert, ubi tumulus ille deſcribitur, quem ſapientes Indiæ incolebant, amplisſimis circum ſaxis munitum, in quibus pasſim fuit obſervare bifida veſtigia, & barbarum formas ac vultuum, imo & terga quibusdam in locis, labentium inſtar habentia: ubi porro ita Philoſtratus: τὸν γὰρ Διόνυσον, ὅτε ξὺν Ἡρακλεῖ ἀπεπειρᾶτο τοῦ χωρίου, προσβαλεῖν μὲν αὐτῷ φασι κελεῦσαι τοὺς Πᾶνας, ὡς πρὸς τὸν σεισμὸν ἱκανούς, ἐμβροντηθέντας δὲ αὐτοὺς ὑπὸ τῶν σοφῶν πεσεῖν ἄλλον ἄλλως, καὶ τὰς πέτρας οἷον ἐντυπωθῆναι τὰ τῆς διαμαρτίας σχήματα. Hic poſtre-

ma verba Olearius ita vertit: *ſaxisque formam, qua quisque fuerat peccans, impreſſiſſe.* Equidem vocem διαμαρτίας per τὸ *peccans* hic non ſatis apte reddi putarim. Quod, niſi omnino fallor, διαμαρτία hic *fruſtrationem & irritum conatum* Panum denotat, cum ſpe ſua dejecti, magnis tamen excidentes auſis, corruerunt. Nam σχήματα hic formæ illæ ſunt, corporisque ac vultus habitus, cum alius præceps pedibus, alius barba, alius facie, alius tergo petram attigit, atque ejusmodi lapſus veſtigia, ipſis impreſſa ſcopulis, reliquit. Hanc meam in perlegendis Philoſtratorum operibus qualemcunque ſedulitatem cum Pl. Rev. J. C. Wolfio, quocum mihi omnia & ſanctiſſimæ religionis, & amicitiæ, ac potius pietatis, vincula intercedere, in ſumma felicitatis parte pono, familiariter ſignificarem, ille litteris ad me humaniſſime datis indicavit, in epiſtola Apollonii ſeptima binam loquendi rationem, quæ paræmiam referret, non ſatis a B. Gotfr. Oleario fuiſſe animadverſam. Confeſtim eandem epiſtolam cum verſione & ſubjectis adnotationibus perlegi, meque in rem præſentem a Viro harum rerum callidiſſimo deductum, maxima cum voluptate deprehendi. Nam cum ibi Apollonius ita ſcribens introducitur: „Πάντα φασὶ δεῖν τὸν ἔμπορον κα-

καλῶν (*at leg.* κάλων) σείειν. Ἐμοὶ δὲ "
εἴη τὴν ἁλιὰν (*leg.* ἁλίαν) τρυπᾷν ἐν "
θέμιδος οἴκῳ; doctiſſimus Olearius, Græ- "
ca non feliciter transformata, neque melius
ita Latine verſa exhibuit: „*Omnia, ajunt, res
bonas mercaturum movere oportere. At mihi* "
contingat piſcatoriam illam navem tuam tere- "
brare in Themidos domo." Itaque cum in
annotationibus p. 387. n. 1. jure optimo Lubinum rejiciat, qui funium mercatorem hic obtruſerat; in eo tamen decipitur, quod vocem κάλων cum v. ἔμπορον conſtruendam & cum v. καλῶν commutandam ſibi cenſuit, quæ omnino ad vocem πάντα erat referenda. Neque enim vox πάντα heic *omnia* ſignificat, ſed voces πάντα κάλων notant *omnem rudentem.* Quare hic proverbium occurrit Græcis ſane familiare atque frequentatum: Πάντα κάλων σείειν, quod non ſolum Fabr. Theſaur. Erud. Schol. v. huic Apollonii Epiſtolæ rectiſſime vindicat, verum etiam Scapula in Lexico v. Κάλως agnoſcit, qui notat, non ſolum πάντα κάλων κινεῖν ita Luciano (vid. ed. Amſt. 1687. in 8. T. I. in Schytha p. m. 599. & in Pſeudomanti p. 781. ut Clem. Alexandrinum, Athanaſium, Origenem contra Celſium &c. citare

ſuperſedeam) uſurpari, verum etiam occurrere πάντα κάλων σείειν vel ἀνασείειν in Antholog. epigr. Quæ quidem in præſens non fuſius perſequor. Illud fere mirari ſubit, quid Viro ſane eruditisſimo ibid. n. 2. tantas tenebras offuderit, ut male Lubinum neſcio cujus obſcuritatis his verbis inſimulet: *Lubinus itaque vertit : At mihi contingat ſalinum terebrare in Themidos domo : quod , quid ſibi velit, obſcurius.* At nihil mihi quidem neque certius, neque planius illa Lubini verſione videtur, quæ adagium non adeo quidem pervulgatum, attamen vel a Græcis ad Latinos transmiſſum ſiſtit. Nam Apollonius hic vel tenuisſimam ſibi ſortem exoptat, qua contentus in Themidos domo, vel ut Perſius Sat. 5. v. 139 loquitur, cum Jove vivat. Atque id reſpicit Horatianum illud Lib. 2. Od. 16. v. 13. *Vivitur parvo bene, cui paternum Splendet in menſa tenui ſalinum*, quocum Perſius Sat. 3. v. 25. & Sat. 5. v. 138. 139, monente Fabri Theſauro, conferri poteſt. Vereor, quod certe nolim, ne in tantum virum de litteris adeo præclare meritum quicquam inclementius dixiſſe exiſtimer; illud tamen non prætermittendum arbitror, quod Ἐπιςολαὶ Ἑλληνικαὶ ἀμοιβαῖαι antiquorum Rhetorum, quas a Jac. Cujacio magnam partem Latinitate donatas Pyr. Caldoræus Aureliæ Allo-

brog.

brog. an. 1606. in fol. edidit, hæc proverbia cum Græce, tum Latine prorſus intemerata exhibeant. Sic enim habent p. m. 121: Πάντα φασὶ δεῖν τὸν ἔμπορον κάλων σείειν, ἐμοὶ δὲ εἴη τὴν ἁλίαν τρυπᾶν ἐν θέμιδος οἴκῳ: *Omnis enim rudens, ut ajunt, mercatori quatiendus* (**vel movendus**) *eſt. Mihi vero in domo Themidis ſalinum terere detur.* At non tantum verbum: φασὶ, Apollonium hic proverbia loqui innuit, verum etiam, quæ proxime antecedunt voces: Μίδας, Γέτας, pariter adagium continent. Cum enim Midæ aurum divitiæque, quod & Pl. Vener. Wolfius ad Liban. Epiſt. Cent. p. m. 71. & 173. monet, in proverbium abierint (vid. etiam Mich. Apoſtolii Adagia Cent. XIII. n. 19. & Petri Pantini notas in eundem locum) cumque Midæ dicantur homines prædivites, teſtibus Matth. Martinio in Lexico Philologico, Nicol. LLoydio in Lexico Hiſtorico Poetico, Scapula denique in Lex. Gr., adeoque ſortis maxime beatæ: tum Getæ, uti & Davi, quod idem Martinius & LLoydius teſtantur, ne longius digrediar, Athenienſibus ſervilia erant nomina, hominesque tenuiſſimos ac ultimæ ſortis notabant. Itaque Midæ, Getæ (ut cum Athanaſio loquar) παροιμιαδῶς ſunt cujuscunque ſortis

F 5 homi-

homines, ſive potentes rebusque omnibus affluentes, ſiue abjectisſimi quique atque humiles, quibus ſane adulari perquam erat ſordidum, quod Euphrates ille, quem Apollonius falſe perſtringit, nec refugiebat. Hæc forte ambitioſius ſum perſecutus; igitur, cum unicum adhuc adjecero, finem huic ſcriptioni ut imponam, dudum aurem mihi vellicari ſentio. ANDREÆ, Archiepiſcopi Cretenſis, Orationes ſelectosque Canones & Triodia R. P. Franciſcus Combefis Græce & Latine, notisque illuſtrata ann. 1644 Pariſ. in fol. in lucem protulit, ubi Orat. in ramos palmarum p. 81 de acclamatione: ὡς ἀννὰ (lege ὡσαννὰ) ἐν ὑψίςοις κ. τ. λ. ita verba facit: Βαβαὶ τῆς ὑμνήσεως. Βαβαὶ τῆς συμφωνίας. ἄυτη τȣ̃ Πνέυματος ἡ φωνὴ, ἄυτη τῆς ἄνω σοφίας διδαχὴ, ȣ̓ τῆς κάτω παιδέιας ὑπογραφή. ἦ γαρ̀ ἂν καὶ διαφωνία τις ἐνομίζετο τῆς ἐναρμονίȣ πρὸς τοσαύτης πληθύος ἀποσχιζομένης φωνῆς, ȣ̓κ ἔςω ἄυτη ἀλλ' ἢ προφητείας. ȣ̓ καθαροςομίας ἦ συμφωνίας, ubi illud verbum καθαροςομίας cum ſequenti ita reddit Combefiſius: *Non effrenis omnino oris, aut conſpirationis.* Idem p. 348 in notis n. 5. hæc ita explicata dedit: ȣ̓ καθαροςομίας ἢ συμφωνίας. *Prima vox eſt inſolentior. Videtur velle, non fuiſſe eam vocem,*

cem, eorum qui non poſſent continere linguam, eſſentque omnino effrænes ad loquendum, cum nec per ætatem loqui poſſent: ac neque eorum, qui in eam conſpiraſſent, nec dum matuto ad ejusmodi conſilium judicio. Quin & in ſubjuncto peculiarium S. Andreæ vocum Onomaſtico eadem ſentiens: *καθαροςομία*, inquit, *Ram.* 81. *c.* 11. *velut mera oris impotentia effrenisque loquacitas.* Hic doctiſſimi Combefiſii, cujus ſemper honos laudesque manebunt, ſagacitatem mirabilem unice amplector, qui omnino perſpexerit, hic de oris impotentia agi, atque hanc ipſam vocem inſolentiorem ſolertisſime judicarit. At qua ratione v. *καθαροςομία* ejusmodi garrulitatem ſignificare queat, ſi me nec dum cogitando aſſequi profitear, mihi, in hoc ſtudiorum genere vix tirocinium ponenti, venia, ſpero, non deneganda erit. Nam pro v. *καθαροςομίας*, ſi una litera voci *ἐ* aggregetur, unicum *α* in *υ* mutetur, legaturque *ἐκ ἀθυροςομίας*, res omnis mihi in vado eſſe videbitur. Quæris, unde mihi tantum acceſſerit audaciæ? Quid tibi commemorem *ἀθύρες ῥῆτρας* apud Nicandrum, quæ, vel Scapula teſte, ludicros notant ſermones, id certe eſt, garrulos, futiles, effrænes? Quid *ἄθυρον ςόμα* Euſebio Præp. Ev. L. I. p. 6. & *ἀθυρώτατα ςόματα* Theodoreto, teſte Suicero Th. E.

P. I.

P. I. pag. 111 uſurpata? Quid *ἀθύρωτον ϛόμα* Phrynichi ad Ariſtoph. Ran. v. 862, vbi Scholiaſtes: *Ἀπύλωτον ϛόμα) Φρύνιχος ἀθύρωτον. οἱ δὲ γραμματικοὶ ἀπύλωτον, ἀντὶ τῦ ἀνεωγμένον καὶ πύλην μὴ ἔχον, μὴ χαλιναγωγύμενον μηδὲ κρατύμενον*; Quid denique *ἀθύρωτον γλῶτταν* Iſidoro Peluſiotæ & *ἀθύρωτον ϛόμα* Chryſoſtomo apud Suicerum l. c. uſurpatum? Atqui, ut propius pedem conferam, v. *ἀθυρόϛομος* apud Sophoclem in Philoctete reperitur: Tum v. *ἀθυροϛομέω* apud Suicerum l. c. habet Cyrillus Alexandrinus & Theophanes. Denique v. *ἀθυροϛομία*, vel Scapula teſte, in Epigr. reperitur. Quid ergo cauſæ ſit, cur non eandem vocem hic Andreæ Cretenſi aſſeram, me non hariolando aſſequi poſſe, fateor. Atqui jam ohe ſatis eſt, dummodo hanc meam ſive audaciam ſive temeritatem non inique perferas. Quod ſi tu, ſi ſimiles tui, Affinis optime atque ſuaviſſime, id quod caput rei eſt, me vel in hoc ſtudiorum genere non plane *μαμμακύθων* numero habendum cenſebitis, omnino ſublimi feriam ſidera vertice. Vale etiam atque etiam, meque, quod facis, ex veteri formula, id eſt ſincere atque conſtanter amare perge.

Dab. Flensb. d. 10 Mart. 1725. T. T.

Henricus Braker.

VI.

VI.

Status praeſens ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS.

ILluſtris Roſarum Academia vti nullo non tempore habuit Viros longe praeclarisſimos celeberrimosqve, ita hodie etiam exſplendeſcit Viris, quorum fama, meritis pereximiis parta, longe lateque vagatur, quive non Academiam ſolum, in qua ſingulari cum laude docent, ſed orbem etiam eruditum mirifice ornant. Numerus doctorum publicorum, quos partim Serenisſimus Princeps, partim Amplisſimus Senatus conſtituit, foret maior, niſi obſtarent fata, quae Prouinciae Mecklenburgicae ab aliquot annis ſunt expertae, hodieque experiuntur. Sunt autem

IN ORDINE THEOLOGICO

IOANNES IOACHIMVS WEIDENERVS,

SS. Theol. D. & Prof. Publ. Primarius, ad D. Mariae Paſtor, & h. t. Academiae Rector Magnificus, quem an. 1672 natum, Roſtochii, Magdeburgi & Lubecae litteris humanioribus imbutum, an. 1689 Roſtochii Acade-

Academicis doctoribus commiſſum, an. 1698 poteſtatem ſanctiores docendi litteras conſecutum, an. 1699 Symmyſtis Marianis adſcriptum, an. 1706 ſummis honoribus Theologicis auctum, an. 1715 Paſtorem Marianum & an. 1716 m. Ian. Profeſſorem Theologiae ordinarium eſſe conſtitutum, Athen. Lubec. P. II. p. 393 ſqq iam annotaui. Addidi p. 396 ſqq ſcriptorum Weidenerianorum XLII indicem, quem in Annal. Literar. Mecklenb. P. II. p. 84 ſqq inde iam repetitum, denuo hic non repetam, ſed ſupplebo tantum ſcriptis, quae deinceps lucem viderunt.

1720

De Articulis Fidei, qua Fundamentum Cognitionis. Reſp. M. Dav. Hartmanno, Dantiſc. d. 13 Octob.

De Articulis Fidei, qua ordinem praerequiſitis. Reſp. M. Andr. Bergio, Suec. d. 19 Octob.

De *Articulis Fidei, qua fundamentum Fiduciae generalis.* Reſp. M. Thom. Henr. Havero, Unna-Gueſtph. d. 10 Nov.

De Articulis Fidei, qua fundamentum Fiduciae ſpecialis. Reſp. Io. Chriſt. Strasburg, Roſtoch. d. 30 Nov.

1721.

De Articulis Fidei, qua Gratiam Aſſiſtentem & Inha-

Inhabitantem. Reſp. Io. Bernh. Druden, Waldecco-Gueſtph. d. 26 April.

De Articulis Fidei, qua Gratiam Perficientem & Glorificantem. Reſp. Barthold. Darjes, Roſtoch. d. 1 Octob.

De Scientia falſo ſic nominata, qua Deſcriptionem eius. Reſp. M. Chriſtoph. Nicol. Rampe, Parchimenſ.

Eodem anno ſub ipſius Moderamine V. Cl. *M. Carol. Ioach. Sibeth*, Marloa-Megapolitan., Gymnaſii Guſtrovienſis hodie Rector meritisſimus, *Diſputationem Theologicam, Rationi ſuos in Theologia limites definientem, diuinumque effatum II Corinth. X. 5 contra Cl. Dn. Stephanum Vitum vindicantem*, Reſp. Io. Dan. Mino, Lubec. exhibuit.

1722.

De Scientia falſo ſic nominata, quoad Contextum & Exempla in V. T. repudiata. Reſp. Eric. Iuſt. Stemanno, Hamburg. d. 31 Ian.

De Scientia falſo ſic nominata, quoad Exempla in N. T. repudiata, & priora Dn. Charitini dubia. Reſp. Georg. Henr. Millies. d. 12 Mart.

De Scientia falſo ſic nominata, quoad ulteriora dubia Dn. Charitini. Reſp. Chriſt. Alb. Ideler, Schwana-Megapol. d. 21 Mart.

De Scientia falſo ſic nominata, quoad ultima Dn. Chariti-

Charitini dubia. Reſp. Io. Chriſtoph. Kedingio, Salino-Megapol. d. 19 April. Hae Diſſertationes hoc ipſo anno in forma tractatus prodierunt hoc titulo: *Schediaſma de Scientia falſo ſic nominata, ex I Tim. VI. 20, ſingulis iis, qui aduerſus coditis reuelati diuinam veritatem, praecipue quoad caput de Poteſtate Satanae, praevaricantur, ſincere oppoſitum.* Roſtoch. 4. Alph. I. pl. 10. Conſpectus, praevia auctoris laude, datur in cit. Annal. Lit. Mecklenb. p. 91 ſqq. Honorifice quoque recenſetur in Fortgeſ. Samml. von Alt. u. Neuen Theolog. Sachen 1723. pag. 378 ſqq. Sub ficto *Aloyſii Charitini* nomine latere *Iacobum Brunnemannum*, ICtum Stargardienſem, ſcripti, cuius titulus: *Discurs von betrüglichen Kennzeichen der Zauberey*, auctorem, vener. Weidenerus pag. 102 docet.

De Articulis Fidei, qua Legem & Euangelium. Reſp. Godofr. Lohmanno, Roſtoch. d. 17 Octob.

De Articulis Fidei, qua Sacramenta. Reſp. Io. Henr. Haſſen, Roſtoch. d. 14 Nov.

De Articulis Fidei, qua Poenitentiam & Preces. Reſp. Jo. Dieter. Naehmbzovio, Roſtoch. d. 9 Dec.

1723.

De Articulis Fidei, qua Status Hierarchicos. Reſp.

Reſp. Jo. Thim Lennardſſon, Gothob. Suec. VI Cal. Febr.

De Articulis Fidei, quæ Eccleſiam & Noviſſima. Reſp. Reutger. Bioerck, Bahuſia-Suec. IV Id. Febr. Memoratae de Articulis Fidei Diſſertationes, vna cum nonnullis ſequentibus, integro aduerſus Irenicos recentiores Tractatui materiam ſuppeditant. Conf. Fortgeſ. Samml. v. A. u. N. Theol. Sach. 1723. p. 549 ſq.

De Lutheranis & Reformatis, quo animo ferantur inuicem? Reſp. Io. Ioach. Kedingio, Salino-Megapol. VI Non. Mart.

Quibus in Articulis Dnn. Reformati cum Lutheranis conuenire velint? Reſp. Io. Georg. Rittero, Tribuc. Pomeran. IIX Cal. April.

Quod Dnn. Reformati cum Lutheranis non conveniant in Articulis de Ratione, Voluntate & Gratia Dei. Reſp. Pet. Andr. Kleinio, Sedino-Pomeran. Ibid. Novemb.

Quod illi, qui Formulae Concordiae ſubſcripſerunt & ſubſcribent, eo quidem ipſo famam non decoxerint. Reſp. Io. Chriſtoph. Schwartz, Lubecenſ. X Cal. Ian.

Ad hunc annum pertinent etiam tres Diſputationes Theologicae, quas Reſpondendentes Auctores ſub praeſidio Weideneriano defenderunt, ſcilicet *Io. Dan. Kickebuſch*, Gedanenſ. *Diſſertatio Inauguralis*

G *Quae-*

Quaeſtionem : *An Theologia ſit Habitus practicus? examinans*, pro primo in Theologia Gradu, qui Baccalaureatus eſt, impetrando d. 18 Mart. habita ; *Io. Benjam. Dragheim* (a), Gedanenſ. *Diatribe Theologica: Chriſtus pro Beatis actu in altera vita aeternò eſt oraturus*, d. 21 April ; *Georg. Godofr. Keuffel*, (b) Wolfsburgo-Magdeb. *Disquiſitio Theologica de Cauſis corruptae Theologiae*, m. Maj.

1724.

Quod Dnn. Reformati non conueniant cum Lutheranis in Articulis de Providentia & Peccato. Reſp. Io. Phil. Lappe, Berga-Rugian. VIII Cal. Mart.

Quod

(a) Hic Magiſtri gradum adeptus, cathedram Philoſophicam aliquot vicibus Praeſes conſcendit & d. 26 Febr. 1724 *Diſp. Philoſ. Metaphyſicam ab Atheiſmo & Polytheismo contra Dn. Iac. Frid. Reimmannum, vindicantem*, Reſp. Iac. Henr. Richter, Dirſavia-Boruſſo; d. 13 Maj. *Diſp. de Discrim. Fortitud. Verae & Apparentis*, Reſp. Ott. Frid. de Krumms, Eq. Curon.; d. 9 Aug. *Diſp. Philoſ. priorem de Definitione Dei Wolffiana*: GOtt iſt das Weſen, welches alle Welten auf einmahl in der allergröſſeſten Deutlichkeit vorſtellet, *Metaph.* §. 1069, Reſp. Io. Henr. Twietmeyer, Roſtoch.; poſteriorem d. 3 Febr. 1725, Reſp. Io. Iac. Cleopha, Gedan. habuit, quaeve in hac Definitione ſunt incongrua, apte diiudicauit

(b) Idem Keuffelius edidit quoque *Disquiſit. Theolog. de Cauſis corruptae Eccleſiae.* Roſtoch. 1724. 4, quas cauſas in naturales & morales bene diuiſit.

Digitized by Google

Quod Dnn. Reformati cum Lutheranis non conveniant qua Oeconomiam Conſilii Gratiae. Reſp. Georg. Henr. Senſtio, Roſtoch. X Cal. Maj.

Bona Verba ad illuſtr. Dn. Thomaſium, ne ſtateram tranſiliat eiusdem hypotheſis: Quod puta Miniſter Dei, dato enormi caſu & ſcandalo, Magiſtratui Abſolutionem & S. Coenam denegans, eo ipſo Crimen laeſae Maieſtatis committat. Reſp. Carol. Adolph. Ferſen, Ieſendorff. Megapolit. Idib. Septemb.

Anno hoc ſub praeſidio Weideneri Non Ian. diſputauit Auctor *Io. Henr. Haſſe*, Roſtochienſ., de themate: *An Sacramentum Altaris revera conferat Fidem?* Interiectis aliquot menſibus VII Cal. Aug. denuo Auctor & Reſpondens exhibuit *Conſenſum Librorum noſtrorum Symbolicorum cum Themate, quod puta Sacramentum Coenae certo in caſu revera conferat fidem.* VII Cal. Aug.

Excommunicationis diuinum inſtitutum nec exterminatum nec exterminandum, aduerſus illuſtrem Dn. Thomaſium, ſub ipſius praeſidio quatuor vicibus defendit Io. Henr. Twietmeierus, Roſtochienſ. IX & III Cal. Febr. XVII & III Cal. Mart. Prodiere mox hae Diſputationes in forma tractatus.

1725.

Quod Dnn. Reformati non conueniant cum Lu-

theranis qua Perſonam, Status & Officia Chriſti. Reſp. Io. Chriſt. Schmidt, Parchimenſ. Non. Mart.

Praeſide Weidenero VII Id. Febr. diſputauit Auctor *Io. Henr. Haſſe*, Roſtochienſ. & exhibuit *Refutationem eorum, qui ſtatuunt, ſine mediis ſalutiferis ſalvari homines.*

Quod Dnn. Reformati cum Lutheranis non conveniant, qua Applicationem Beneficiorum Chriſti. Reſp. M. Chriſtoph. Nicol. Rampe, Parchimenſ. Prid. Id. Mart.

Propediem videbit quoque lucem Diſputatio: *Quod Dnn. Reformati non conueniant cum Lutheranis in Articulis de Sacramentis, Diſciplina Eccleſiaſtica & Novisſimis.*

Ingens etiam molitur *Opus Biblicum*, in quo potiora oracula diuiniora contra Fanaticos, & alios, vindicabit. Huius vti partem haud exiguam iam abſoluit, ita vt integrum perficiat, eodemque merita ſua in rem ſacram pereximia feliciter augeat, ſincere optamus.

HERMANNVS CHRISTOPHORVS ENGELCKENIVS,

SS. Theol. D. & P. P. Ordin., luce Jennevitzii, quod eſt Ducatus Mecklenb. praedium, an. 1678. d. 9 Iun. donatus, Roſtochii, Lipſiae & Ie-

Ienae (c) inſtitutus, in memorata Salana Magiſtri gradum conſecutus & vires in docendo primum expertus, an. 1709 Paſtor Ioanneus a Roſtochienſibus vocatus, an. 1710 Theologiae Doctor creatus, an. 1716. d. 20 Febr. Profeſſoris Theologiae ordinarii munia Oratione Inaugurali, *Ideam Profeſſoris Theologiae* ſiſtente (cuius epitomen dat Fam. Erud. l.c. p. 881 ſqq), auſpicatus eſt. Scriptis quoque inclaruit, quae ſunt

Diſſertatio de Praeadamitiſmo recens incruſtato, quam non Reſpondens ſolum, ſed Auctor etiam ſub B. Fechtii praeſidio an. 1698 de-

(c) Huius Academiae civis ſtudium Theologicum cum Iuridico permutare, animo meditatus eſt. Sed non ſine inſigni Eccleſiae pariter ac Academiae Roſtochienſis commodo opportune intercesſit immortale Roſtochii ornamentum, B. *Io. Fechtius*, litterisque ad Noſtrum datis ceptum conſilium feliciter diſſuaſit. Mentio fit harum litterarum in Fam. Erud. P. XLIIX. p. 887. Sed cum nobis ipſa Fechtii verba dare liceat, non poſſumus non ea cum beneuolo Lectore communicare. *Cum ante XXX fere annos*, ita ſcripſit magnus Fechtius, *D. Förtſchius Argentorati apoſtaſiam a ſtudio Theologico meditaretur, egoque ad conſcientiam ipſius loquerer, obtemperauit, factus nunc celebris Theologiae in Academia Tubingenſi Profeſſor. Vt & tu, Optime Engelckeni, cui nec ingenium, nec induſtria deeſt, in ſtudiis tuis ita proficias, vt aliquando Theologicam in Academia aliqua cathedram exornes, ex toto pectore precor.*

defendit. Cum vero ob ſingularem eruditionem multis perplaceret, multorum etiam deſiderio eandem inſigniter auctam an. 1707 recudendam curauit.

חקור הלשון של מקרא *i. e. Scrutinium Philologicum, modum loquendi Scripturae indagans, & nullum in ſacris literis Pleonaſmum dari oſtendens* (d), eiusque Diſp. I. Reſp. Ott. Dav. Dambeck, Mecklenb., iam Paſt. Barkentinenſ. prope Roſtochium. 1703. Diſp. II. Reſp. Nic. Wenthinio, Anclam. Pomer. 1704.

Diſſertatio, ζήτημα curioſum: An Pythagoras Proſelytus factus, & conſequenter ſaluatus ſit, diſcutiens, eiusque negatiuam rite propugnans. Reſp. Iac. Leppin, Meyenb. March. 1705.

Diſſertatio, curioſum ζήτημα: An Pythagoras Proſelytus factus, & conſequenter ſaluatus ſit, diſcutiens, eiusque affirmatiuam modeſte impugnans. Reſp. Dav. Buchholtz, Mecklenb. 1705.

Spici-

(d) Chriſtian. Mündenius, V. C. in Diſp. de ה Demonſtratiuo §. 24. *Materiam de Pleonaſmis, An dentur in ſacris literis? prolixe & eleganter pertractauit M. Herm. Chriſtoph. Engelcken in duabus Diſpp. Roſtochii* 1703 & 1704 *habitis, quae hac de re non ſine fructu leguntur.* Honorificum pariter de hiſce Diſſertationibus iudicium tulit B. D. Godofr. Ludovici in Exam. Anthropologiae & Daemonologiae Franciſci de Cordua p. 66 ſq.

Spicilegium tumultuarium de Sexu ſequiori, eruditionis fama coruſco, vulgo von Hoch- und Wollgelahrten Frauens Perſohnen (c). Reſp. Io. Bernh. Weppling. 1707.

Diſſertatio Philologica, Miraculum dilacerati a Simſone inermi Leonis Jud. XIV. 5. 6. vindicans contra Obſervatorem Hallenſem, in Additamentis ad Tom. X. Obſerv. VI. Reſp. Henr. Wentzelio, Wismarienſ. 1708.

Lux in tenebris oriens per expoſitionem obſcuri oraculi Hoſeani Cap. XIII. 9. de Deo Iſraelis perditore. Reſp. Georg. Juhlio, Wiſmarienſ. 1709.

Diſſertatio inauguralis de ζητήματι : *An* Ἀνθρωποπάθειαι *ſint Veſtigia Gentiliſmi? contra Jo. Clericum*, ſub praeſidio B. D. Io. Nic. Quiſtorpii habita 1710.

Diſſertatio Philologico-Theologica, exhibens Pſalmorum CIII, CXLV, CXLIX, aliorumque, a corruptelis Vindicationem, novaeque Poëſeos Hebraicae conſiderationem, contra Jac. Cappelli conatus. Reſp. Georg. Ern. Schultzio, Mecklenb. 1712.

(c) Dignum habitum eſt hoc Spicilegium, quod doctiſſimi auctores Lexici, cui tit: Compendieuſes Gelehrten Lexicon, cum Praef. excellentiſſimi Menckenii Lipſ. 1715 in lucem emiſſi, ſyllabo Scriptorum, e quibus ſua hauſere, adiungerent, vti in calce illius Lexici videre eſt.

Diſſertatio Exegetico-Theologica de Cognitione internorum Hominis in 1. *Cor. II.* 11. Reſp. Pet. Io. Hauſeman, Marco-Gueſtph. 1716.

Diſſertatio Jubilaeo-Academica de Dogmate Tranſſubſtantiationis non Articul [illegible] *dei, ſed Errore enormi, contra Pontificios, etiam recentisſimos, ac Syncretiſtas.* Reſp. M. Jo. Caſp. Lindeman, Roſtoch. 1717.

Diſſertatio Erotematico-Theologica de Cognitione internorum Hominis in 1. *Cor. II.* 11. Reſp. M. Io. Frid. Zimmermanno, Gueſtph. 1719. Conſtat quatuor erotematibus, quorum I. An Deus interna hominis certo cognoſcat? II. An Angeli interna hominis, in primis autem cogitationes humanas certo cognoſcant? III. An Homines interna aliorum hominum, cordiumque arcana certo cognoſcant? IV. An Regeniti interna aliorum hominum, cordisque arcana, & in primis verum eius ſtatum certo cognoſcant?

Diſſertatio de Modo Compellationis in ſecunda ſingulari, vulgo vom Duzen. Reſp. M. Io. Frid. Schomero, Suerino-Mecklenb. 1720.

Diſputatio Exegetico-Theologica de Expulſione Principis Mundi, Jo. XII. 31, *novitiam perſonati* **Cephae** *exegeſin deſtruens.* Reſp. Leonh. Brandan. Wille, Gedanenſ. 1720.

Pentas

Pentas Dictorum Scripturae V.T. a manifeſta perverſione viudicatorum. Reſp. Auct. M. Ang. Matth. Büttnero, Stada-Bremenſ. 1720. Dicta, egregie hic vindicata, ſunt Ioſ. X. 12.13. 14. Pſalm. LXXXV. 9. Eſ. IX. 5.6. Eſ. LXIII. 3. Ion. II. 1.

Labores Catechetico-Symbolici ſuper Catechiſmum Lutheri praeſertim maiorem, quorum *Penſa XII* iam prodiere, Penſa reliqua V. D. ſucceſſiue ſequentur.

De Placentis Orbicularibus, ſeu Pane Euchariſtico, quod ſit verus & proprie dictus Panis, contra Strimeſium, Verſteegium, Stryckium jun. et Leonh. Chriſtoph. Sturmium. Reſp. Georg. Chriſtian. Matthaei, Whiſta-Brem. 1723.

Heilige Sabbaths Luſt, das iſt, Seel. Hn. Doct. Seb. Schmidii kurtze Erklärung der Sonn- und Feſt-Tags Epiſteln, welche theils aus der verhandenen Paraphraſi von Wort zu Wort genommen/ theils aus ſeinen Schrifften zuſammen gezogen, theils, da des Seel. Mannes Arbeit gefehlet, durch eigenen Fleiß ergäntzet worden, zur Beförderung Gottgeheiligter Sabbaths-Andacht an das Licht geſtellet. Roſtock 1713. 8.

Programmata (1) Academicum, *de Libellis Catecheticis Aduerſariorum & Heterodoxorum, Symbolicam apud ipſos auctoritatem habentibus*, an. 1721: (2) Natalitium, *de Die*

Chriſti viſo ab Abrahamo, huiusque inde orto gaudio natalitio, Io. IIX. 56. an. 1721. (3) Paſſionale, *de Paulo, gentium doctore, cognitionem Chriſti crucifixi omnibus aliis rebus anteponente, 1. Cor. II. 2.* an. 1722. (4) Paſchale, *de Jeſaia, de Vita Chriſti reſuſcitati vaticinante, cap. LIII. 8.* an. 1722. (5) Funebria, in obitum B. *Nicolai Sibeth*, Pharmacopoei Roſtochienſis, 1721; B. *Nicol. Reuteri*, Ser. Ducis Mecklenb. Conſiliarii Fiſcalis, 1721; B. *Chriſtiani Michaelis Steveri*, Conſulis Roſtochienſis Senioris, in quo *de Officio Conſulatus* diſſeritur, 1722.

Vorrede von des Heil. *Johannis* des *Evangeliſten* mündl. Lehre / und heiligen Schrifften / vor des Hn. M. Angeli Matthaei Büttners Predigt, genannt: Chriſtus wahrer GOtt und Menſch, mit der Beyſchrifft: Hie Herr und Gideon! das iſt, Schrifftmäſſige Erklärung des Evangeliſchen Feſt-Textes Joh. I. 1-14. an. 1717. 4.

Curatius Scrutinium Peccatorum clamantium & non clamantium propediem lucem videbit.

FRANCISCVS ALBERTVS ÆPINVS,

SS. Theologiae D. & P. P. ordinarius, Wantzkio-Mecklenburgicus, an. 1673. d. 15 Nov. in lucem editus, Raceburgi, Gu-

Digitized by Google

ſtrovii, Roſtochii ac Ienae ſtudiorum ſcholaſticorum et Academicorum ſpatium emenſus, in alma Varniaca an. 1696 Magiſter Philoſophiae, an. 1710 Doctor Theologiae creatus, an. 1712 munus Profeſſoris Philoſophiae Rationalis Oratione *de neceſſaria Logicae, citra innouandi ſtudium, Emendatione*, an. autem 1721 Profeſſoris Theologiae ſpartam, a Sereniſſimo Duce Mecklenburgico acceptam, Oratione *de inteſtinis Eccleſiam Lutheranam hodie affligentibus Malis, & Theologorum circa eadem Officio*, auſpicatus, a multis iam annis Philoſophiae pariter ac Theologiae cultorum doctor indefeſſus, ad elaboranda tam Philoſophica, quam Theologica ſcripta animum adiecit. Hinc gaudent ipſius nomine

Diſputatio de iis, quae Theologia Naturalis ignorat, Praeſ. Ioach. Lindemanno, S. Th. D. Philoſ. Prim. & Natur. P. P. 1696

Paradoxa Philoſophica. 1696.

De Exercitiorum Diſputatoriorum Vtilitate ac Neceſſitate Propempticon invitatorium ad Diſputationes publicas in D. Io. Andr. Schmidii Theologiam Naturalem. 1697.

Diſquiſitio de Ignorantia Intellectus humani, eiusdemque cauſis. 1699.

Theſes Philoſophicae Selectae. 1699.

Diſſertatio Moralis de Societatis Nuptialis in Statu Integritatis Neceſſitate. 1701.

De

Digitized by Google

De Moralitate Graduum Academicorum, ex Iuris Naturae Principiis, contra Fanaticos praeſertim, aſſerta. Reſp. Io. Carlquiſt, Suec. 1702.

Theſes Philoſophicae Miſcellaneae, in vſum privatim inſtituendorum Exercitiorum diſputandi. 1702. Recuſae ſunt 1704.

Diſputatio Philoſophica de Diaboli Praeſcientia futurorum. 1703.

De Alapa iniurioſa Chriſto patienti inflicta, Io. XIIX. 22, ex Iure Naturae. 1704.

De Linguae Saxoniae Inferioris Neglectu atque Contemtu iniuſto Exercitatio Academica, 1704. Elegantem hanc Diſſertationem, in Memor. Staden. pag. 22 iure a me collaudatam, ſub ipſius praeſidio habuit Auctor & Reſpondens Bernhardus Raupach, venerandus hodie Eccleſiaſtes apud Hamburgenſes Nicolaitanus.

De Meritis Weſtphalorum in Academiam Roſtochienſem. 1707. Hanc Diſſertationem Hiſtorico-litterariam ipſo Praeſide defendit Auctor & Reſpondens Reinh. Henr. Rollius, Vnna-Weſtphalus, Gymnaſii Tremonienſis doctoribus publicis deinceps adſcriptus, ac non paucis eruditis ingenii monumentis (f) de re literaria bene meritus. Weſtphali, quorum merita in Aca-

(f) Horum notitia hauriri poteſt ex Nov. Liter. Weſtfal. 1718. pag. 92 ſqq.

Digitized by Google

Academiam Roſtochienſem enarrata, ſunt ex ordine Theologico *Io. Affelmannus*, *Steph. Glotzius*, *Io. Cothmannus*, *Tilem. Hesbuſius*, *Eilhard. Lubinus*, *Io. Chriſtoph. Otto & Iac. Dürfeldius*: ex ordine Iuridico *Erneſt. Cothmannus*, *Thom. Lindemannus*, *Henr. Rudolph. Redekerus*, *Chriſtoph. Redekerus*, *Henr. Schuckmannus*, *El. Perottus* & *Theodor. Varenmeierus*: ex ordine Philoſophico *Henr. Arſenius*, *Io. Bocerus*, *Arnold. Burenius*, *Herm. Buſchius*, *Bernh. Goſmannus*, *Conr. Schlüſſelburgius*, *Martin Troſtius* & *Henr. Welpius*.

Schediaſma ex Hiſtoria Patria congeſtum de Mecklenburgenſium a Gentiliſmo ad Chriſtianiſmum Conuerſione. Reſp. Io. Henr. Oldenburg, Mecklenb. 1708.

Farrago Theſium Theologico-Philoſophicarum, priuatis Exercitiis Diſputatoriis deſtinatarum. 1709.

Problema: Vternam magis proſit Reipublicae, Libreſne, an qui Liberos gignit? Dialectice diſcuſſum. 1709.

De Mentis humanae Morbis Ratiocinationem impedientibus. 1712.

Theſes Morales Philoſophicae. 1713. Tribus Diſputationibus hae Theſes abſoluuntur.

Schediaſma Hiſtorico-Literario-Politicum de Rectoribus Academiae Roſtochianae Magnifi-

cen-

centisſimis atque Illuſtribus. 1714. Sectio huius perelegantis Schediaſmatis prior eſt Hiſtorica, in qua deſcribuntur atque laudantur Rectores Acad. Roſtoch. Magnificentisſimi & Illuſtres BALTHASAR, Dux Mecklenburgicus, an. 1467. 1470. 1473: ERICVS, Dux Mecklenb., an. 1499. 1500. 1502: WOLFGANGVS, Comes de Eberſtein, an. 1509: THEODORICVS, Epiſcopus Sebaſten. & Dioeceſ. Suerinenſ., an. 1523: GVILIELMVS, Luneburgenſium et Brunsuicenſium Dux, an. 1575: IOANNES GVSTAVVS ROSA, Comes in Boſunt & Dominus in Lindenholm, potentisſimi Regni Sueciae, an. 1576: IOANNES CYRIACVS, Liber Baro in Polhaim et Wartemburgk, an. eiusd. ſemeſtr. alter.: WILHELMVS, in Livonia, Curlandiae & Semigalliae Dux, an. 1591, 1592: VLRICVS, Princeps, Haeres Norvegiae, Dux Slesvici, Holſatiae & Stormariae, Comes in Oldenburg & Delmenhorſt, Serenisſimi Regis Daniae, Chriſtiani IV Frater, an. 1592: AVGVSTVS, Dux Brunsvicenſis & Luneburgenſis, an. 1594: VDALRICVS, Stetinenſium, Pomeranorum, Caſſubiorum et Vandalorum Dux, an. 1602; poſterior Politica, de Dignitate Rectorali Principes non dedecente, deque

que vtilitate a Rectore Principe aut Illuſtri in Academiam redundante, agit.

Exercitii Diſputatorii Priuati Materia Philoſophica, ſiue Poſitionum ſuccinctarum Congeries. 1716.

Exercitium Academicum de Licita Eruditorum Invidentia. 1708. Defendit hoc ſub ipſius praeſidio Auct.& Reſp.Io. Chriſtian. Burgmannus, Roſtochienſ., hodie Philoſophiae Magiſter & in patria Templi Spir. S. Paſtor, vir ſolida eruditione inſtructus, cuius etiam extat *Apologia Invidentiae*, duabus Diſſertationibus elegantiſſimis in Academia Wittebergenſi an. 1720 aduerſus Biblioth. Acad. Halenſ. adornata.

De Myſterio SS. Trinitatis. 1696. Praeſ. D. Franc. Wolfio, t. t. Theol. Prof. Roſtoch.

Theſes ex vniuerſa Theologia ſelectae. 1699. Praeſ. D. Io. Nicol. Quiſtorpio.

Decas Theſium Theologicarum. Gryphisw. 1704. Praeſ. D. Io. Frid. Mayero.

Decades XXI Theſium Theologicarum, priuatis XLII Diſputationum Exercitiis expoſitae. 1710.

Diſputatio Inauguralis de Titulo Chriſti, quo Coloſſ. I. 15 dicitur Primogenitus omnis Creaturae. 1710. Praeſ. D. Io. Nicol. Quiſtorpio.

Religio Lutherana ab imputato cum Haereticis IV priorum Seculorum Conſenſu vindicata. 1711. Reſp. Dan. Witte, Hamburg.

Pro-

Problema Eiuſdem & Diverſi Theologicum de Differentia Hominis Regeniti & Irregeniti: Vtrum ſpecifica ſit, nec ne? 1712. Reſp. Ioach. Steph. Krüger, Mecklenb.

Controuerſiae Theologicae in Eccleſia Lutherana recentius motae, ſuccinctis Theſibus comprehenſae & cum eiusdem Libris Symbolicis collatae. 1713. Recuſae ſunt, addito Epilogo, 1716.

De Credendorum Notitia expreſſa ad fidem & ſalutem neceſſaria. 1713.

Theſes Morales Theologicae. 1713. Conſtant ſex Diſputationibus.

De Priuata Confeſſione cum S. Coenae Vſu vtiliter, citraque coactionem coniungenda. 1714. Pertinet haec Diſputatio ad ſcripta Anti-Sturmiana.

Bedencken über Hrn. Leonh. Chriſtoph. Sturms Vorſchlag einer Wette, dadurch er vermeinet, daß ſeine Controverſia mit den Roſtockiſchen Theologis am beſten auszumachen ſtehe. 1715. 8. Praecedentem ſolidam Diſſertationem AEpinianam pariter, ac B.D. *Io. Senſtii Toiutismum verbis inſtitutionis S. Coenae inſidioſum*, cum legiſſet Sturmius, ad AEpinum dedit litteras, quibus efflagitauit, vt controverſia, cum ipſo pariter ac Senſtio, per ſponſionem componeretur. Scilicet vterque

Theo-

Theologus Roſtochienſis, aeque ac ipſe, tres nominaret Facultates Iuridicas, e quibus ea ferret ſententiam, quam ſors voluerit. Pars, cui denegatura eſſet calculum, non taceret ſolum, verum alteri etiam mille thaleros ſolueret. Sed rectisſime AEpinus hunc decidendi controverſias ſacras modum improbauit. Conf. etiam celeberr. Leporini Vitt. Erud. German. P. IV. p. 368. 372 ſq.

Diſſertatio Iubilaea Hiſtorico-Theologica, qua Reformationis Lutheranae opus, opus diuinum fuiſſe demonſtratur. Reſp. Balthaſ. Frid. Wittenburg, Neo-Brandenb. 1717.

Dictum Iohanneum I. *Epiſt. I.* 9 *Quaeſtionibus Exegetico-Polemicis illuſtratum.* Reſp. Auct. Io. Iac. Haccio, Ratzeburg. 1722.

Diſputatio Theologica de Coenae Dominicae Influxu in Vitae Sanctimoniam. Reſp. Auct. Frid. Iul. Wiençke, Levino-Megapol. 1722.

Diſputatio Theologica Theſes recentius controverſas de Articulis Fidei exponens. Reſp. Io. Georg. Marci, Suſato-Weſtph. 1724.

Eod. an. ipſo Moderatore, Praeſide *Io. Dan. Kickebuſch*, SS. Theol. Baccal., Reſpondente Io. Heins, Hamburgenſ., *Diſſertatio Theologica, ſiſtens Irregenitum ſtilo Scripturae S. illuminatum*, ventilata eſt.

Compendium Metaphyſicae ad Theologiam applicatae,

catae, tam vſum eius oſtendens, quam ab abuſu eam vindicans. 1710. Iterata editione auctum & Indice inſtructum prodiit 1719. 8.

Introductio in Philoſophiam in VI Partes diſtributa. 1714. 8. Siſtit hic lib. I. Logicam. II. Metaphyſicam. III. Phyſicam. IV. Theologiam Naturalem. V. Ethicam. VI. Politicam. Quam caute, quamue ſapienter ſit philoſophatus, ex his ipſius verbis licebit concludere: *Nulli me Sectarum addicere, aut alicuius in Magiſtri verba iurare a teneris edoctus ſum: quare nec Veterum ſimpliciter reiicere placita, nec Neotericorum monita meliora negligere ſoleo, vt potius, vtrorumque in rationes inquirere, optimumque ex omnibus ſeligere, vtile ac neceſſarium ducam. Inde me, nec indefeſſum, qui quorundam hodiernorum, neſcio qua leuitate animi dicamne? an culpandi pruritu? in Veteres debacchantium, mos eſt, Antiquitatis caſtigatorem, nec perpetuum Recentiorum, ſicubi quae meliora inuenere, contemtorem: nullius tamen partis mancipium, offendes.* etc. Vid. Praefat.

Tabulae Oeconomicae Biblicae, vniuerſum Scripturae Sacrae Canonicae Veteris ac Noui Teſtamenti Codicem, ſingulorumque illius Librorum Diſpoſitionem exhibentes. 1718. fol.

Ma-

Mataeologiae Fanaticae recentioris Compendium, ex **Iohann. Conrad. Dippelii**, *ſeu, quo nomine ſibi magis placet*, **Chriſtiani Democriti** *Scriptis, ſub titulo* : **Eröffneter Weg zum Frieden mit GOtt und allen Creaturen**; *iunctim editis, collectum ac ordine Syſtematico diſpoſitum, oppoſita Anti-theſi orthodoxa & Obſeruationibus, ad Statum Controuerſiae formandum, Dubiaque potiora ſoluenda facientibus, inſtructum.* Roſtoch. & Lipſ. 1721. 4. Alph. 3. pl. $7\frac{1}{2}$ Obſervationes AEpinianae ob vtilitatem iure collaudantur in Fortgeſ. Samml. von A. u. N. Theol. Sach. 1721. p. 951. In Dedicatione, qua Vener. Ordini Sacro Hamburgenſi hunc librum conſecrauit AEpinus, promiſit abavi ſui, IOANNIS AEPINI (g), Praeſulis quondam Hamburgenſis, *Vitae Deſcriptionem, vna cum recenſione editorum abs illo Scriptorum paululum pleniori*, qua non eſt dubium, quin varia hiſtoriae eccleſiaſticae momenta egregie ſit illuſtraturus.

(g) Obiter liceat hic notare παροραμα μνημονικὸν, quo AEpinus hic in Roſtoch. Literat. p. 363 Formulae Concordiae ſubſcripſiſſe dicitur, quae, ipſo dudum defuncto, demum ſcripta. Rectius pro Formula Concordiae legerentur Articuli Smalcaldici; quibus eum dediſſe nomen, ex Libb. Symbol. p. m. 339 & 357 ed. Rechenb. apparet.

IN ORDINE IVRIDICO

IOACHIMVS HENRICVS SIBRAND,

Phil. et V. I. D. Inſtitut. P. P. Ord. & Fac. Iurid. Senior, Roſtochii an. 1670. d. 13 Mart. natus: abſoluto Scholaſticorum ſtudiorum curriculo, in Academia patria, viam in primis monſtrante patre, D. *Io. Sibrando*, & Lipſienſi iuris ſcientia inſigniter auctus: ab ampliſſimo Senatu Roſtochienſi an. 1701. d. 7 Sept. Profeſſor Moralium conſtitutus; d. 20 Sept. an. eiusd. Iuris Doctor renunciatus: an. 1713. d. 24 Iul. a laudato Senatu Inſtitutionum Profeſſor electus, varia ſcripta, quae celeberrimum ipſius nomen ab interitu vindicabunt, euulgauit. Haec ſunt

Diſputationes

Iuridica de Vulgato: Communem Errorem Ius facere. Praeſ. D. Iacob. Lembkenio. 1688.

Inauguralis de Sapientibus Extraneis. Praeſide Parente ſupra laudato. 1692. d. 12 Iul.

Iuris publici, de Statu ſ. Forma S. Rom. Imperii. Reſp. Io. Alb. Guzmer, Roſtoch. 1692.

Nomico-Moralis, exhibens Quaeſtionem: An Stupratorem violentum illaeſa conſcientia occidere liceat? Reſp. Io. Frid. de Lehſten, Equit. Megapol. 1700. d. 30 Iun.

Mora-

Digitized by Google

Moralis, de Virtutis homileticae, Ε'υτραπελίας, ſeu Vrbanitatis Ethnicae, a Chriſtiana, Differentia. Reſp. Chriſt. Frid. a Toden, Equit. Holſat. 1703. d. 28 Febr.

Moralis, exhibens Problema: An detur Principium Iuris Naturalis verum, primum, vnicum, adaequatum, euidens, nec ne? Reſp. Gabr. Mauersberger, Colberg. 1703. d. 1 Dec.

Iuridica de Pactis Dotalibus in genere, & caſu quodam ſpeciali. Reſp. Georg. Caſp. Lindenberg, Lubec. 1707. d. 6 Aug.

Moralis de Summo Bono, tam Thomaſiano, quam alio, viribus humanis haud obtinendo, neque dabili. Reſp. Sim. Ambroſ. Hennings, Roſtoch. 1708. d. 20 Iun.

Iuridica exhibens 2 Decad. Iurium ſingularium Mecklenburgicorum. Reſp. Io. Frid. Gottſchalck, Fridel. Megap. 1716. d. 28 Nov.

Iuridica de Ἰσοψηφία, ſeu Iure parium Tabularum & Votorum, generalia praemittens, prior. Reſp. ipſius filio, Io. Sylv. Sibrand. 1721. d. 7 Mai.

De eadem materia poſterior, ſpecialia tractans, adiecta materia de Sorte. Reſp. Georg. Wilh. Detharding, Roſtoch. 1721. d. 16 Iul.

Diſputationes Inaugurales ſub ipſius Praeſidio habitae

De Iuribus Singularibus circa Succeſſionem legitimam

timam in Bonis Hamburgenſium. Reſp. Eggert Wolff, Roſtoch. 1718. d. 8 Nov.

De Felonia Dubia. Reſp. Dan. Chriſtoph. Ehrentien, Criviz. Megap. 1718. d. 8 Nov.

De eo, quod iuſtum eſt circa Teſtimonium Mulierum Iure Ciuili, Canonico & Feudali. Reſp. Georg. Frid. Amſel, Suerin. Megapol. 1720. d. 16. Iul.

De Foro Clericorum Priuilegiato. Reſp. Pet. Dreeſſen, Ditmarſ. 1722. d. 27 Octob.

De Differentiis inter Sponſam & Vxorem. Reſp. Ott. Io. Voſs, Roſtoch. 1723. d. 23 Sept.

De ICtis circa deciſionem Caſuum in materia Succeſſionis ab Inteſtato errantibus. Reſp. Gerh. Henr. Carſtens, Lubec. 1724. d. 23 Mai.

Iurium Singularium Decades duae. Reſp. Ern. Gottl. Schröder, Suerin. Megapol. 1724. d. 20 Iun.

Programmata

In fun. *Henr. Chriſtian. Tielcken,* Ph. & V. I. D. Eloquent. P. P. Duc. 1711. d. 26 Octob.

Rectorale, in feſtum Natiuitatis Chriſti, *de Vnione prolium, per eandem facta.* 1711.

In fun. D. *Io. Petr. Grünenberg,* Theol. P. P. Conſiſt. & Superint. 1712. d. 27 Ian.

Rectorale, tempore Paſſionis, *de Chriſto, tanquam Expromiſſore incomparabili, ſalua & illaeſa*

illaeſa Iuſtitia, in Criminalibus admiſſo. 1712. d. 7 Febr.

In fun. *Catharinae Bergholziae*, Bernh. Elſers, Senat., Viduae. 1712. d. 18 Mart.

Rectorale, *de Solutione Debiti generis humani, per Chriſtum patientem facta, & per eundem ſurgentem demonſtrata*, 1712. Fer. I Paſch.

Memoria D. *Georgii Dethardingii*, Sereniſſimae Ducis Mecklenb. Archiatri & Medici Güſtrouienſium. 1712 d. 7 April.

Rectorale, *de Pace ſingulari plane & incomparabili, quam Seruator noſter per natiuitatem ſuam nobis conciliauit.* 1713. Fer. I. Natiuit. Chriſt.

In fun. *Catharinae Margaretae Gerdes*, Petri Eggerdes, Conſulis, Viduae. 1714. d. 30. Ian.

Rectorale, *ſingulare Redemtionis genus*, aliaque, occaſione tituli P. & C. de Captiuis & redemtis ab hoſtibus, tempore quadrageſimali proponens. 1714. d. 11. Febr.

In fun. *Petri Erdm. Donati.* 1714. d. 1. Mart.

In fun. Sereniſſ. Principis ac Domini, DN. FRIDERICI WILHELMI, Ducis Regnantis Megapol. & reliq. 1714. d. 13. Mart.

Rectorale, tit. P. & C. Sacri, *de Captiuis & poſtliminio reuerſis*, in feſto Paſchatos meditandum ſiſtens. 1714.

Digitized by Google

Rectorale, *de Comparatione Feſti Natiuitatis Chriſti cum Feſto Schechinae.* 1719.

Rectorale, tempore Ieiunii quadrageſimalis, *de Chriſto noſtri loco ignominioſae ſe mancipante ac deuouente Seruituti.* 1720. d. 11 Febr.

In fun. *Henr. Beckeri,* AEd. Iacob. Paſtoris, Rev. Miniſt. Roſtoch. Senior. & Direct. 1720. d. 16 Febr.

Rectorale, *de Reſurrectione Prima,* occaſione verborum initialium Apoc. XX. 6. 1720. d. 31 Mart.

IACOBVS CARMON,

I. V. D. Sereniſſ. Ducis Regn. Megapol. Conſil. Conſiſtor. et Pand. Pr. Publ., Roſtochii an. 1677 d. 2 Mart. natus: in Acad. patria, Regiom. & Ien. inſtitutus: an. 1707. d. 10 Mart. I. V. Doct. creatus: an. 1712 Eloq: an. 1718 Pand. Prof. Ord. conſtitutus, & eod. an. a Sereniſſ. Princip. Reg. ſplendida Conſil. Conſiſt. dignitate auctus, perinſigne Roſtochii decus, cuius nomine ornantur haec ſcripta:

Diſſertatio Iuridica Inauguralis de Praeludiis Torturae. 1707. d. 8 Mart. Praeſ. D. Io. Ioach. Schoepffero.

Diſſ. de Remunerat. Principum erga Miniſtros.

Memoria Ioachimi Prüſſingii, Eccleſiae Suanenſis Paſtoris & Dioeceſeos illius Praepoſiti. 1719. d. 25 Sept.

Diſſ. de Sponſalib. Illuſtrium in Cunabulis.

Theſes

Theſes Iuridicae. Reſp. Aut. Henr. Müller, Roſtoch. 1721. d. 1 Mart.

Diſſertatio Iuridica Inauguralis de Retentione Mercedis Famuli Domino permiſſa. Reſp. Georg. Seize. 1721. d. 13 Mart.

Progr. Rect. de Beneficiis Angelorum Miniſterio nobis praeſtitis. 1721. d. 29 Sept.

Programma Rectorale de Pentecoſtes Chriſtianae prae Iudaica Eminentia & Praerogatiua. 1722. d. 14 Maj.

Progr. Rect. de Natura Angelorum. 1722.

Oratt. Germ. in Nat. Sereniſſ. Duc. Regn. FRID. WILHELMI, gl. m. von der mit angenehmen Farben ſpielenden Sonne; in Ipſius Obitum: das glorwürdige Andencken; in Nat. Sereniſſ. Duc. Regn. CAROL. LEOPOLD: Der erwünſchte Regent.

Ad prelum parata habet Vir excellentisſimus varia *Iuridica*, *Oratoria*, *Poëtica*, quorum editionem vt catenati labores non impediant, valde optamus.

IOANNES CHRISTIANVS PETERSEN,

V. I. D. & Cod. Prof. Publ. Ord., Roſtochii an. 1682. d. 1 April. natus: abſolutis ſtudiis Academicis, luſtratisque, non ſine inſigni fructu, praecipuis mundi regionibus, an. 1711, d. 24. Dec. a Sereniſſ. Principe

Mecklenburgico, FRIDERICO WILHELMO, Profeſſor Decretalium Extraordinarius clementiſſime vocatus, (a quo ipſi etiam in Ducali Conſiſtorio an. 1712 locus conceſſus) hocque munus, d. 1 Mart. 1712 ſummis in vtroque iure honoribus inſignitus, d. 8 Mart. d. a. *Oratione de Canonici Iuris incrementis, auctoritate & praeſtantia* auſpicatus: an. 1720 d. 8 Ian. ab Ampliſſimo Senatu Roſtochienſi Profeſſionem Iuris ordinariam, & Codicis quidem, conſecutus eſt, muneris initio Oratione *de ceſſante Fundamento Praxeos in Proceſſu ex Practica Legis Si contendat 28 ff. de Fidejuſſor. & L. Diffamari C. de Ingen. manum.* d. 25 Ian. facto. Ingenii monumenta, nomine ipſius praeclariſſimo exornata, quorum notitiam cum B. L. licet hac vice communicare, ſunt

Diſputatio Iuridica de Oſculo Nocivo. Praeſ. Caſp. Matth. Müllero. 1704. d. 3 Sept. Conf. Nov. Lit. Mar. Balth. 1704. p. 321 ſqq.

Diſputatio Inauguralis Iuridica de Iuramenti Delatione in cauſa Fiſcalis Pecuniaria. Praeſ. eod. Müllero. d. 26 Maj. 1708. Conf. cit. N. L. 1708. p. 97 ſqq.

Oratio Secularis de Iuris, in primis publici, prudentia a tempore Reformationis Lutheri in Imperio noſtro inſigniter reformata, in maiorem feſtiuitatem ſecundi Iubilaei Lutherani, in Academia Roſtochienſi ſolemniter concelebrati, d. VIII.

VIII Novemb. MDCC XVII habita. Dignam iudicauit magni nominis Theologus, Ern. Salom. Cyprianus, hanc Orationem, quam Hilar. Euangel. P.II. p. 82-90 inſerendam curaret.

Programma Rectorale de Angelo Natiuitatis Chriſti Nuncio, 1722.

Ipſo etiam Praeſide & Decano *Diſp. Inaug. de potioribus Aetatum Priuilegiis* habuit Ern. Io. Frid. Mantzel, mox laudandus.

IN ORDINE MEDICO

GEORGIVS DETHARDING,

Med. D. & Prof. Publ. Duc. Primar., Facult. ſuae & totius Academ. Senior, natus Sundii 1671. d. 13 Mai.: in patria & Guſtrovii variis litteris, humanioribus praeſertim, imbutus: Roſtochii, Lugduni Batavorum (in qua praeſtantiſſima Belgii vrbe non ſolum Medicinam ſtrenue excoluit, verum alias etiam Belgii, Angliae ac Galliae celeberrimas vrbes adiit, cunctaque, quae e re ſua fore arbitratus eſt, prudenter obſeruauit) ac Lipſiae Philoſophiam, & praeſertim Medicinam feliciſſime edoctus: an. 1693 in Altorfina Noricorum Academia, habita Inaugurali Diſputatione, pro roſtris, nouum iter ingreſſurus, collaudatus: an. 1695 d. 17 Nov., ex

ex Auſtria, Hungaria & Italia redux, ſupremis in medendi arte honoribus inſignitus: an. 1697 a Sereniſſ. Principe Mecklenb., FRIDERICO WILHELMO, Anatomiae (cuius peritiae ſingularis peregregia anno praecedenti Guſtrovii, praeſentibus & ſpectantibus viris ſummis, dederat ſpecimina) ac Botanices, vt & Mathematum ſuperiorum Profeſſor clementiſſime conſtitutus ac munia haec d. 17 Febr. a. e. auſpicatus: an. 1714 Academicis Naturae Curioſorum, impoſito ipſi *Andronici* nomine, adſcriptus, &, poſt D. Io. Ern. Schaperi obitum, Facultatis Medicae, Collegii Ducalis ac totius Academiae Senior factus, ſcriptis haud paucis, ob quae Muſa eum vetat mori, magnam ſibi famam nominisque celebritatem conciliauit. Haec ſunt, praeter Diſputationem Inauguralem *de Calculis Microcoſmi*, Altdorfii conſcriptam, & publice defenſam, nec non Diſputationem Anatomico-Phyſicam *de Fontanella Infantum*, Reſp. Vlr. Sigism. Nimpſch, nunc Med. D. & Practic. Vratislavienſi, Altdorf. 1695.

Diſputationes ipſo Praeſide Roſtochii habitae

De Ingreſſu Aëris per Poros Cutis. Reſp. Sam. Henr. Sibeth., hodie Conſule primario Oſterburg. 1703.

De

De Salubritate Aëris Roſtochienſis. Reſp. Io. Gerhard. 1704.

De Vano Eclipſium Metu. Reſp. Io. Chriſtoph. Backmeiſter. 1706.

De Anatome iucunda & vtili. Reſp. Sim. Ambroſ. Hennings. 1708.

An expediat Peſte mori? Reſp. Balthaſ. Ludov. Schirach. 1706

De Operatione Medicamentorum Evacuantium. Reſp. Io. Bernh. Quiſtorpio, hodie Med. Doct. & Practic. Roſtoch. 1713.

De Commercio Animae & Corporis. Reſp. Io. Schrödero. 1714.

De Operatione Medicamentorum adſtringentium. Reſp. Ludov. Aug. Beckero, Phyſic. olim Zwickav. 1715.

De Subactione Alimentorum in Ventriculo. Reſp. Chriſtian. Frid. Stevero, Med. hodie Pract. in Dania. 1717.

De Carminatione Sanguinis in Pulmonibus. Reſp. Filio, Georg. Chriſtoph. Dethardingio, Medicinae iam Licentiato. 1718.

De Differentia Ingenii & Iudicii in Medico Clinico. Reſp. Io. Chriſtoph. Heintze, nunc Doct. & Pract. Guſtrov. 1718.

De Anaeſthaeſia. Reſp. memorat. Quiſtorpio. 1718.

De Neceſſitate Medicinae ex natura Termini

Vitae.

Vitae. Reſp. Auguſtin. Puchnero, iam Doct. & Practic. Wittenburg. 1719.

De *Erotomania.* Reſp. citat. Heintzio. 1719.

De *Ieiunio Quadrageſimali.* Reſp. adduct. Puchnero. 1721

De *Obſeſſione Spuria.* Reſp. nominat. Stevero. 1721.

De *Ethica Dolentium.* Reſp. eod. Puchnero. 1722.

De *Cynanche.* Reſp. Chriſt. Ern. Steinbach. 1723.

De *Mortis Cura.* Reſp. Fil. Georg. Chriſtoph. Dethardingio (h). 1723.

Tractatus

Diſſertatio Epiſtolaris ad D. Lucam Schroeckium de Methodo ſubueniendi Submerſis per Laryngotomiam. Roſtoch. 1714.

Palaeſtra Medica, exhibens Themata Phyſiologica in Alma Roſtochienſi XXX Diſputationibus publice ventilata. Roſtoch. 1720.

Scrutinium Phyſico-Medicum, quo Indoles Intellectus Animae inſiti, ab aduentitio probe diſcernendi, eruitur, & ad vlteriorem indaginem

(h) Hic publica Diſputatione *Hiſtoriam Inoculationis Variolarum, cum ſubnexa Quaeſtione Problematica: Num Inoculatio pro vero Variolarum Prophylactico ſit aeſtimanda*, Reſp. Io. Gabr. Kindler, Wiſmar. in Academia Roſtochienſi 1722. d. 12 Sept. exhibuit.

ginem omnibus Philoſophis, Theologis, Iuris-conſultis, in primis vero Medicis, ſedulo commendatur. Roſtoch. 1723. 4.

Manuductio ad Vitam longam, tradens Regulas Diaeteticas ſub Regimine circa Aërem, Cibum & Potum, Motum & Quietem, Somnum & Vigilias, Superfluorum excluſionem, Animi affectus, Medicum & Medicamenta hominibus facile obſervandas, ſubnexis Monitis Ethico-Medicis. Roſtoch. 1724. 4.

Celeberrimum quoque ipſius nomen prae ſe ferunt varia *Programmata*, quae vel Anatomiis publicis, vel Orationibus & Diſputationibus Inauguralibus, vel Funeribus Academicis praemiſit.

Inter *Orationes Panegyricas*, ab eodem habitas, commemorabilis ea in primis eſt, quam tempore Iubilaei Lutherani ſecundi an. 1717. d. 3 Nov. *de Meritis Lutheri in Artem Medicam*, in Auditorio Maximo, publice recitauit, quaeve, ob praeſtantiam, a laudato Cypriano Hilar. Euangel. P. II. p. 91-100 publici iuris facta.

Accedunt tandem variae *Obſervationes Medico-Phyſicae*, Ephemeridibus Academiae Naturae Curioſorum paſſim inſertae.

CHRI-

Digitized by Google

CHRISTOPHORVS MARTINVS BVRCHARDVS,

Med. Doct. & Prof. Publ. Ord., luce Kilonii donatus: in Schola primum patria, Academiis porro, patria, Saxonicis ac Belgicis, variis ſcientiis, praeſertim Medicis & arti ſalutari inſeruientibus, auctus: finito Danico & Suecico itinere, munus profitendi Medicinam extra ordinem Kilonii an. 1708 Oratione ſolemni *de Statu & Incrementis Studii Anatomici* aggreſſus: ſpartam Profeſſoris Medicinae Ordinarii in alma Varniaca, ab Ampliſſimo Senatu vocatus, an. 1716 Oratione inaugurali *de Incrementis & Decrementis Medicinae* coepit ornare, ſcriptisque, praeter Diſſertationem Inauguralem an. 1718 a Georg. Seb. Neuhaus, Flensburg., ſub ipſius praeſidio habitam, inclaruit ſequentibus:

Diſp. Inaug. Med. de Morbis Magicis. Praeſ. Gunth. Chriſtoph. Schelhammero. 1704. d. 2 Mai. Conf. Nov. Liter. Mar. Balth. 1704. p. 307 ſqq.

Diſſ. de Secretione Humorum in genere. 1709.

Diſſ. de Secretione Bilis. 1710.

Diſſ. de Natura & Vſu Bilis. 1711.

Progr. Rector. de Doloribus Redemtoris Ieſu Chriſti, doloribus Martyrum multo vehementioribus. 1721.

Progr.

Digitized by Google

Progr.Rector.de Reſurrectione Chriſti, *cauſa Reſurrectionis noſtrae.* 1721.

Progr.Feſtiv. in Natalem Diem Sereniſſ. Principis ac Dominae, DN. CATHARINAE IVANOWNAE, ſolemni panegyri de *Aſtrorum Influxu Morali* celebratum. 1721. d. 8 Nov. Ob reiectam ſolidis rationibus *Aſtrologiae Iudiciariae Vanitatem* laudatur in Annal. Liter. Mecklenb. P. I. p. 263.

Diſp.Phyſiol. de Natura, & in ſpecie Humana. Reſp. Carol. Zach. Iulio, Roſtoch. d. 20 Iun. 1722.

Diſſ. de Principio Movente in Animatis, in ſpecie de Anima Plantarum. 1723

Diſpp. 2 *de Anima Brutorum.* 1723. 1724.

Augebunt honorem, recenſitis ingenii foetibus partum, ſcripta prelum exſpectantia, Diſputatio *de Secretione Lactis eiusque Natura*: *Tractatus de Anima Humana, in quo noua quorundam dogmata examinantur*, & alia.

IN ORDINE PHILOSOPHICO

PETRVS BECKERVS,

Mathemat. Prof. Publ. Ord., Facultatis Philoſophicae atque Collegii Profeſſorum Senatoriorum Senior, & Paſt. Iacobeus, Roſtochii an. 1672 d. 3 Nov. natus: in Schola patria & Anclamenſi, nec non Academia patria litteris humanioribus, philoſophicis, ſacris

 probe

Digitized by Google

probe imbutus: an. 1696. d. 25 Mai. Philoſophiae Magiſter creatus: an. 1697 d. 9 Dec. munus, ab Ampliſſ. Senatu ipſi collatum, Profeſſoris Mathematum publica *de Matheſi falſo & merito ſuſpecta* Oratione auſpicatus: an. 1701. m. Aug. nouo auctus officio, Rector ſcilicet Scholae conſtitutus, perque tredecim annos in hoc etiam puluere verſatus: an. 1714 m. Febr. Archi-Diaconus & an. 1722 m. Ian. Paſtor Iacobeus electus, varia conſcripſit, quae efficient, vt nomen ipſius laudesque in orbe erudito maneant, nimirum

Aphoriſmos Thetico - Polemicos, praeſide D. Quiſtorpio quinque Diſpp. defenſos et Theologiam ἐν συνόψει exhibentes. 1694.

Horoſophiam Mathematicam, cuius Diſp. I *de Matheſi Vniuerſali*, Reſp. Chriſt. Diet. Haltermann, Roſtoch. d. 28 Aug. 1697: Diſp. II *de Arithmetica Generali & Speciali*, Reſp. M. Io. Ehrenfr. Pfeiffer, Miſena-Miſn. d. 5 April. 1699 habita.

Exercitationem Hiſtorico - Chronologicam, qua inueſtigaturis Seculi decimi ſeptimi finem rationibus firmis demonſtratur: Annum, quem ſtylo vſitatiſſimo inſcribimus Milleſimum Septingenteſimum, ex mente Auctoris AErae hodiernae, a Natiuitate Chriſti Seruatoris numerantis annos, re vera eſſe Seculi XVII finem,

inſe-

inſequentem vero annum 1701 *nouum etiam incboare Seculum.* Roſtoch. 1699. 4.

Prima Logicae Rudimenta. 8. Rudimenta haec, an. 1724 denuo edita, munere ſcholaſtico fungens, in gratiam iuuenum euulgauit. In eorum quoque commodum *Grammaticam* conſcripſit *Hebraicam* & *Graecam*, publici iuris nondum factam.

Diſputat. de Miraculo Solis & Lunae in Hemiſphaerio Gabaonis & Ajalonis ad mandatum Ioſuae ſtantium. Reſp. Iſ. Hoemanno, Colb. Pomer. 1703. d. 27 Octob.

Diſp. Phyſic. de Vi Corporum Elaſtica. Reſp. Martin. Hegardt, Scano-Suec. 1706. d. 16 Octob.

Miraculum retrocedentis in Sciaterico Achaſi Vmbrae Solaris, in fidem promiſſi diuini, per Prophetam Eſaiam Hiskiae Regi dati. Reſp. Ioach. von Scheven, Anclam. Pomer. 1708. d. 23 Maj.

Unterſuchung und Auflöſung des ſogenannten Oeſterreichiſchen Friedens-Wunſches im groſſen *Triangel*, bey Gelegenheit einer Mathematiſchen Aufgabe, ſo ein gewiſſer Pater von Wien an Teutſche Univerſitäten ſandte. 1711.

Diſſert. Mathem. de Multiplicatione. Reſp. Auct. Chriſt. Nicol. von Winsheim, Anclam. Pom. 1717. m. Aug.

Digitized by Google

Betrachtungen über den Propheten *Jonam* in 50 Predigten. Roſt. und Leipz. 1717. 4.

Novam Hypotheſin de duplici Viſionis & Organo & Modo, Dioptrico altero; altero Catoptrico, quorum hoc Inſectis, illud vero animantibus reliquis conceſſiſſe natura videtur. Reſp. Io. Herm. Becker, Roſtoch. 1720. d. 12 Sept.

Sieben Paßions-Seülen/ deren jede vor Augen ſtellet: Das Bild JEſu, mit einem Denck-Wort, in ſieben Faſten-Predigten über den *XXII* Pſalm, nebſt einem Anhang: Kurtz erwogener Geſchicht vom Begräbniß Chriſti. Roſt. 1721. 8.

Praeter *Programmata* varia, ſcripſit quoque, iuſſu Sereniſſimi Principis, *Calendaria Mecklenburgica*, cuius laboris an. 1708 fecit initium, ſed, interiectis aliquot annis, ei finem impoſuit.

DAVID HENRICVS KOEPKENIVS,

Phil. & S.S. Theol. Doct. ac Poëſ. Prof. Publ. Ordin. Vidit lucem Luneburgi, 1677. d. 4 Nov.; Scholaſtica ſtudia in patria, Academica Helmeſtadii, Ienae & Roſtochii abſoluit: an. 170[illegible] m. Aug. Theologiae Doctor Roſtochii creatus: an. 1708 inter Profeſſores Philoſophiae Ordinarios locum, ſimulque Poëſeos Profesſionem nactus: variis, hiſtoricae,

ricae, philologicae ac ſacrae eruditionis, egregiis ſpeciminibus inclaruit. Etenim non ſolum Ienae 1695. m. Sept. Praeſ. D. Io. Andr. Schmidio *de A & Ω, omnis Theologiae vt Ente & Summo Bono*; Helmeſtadii 1696. m. Sept. *de Io. Bapt. Helmontii, Philoſophi per Ignem, in doctrina de Statu integritatis et corruptionis errantibus ignibus*; ibidemque 1701. m. Ian. *de Nomine Ieſu*, Reſp. Io. Rudolph. Ernſtingio, Hamburg. diſputauit, verum etiam Roſtochii publice ventilauit ac edidit ſequentia:

Diſſ. exhibentem ſextuplicem Vſum locorum Matth. II. 15. & Hoſ. XI. 1. de Filio Dei ex AEgypto diuinitus vocato, agentium. Praeſ. D. Io. Pet. Grünenbergio. 1699.

Disquiſit. Theol. duas, quae Ieſum Ναζωραῖον *Matth. II. 22. 23 repertum, in Prophetis etiam ſcrutantur.* Praeſ. laud. Grünenbergio 1700

Diatr. Philol. verba Pauli: Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν θεόν, *enucleata ſiſtentem.* Reſp. Io. Eberh. Udam, Reval. 1701.

Sched. Hiſtor. de Lato Clavo, eminentiorum quorundam Inſigni, eiusque Iure. Reſp. Io. Henr. Finck, Brem. 1702.

Anal. Philologico-Hiſtor., occaſione Hiſtoriae SS. Paſſionis. Reſp. Iac. Middelburg, Hamb. 1703.

Memor. Roſtochienſium Prot-Evangeliſtae, M.

Ioach. Kutzeri, Domitienſis. Reſp. Georg. Nic. Ockel. 1703

סגלת חכמים *ſ. Peculium Sapientum.* Reſp. Anton. Gade, Altenbroca-Hadelenſ. 1703.

Diſſert. Inaug. de Igne Coeleſti, ad illuſtranda aliquot Scripturae S. Loca. Praeſ. Andr. Dan. Habichhorſtio. 1704.

Progr. de Initiis Academiae Roſtochienſis, quo ad Lectiones Hiſtoricas in Iacobi a Melle Archontologiam Pugillarem inuitauit. 1704.

Diſſ. Ἱστορούμενα *quaedam Natalitias, in Meſſiae memoriam, ferias illuſtrantia, exhibentem.* Reſp. Chriſt. Fries, Holſat. 1705.

Epiſt. ad Iacob. a Melle *de Meritis Auorum in Sobole propagatis.* 1705.

Orat. Panegyr. in Acad. Roſt. Natali publice dictam, *de Prudentia Studioſi ex Conuictu.* 1705.

Progr. in Natali Academiae, ad Lectiones Hiſtoricas inuitans. 1706.

Diſpp. duas Memoriam Conradi Loſtii, Wiſmarienſis, I.V.D. & ab A. 1483 *ad A.* 1503 *Epiſcopi Suerinenſis, renouatam ſiſtentes.* Reſpp. Helm. Chriſt. Schütze, Mecklenb. & M. Gerh. Gerling, Weſtphal. 1707. Eodem anno hae Diſputationes, additis nonnullis monumentis, in forma Tractatus prodierunt.

Σιγω-

Σ]ρωμάτων Θεολογυμένων *de Theologia in genere Decades duas.* Reſp. Io. Herm. Tieffbrunn, Hamb. 1707.

Σ]ρωμάτων Θεολογυμένων *de Religione in genere Decades duas.* Reſp. Iac. Io. Arndio, Mecklenb. 1708.

Praeſagia Reformationis Mecklenburgicae. Reſp. Ioach. Schleiſero, Mecklenb.

Progr. Diſputatt. Theol. in B. Fechtii Syllogen praemiſſum. 1710.

Στρωμ. Θεολογ. *de Reuelatione Diuina in genere Ogdoadem.* Reſp. Pet. Peterſenio, Huſum. 1711.

Diſſ. praelimin., qua viam rationis ad Reuelationem pandit, ſimulque ad Diſputatt. de Revelatione Diuina inuitat. 1711.

Στρωμ. Θεολογ. *de Revelationis Divinae obiecto, forma & differentiis Decades ſex.* Reſpp. M Frid. Andr. Zülichio, Car. Ioach. Sibeth & Io. Pet. Schultzio. 1711.

Στρωμ. Θεολογ. *de Revelatione Diuina per Angelos Decades tres.* Reſpp. M. Io. Dav. Hoheiſel & Io. Andr. Habel, Gedanenſſ. 1712.

Στρωμ. Θεολογ. *de Revelatione Diuina per Homines Decades ſeptem.* Reſp. Io. Ioach. Simon et Chriſtian. Rohr, Mecklenbb. 1713.

Σρωμ. Θεολογ. *de Revelatione Diuina per Res*

 intellectu

intellectu carentes Naturales Decades ſeptem. Reſp. Thom. Lindemanno, Hafn. 1713.

Στρωμ. Θεολογ. *de Revelatione Diuina per Res intellectu carentes Artificiales Decades quinque.* Reſp. Ludolph. Frid. Weiſſe, Lunaeb. 1715.

Progr. in fun. *Dorotheae Agnetae Mülleriae*, Carol. Arndii, Prof. P., Coniugis. 1720.

Progr. Rect. in Feſt. Pentecoſtes. 1720.

Progr. in fun. *Catharinae Sibrandiae*, Georgii Radovii, Syndici quondam Lubecenſis, Viduae. 1720.

Prog. in fun. *Caroli Arndii*, Hebr. Ling. & Catecheſ. Prof. P. 1721.

Epiſt. Grat. ad Magnif. t.t. Acad. Roſtoch. Rect. D. Ioach. Alb. de Krakevitz, Super. Gen., Conſiſt. Reg. Suec. & Prof. Theol. prim. Gryphisw. vocatum, Fac. Philoſ. decreto & nomine ſcriptam. 1721.

Exerc. Philol. Bibl. de Donis AEgyptiacis, quibus abeuntes Iſraëlitae donati fuere, ad Exod. XII. 35 *ſqq.* Reſp. Henr. Schrödero, Regiom. 1721.

Progr. ad Or. in Natal. Sereniſſ. Principis, CAROLI LEOPOLDI, Duc. Regn. Meckl. 1721.

Diſſ. Philol. qua βίβλος γενέσεως *Matth. I.* 1 *explicatur.* Reſp. Herm. Franzio, Lubec. 1722.

Progr. ad Or. in Nat. Sereniſſ. Principis, CAROLI LEOPOLDI, Duc. Regn. Meckl. 1722.

Diſſ.

Diſſ. de Servatore IESV CHRISTO ſub metu & triſtitia acerbisſime dolente. Reſp. Henr. Koepke, Femar. 1723.

Progr. in fun. Iacobi Burgmanni, Graec. Ling. Prof. & Paſt. Nicol. 1723.

Diſſ. Philol. qua βίβλ☉ γενέσεως *Matth. I. 1ſq explicatur.* Reſp. Aug. Franc. Paulſen, Lubec. 1725.

ERNESTVS IOANNES FRIDERICVS MANTZEL,

Phil. et I. V. D. Moral. Prof. P. Ord.; Jordanſtorffenſis Mecklenburgicus, an. 1699. d. 29 Aug. in lucem productus: Guſtrovii litteris humanioribus, Roſtochii primum ſacris, & deinceps, facta an. 1718 ſtudiorum mutatione (i), iuridicis imbutus: a legum doctoribus publicis Wittenbergenſibus porro formatus: an. 1721. m. Sept. V. I. Doctor, obſignato ſolemniter ab ipſo habita *de Diis Deabusque Iuſtitiae* Oratione actu, renunciatus: an. eod. ab Ampliſſ. Senatu Roſtochienſi

(i) Eos iam fecerat in ſcientiis ſacris progreſſus, vt duplex ederet ſpecimen Theologicum, ſumme rev. Weidenero praeſide *de Curia Papali, Lutherum exterminante*, ac *de Commercio Sanctorum Dei Virorum cum Viris exteris* diſputando. Nihilominus e re ſua eſſe duxit, ad ICtorum caſtra tranſire.

Prof. Moral. Ord. electus, monumentis literariis, ingenii ac doctrinae teſtibus luculentis, inclaruit. Iſthaec ſunt

Diſſ. de Scientiis, quae Iurisprudentiae Studium potiſſimum adiuuant & exornant. Praeſ. D. Iac. Carmon. 1720.

Diſſ. Inaug. Iurid. de potioribus Aetatum Priuilegiis. Praeſ. D. Io. Chriſtian. Peterſen. 1721.

Diſſ. de Politici nomine temere ſuſpecto, genuinoque ſuo ſenſui vindicando. Reſp. Henr. Io. Pet. Weidenero, Roſtoch. 1721.

Annalium Literariorum Mecklenburgenſium an. 1721 *Articuli, quibus litera M praefixa.*

Diſſ. de eo, quod iuſtum eſt circa Ephemerides Literarias concinnandas. Reſp. Io. Holm, Wismar. 1722.

Qua ratione dignus Societatis humanae Civis in hac vita ſummum poſſit obtinere bonum. Reſp. Amadeo Rabagliati, Taurino-Pedemontano. 1722.

Orat. ſolemn. in Nat. Sereniſſ. Princ. Conjug. Ducis Regn., cuius thema: Ob die Zeiten ärger werden? 1722. fol.

Compendium Iuris Naturae. Reſp. Frat. Chriſt. Anton. Mantzel. 1723.

Diſſ.

Diſſ. de Iurisdictione Domeſtica. Reſp. eod. 1723.

Diſſert. Phyſico-Heraldico-Hiſtorica de Aquila Sacri Imperii Romano-Germanici Bicipiti. Reſp. Ott. Frid. de Krumms, Eq. Curon. 1724.

Succinctum Examen duorum argumentorum pro ſententia: Quod Polygamia ſit Iuri Naturae contraria. Reſp. Chr. Ant. Mantzel. 1724.

Decem Centuriae Controverſiarum Iuris. His praemiſſum eſt *Progr. de Vſu & Neceſſitate Exercitiorum Diſp., eorumque influxu in Studium Iuris.*

VII.

Digitized by Google

VII.

Recenſiones Librorum.

I.

CASP. HENR. STARCKII, Lubecenſ., Paſt. Siebenbäumenſ., *Lubeca Lutherano-Evangelica*, das iſt, der Kayſerl., Freyen, und des H. Römiſchen Reichs Hanſe-und Handel-Stadt Lübeck Kirchen Hiſtorie, darin die vornehmſten Geſchichte, welche ſich ſint der Reformation Hn. Lutheri ſeel. biß auff gegenwärtige Zeiten in der Kirchen daſelbſt begeben und zugetragen haben, von Jahren zu Jahren ordentlich beſchrieben, ins beſondere die wichtigſten Religions-Handlungen E. Ehrw. Miniſterii ſo wohl für ſich alleine, als auch in Gemeinſchafft der Miniſteriorum zu Hamburg und Lüneburg, ihre Controverſien, Conventus, Colloquia und Scripta publica umſtändlich erzehlet, desgleichen die Leben und Schrifften der Herren Superintendenten, Paſtorum, und übriger Prediger, richtig vorgeſtellet, auch über das zu allen zulängliche Beylagen an raren, meiſt ungedruckten, Theologiſchen Brieffſchafften, Conſiliis, Reſponſis, und andern Documenten, aus unverwerfflichen Uhrkunden mitgetheilet werden. Hamburg. 1724. 4. Alph. 6. pl. 1. 4.

Quod

Quod Hiſtoriae Saxoniae Inferioris Eccleſiaſticae ab aliquo tempore per Viros celeberrimos accenſum fuit lumen, id maius reddere doctiſsimus STARCKIVS, probando valde conſilio, laborauit. Negotium hoc eo felicius potuit exequi, quo digniorem ſibi memoratae hiſtoriae partem, tam candide, quam induſtrie, deſcribendam ſumſit. Vt adeo, quod in titulo promiſſum, abunde hic praeſtitum reperiatur. Placuit auctori, totum opus in tot partes dispescere, quot Lubeca habuit Praeſules. Volumen itaque primum quinque Partes complectitur, quarum contenta citatorum ſcriptorum auctoritate ac teſtimoniis, multisque egregiis documentis, tum aliunde, tum praecipue ex Actis Ven. Miniſterii Lubecenſis, petitis, comprobata.

Prima pars, praemiſsis paucis de Lubecenſium Gentilismo et Papismo, ſtatim agit de *Reformatione Lubecenſi*, cuius prima initia ad an. 1524, quo Ciues nonnulli Lubecenſes Oldesloae quendam Lutheri discipulum, pro ſacra concione verba facientem, audiuerunt, referuntur; ipſa autem emendatio, poſt varios motus, an. 1530 & 1531, operam nauante Lubecenſibus IO. BVGENHAGIO, Wittenberga idcirco arcesſito, demum perfecta demonſtratur, primo Rectore, &, poſt annuum

annuum ſpatium, Superintendente conſtituto HERMANNO BONNO, cuius vita, fata, laudes ac ſcripta, & ſimul res, ipſo Antiſtite in Eccleſia Lubecenſi peractae, recenſentur. E primis quoque, quos Lubeca habuit, Praeconibus Euangelicis, *Io. Walhoſius*, Paſt. Marian., p. 49 ſq, *Reiner. de Renſen*, Paſt. Petrin., p. 51 ſq, et plures, laudantur. Inter Documenta huic parti, an. 1548, qui Bonni fuit emortualis, finitae, adhaerentia, *Bulla Indulgentiarum pro Capella S. Rochi in templo Cathedrali Lubecae* p. 83 ſq primum: *Martini Lutheri Epiſtola ad Hermannum Bonnum* p. 90 ſeptimum locum occupat.

Partis ſecundae initium exhibet reſiduum an. 1548, & ſtatim p. 97 ſqq de libello ſatis decantato, *Interim*, agit ideo, quoniam Tripolitanum Miniſterium ſolido eundem ſcripto confutauit. Enarratis deinceps tum aliis, tum p. 103 ſqq controuerſiis a *Laurent. Mörsken*, & ipſius magiſtro, *Georgio Maiore* (cui an. 1553 *Sententia Miniſtrorum Chriſti in Eccleſia Lubecenſi, Hamburgenſi, Luneburgenſi & Magdeburgenſi de corruptelis doctrinae Iuſtificationis, quibus D. Georg. Maior aſſerit: Bona Opera eſſe neceſſaria ad ſalutem*, etc. oppoſita) in doctrina praecipue de Bonis Operibus, motis, pergit Cl. Auctor ad VALENTI-

NVM

NVM CVRTIVM (*), ſecundum Praeſulem Lubecenſem, deque eodem, ac rebus ad ipſius tempora pertinentibus, pari commentatur ſedulitate. Qui labor non poteſt non eſſe eo gratior, quo certius, de Curtio hoc apud Biographos tantum non omnes altum eſſe ſilentium. Huius etiam Curtii non ſolum *Reſponſum in cauſa Andreae Oſiandri* p. 131 & *Confeſſionem Ecclesiae Lubecenſis de Coena Domini* p. 134 ſq commemorauit, verum etiam tria ipſius ſcripta, *Formulam Conſenſus de doctrina Euangelii & Adminiſtratione Sacramentorum* p. 196 ſq: *Reſponſum in cauſa Rudolphi Münchhuſii, Sacramentarii* p. 204 ſqq: ac *Proteſtationem contra Synodum Tridentinam* p. 208-243 in lucem protraxit. Curtio Praeſule, Lubecam an. 1554 venerunt ſic dicti *Exules Anglicani*, quorum dux Io. a Laſco, praecipui autem ſocii Martinus Micronius & Io. Vtenhoſius, a Maria, Regina, ſacris Romanis addicta, abire iuſſi, quibus ob grauiſſimos, quos fouebant, errores Lubecae ſedem figere non fuit conceſſum. Quae, & alia, referens Cl. Auctor, Lubecenſes ſimul, & praecipue ſacrum

(*) Huius icone caret hic liber, quia nusquam potuit inueniri. *Hermanni Bonni* autem, *Andr. Pouchenii*, *Georg. Stampelii* & *Nic. Hunnii* icones eundem ornant.

ſacrum ordinem, contra Hoſpinianum, Micronium, Lavaterum, Hoornbeekium, & plures, nec non Godof. Arnoldum, vindicat. De turbis porro, quas *Andr. Oſiander, Anabaptiſtae, Sacramentarii, Adiaphoriſtae, Caſp. Schwenckfeldius, Phil. Melanchthon, Albert. Hardenbergius* in Eccleſia excitarunt, & quarum cauſa Theologi etiam Lubecenſes vel ſcripta ediderunt, vel Conventibus ac Colloquiis, Brunsvicenſi 1558, Mölnenſi 1559 & 1567, Luneburgenſi 1561, interfuerunt, notatu digna hac in Parte, an. 1567, quo obiit Curtius, finita, occurrunt. Ex ordine ſacro *M. Wilhelmus Antonii*, primus Paſtor Euangelicus AEgidianus, p. 101 ſq: *M. Andreas Wilhelmi*, de quo, inter alia, p. 143 obſeruatur, quod ſub initium Reformationis Lubecenſis *Theſes* quasdam, Lutheranae religionis defendendae ergo, affigendas curauerit: *Briccius Nordanus*, quem doctiſſimum Virum, Reformatione Alenſi, Antiſtitis munere Suſati geſto, & aliis negotiis de eccleſia optime meritum, introducto autem in ciuitatem Suſatenſem per Io. Gropperum, Decanum & tandem patrem purpuratum, libello Interimiſtico, in exilium actum, Lubeca receperat, p. 143 ſqq, & plures, commemorantur. In adiectis 23 Documentis, praeter Curtiana, iam citata, ſunt

ſunt n. 8 *Praecipui errores ac corruptelae ex Adiaphoricis ſcriptis bona fide congeſtae:* n. 9 *Cauſae, cur Lipſicum Interim vel hoc ipſo nomine, vel aliquo alio, clare id ſcriptum notante, omnino damnari oporteat?* n. 20 *Pii IV, Papae Rom. Indictio Concilii Tridentini ad Senatum Lubecenſem.* Reliqua itidem haud exigui momenti res complectuntur.

Tertiam Partem incipit Cl. Starckius accurata et prolixa enarratione *Controverſiae de S. Coena*, Lubecae an. 1568 et ſqq agitatae, *Io. Beato* (qui etiam de Peccato Originis Flaciana fouit dogmata), *Henr.* ac *Lamb. Friedlandis* litis minime beatae et paciferae auctoribus, quorum cauſa Miniſterium *Confesſionem de S. Coena* conſignauit, et an. 1569 ampliſſimo Senatui, liti huic componendae omnem nauanti operam, tradidit. Renouauit litem an. 1574 Lamb. Friedlandus, ſed ea imprudentia ac contumacia, vt, Magiſtratu ſeuerius in eundem animaduertente, palinodiam canere fuerit coactus. Ad an. 1569, quo *Iacobus Andreae*, vrbem hanc tranſiens, Lubecenſibus etiam conſilium, quo controverſias, quae turbarant ſanctiorem rempublicam, ſopire ſtudebat, aperuit, prima *Concordiae* initia p. 258 ſqq docet. Quibus et pluribus, diligenter enarratis, progreditur ad an. 1575, quo Lubeca ter-

tium Praeſulem, M. ANDREAM POVCHENIVM, a Brunsvicenſibus, apud quos muneribus primum ſcholaſticis, deinde eccleſiaſticis functus eſt, accepit. De rebus ad ipſum pertinentibus agit tam copioſe, quam parce alii de iisdem egerunt. Licebit hic notabilia legere de *Formula Concordiae*, iam an. 1580 a Lubecenſibus accepta, ac, celebrato ipſius cauſa d. 17 Iul. ſolemni feſto, introducta, eiusque *Apologia*: *Praelectionibus Pouchenii publicis in Auguſtanam Confeſſionem*: *Controuerſia Heshuſio-Wigandiana de Abſtracto & Concreto*: *Defenſoribus Beati*, *ſ. Saligeri*: *Francisco Hotomanno*, Pouchenii aduerſario, qui ficto *Io. Palmerii* nomine in ſcripto Anti-Poucheniano, ſolide a Praeſule Lubecenſi refutato, vſus, et per pſeudonymum quendam discipulum, *Io. Franc. Aspaſten*, Pouchenium porro impugnare auſus eſt: *Viſitatione Eccleſiarum Saxo-Leoburgenſium*, an. 1582 inſtituta: *Colloquio cum Zach. Velingio*, Sacramentario, an. 1583 habito: *Iuramento Eccleſ. Holſat.*: *Controuerſia de Omnipraeſentia Chriſti* ſecundum humanam naturam: *Sam. Hubero*, qui an. 1595 venit Lubecam, ibidemque, ſed fruſtra, malae ſuae cauſae quaeſiuit patrocinium (**), ac multis rebus

(**) Non a Pouchenio, Superintendente, ſolum, ſed etiam a D. Ottone Gualtperio, Rectore Lubecenſi, errores Huberiani publicis ſcriptis ſunt reiecti.

Digitized by Google

rebus eccleſiaſticis aliis, quarum cauſa Pouchenius vel Conuentibus interfuit, vel Scripta, p. 410 ſqq recenſita, edidit, vel ſuo ac Miniſterii Lubecenſis nomine Reſponſa elaborauit. Fidem relationibus conciliant annexa 83 Documenta, in quibus, praeter alia, ſunt n. 9. b. Warhafftige Bekentnyſſe des Erwirdigen Mynisterij der Kercken Chryſty ynn der Keyſerliken fryen Rykeſtadt Lübyk van dem hylligen Awentmale unſerß Heren vnd eynigen Heylandeß Jeſu Chryſty, p. 431-438: n. 25 Korthe vnde vth Gades worde gegründete Erkleringe van der Lere vom hilligen Auentmale des Herrn Chriſti ſampt angehengeder Refutation der bittern vnd vnwarhafftigen Calumnien Lamberti Fredelandt vnd der ſynen, p. 454-459: n. 54 Des Miniſterii zu Lübeck Judicium, und wohlmeintliches, Chriſtliches Bedencken von der ü erſchickten Vorrede, ſo für das algemeine / bewilligte Concordiae Buch zuſetzen begriffen iſt worden, p. 491-495: n. 64 *Hiſtoria Colloquii M. Andreae Pouchenii, Superintend. Lubec., iuſſu et voluntate Ampliſſ. Senatus ſuſcepti cum Zacharia Velingio, I. V. D., Sacramentario, d. 14 Novemb. A.* 1583, p. 507-521: n. 67 Trewherzigs und Chriſtlichs Bedencken M. Andreä Pouchenij/Superint. zu Lübeck, von dem Hollſteiniſchen Prieſter-Eide, welches dem Ehrw.

Miniſterio in den Kirchen des Nieder-Sechſiſchen Fürſtenthums zu ſchweren iſt proponirt vnd angemutet worden, p. 523-526: multae etiam *Pouchenii Epiſtolae*, ad Martinum Chemnitium, Polyc. Lyſerum, et alios. Inſtructa quoque eſt haec Pars, non cum fatali ſolum Pouchenii, ſed vltimo etiam ſaeculi decimi ſexti anno abſoluta, memoriis *Reimari Kochii*, Paſtoris Petrini, & eximii *Chronici Lubecenſis inediti* ſcriptoris, an. 1569 defuncti, p. 257 ſq: *Petri Chriſtiani a Frimersheim*, Paſtoris Iacobei, qui in Epitaphio, hodieque ſuperſtite, *primus Euangelicae veritatis hac in vrbe aſſertor* appellatur, p. 271 ſqq: *Io. Strokrantzii*, Eccleſ. Iacobei, cuius nomen varia, quibus ſanctiorum litterarum cultores vtuntur, Legata reddiderunt immortale, p. 338: *Georg. Barthii*, Paſt. AEgid., p. 391 ſq: *Henr. Berndes*, Symmyſtae Mariani, Germanicae *Conr. Schlüſſelburgii Theologiae Calviniſtarum* verſionis auctoris, p. 394 ſqq: *Io. Stricerii*, de vitiis enormibus libello poëtico, hodie rariſſimo: *De Düdeſche Schlömer*, commentati, p. 398, & plurium ordinis ſacri Lubecenſis membrorum.

Pars quarta, quae cum ipſo nouo incipit ſaeculo, inter cetera, ad an. 1602 habet Ampliſſ. Senatus *Edictum contra Anabaptiſtas & Sacramentarios*: ad an. 1603 traditio-

ditionem de ſic dicto *Iudaeo immortali*, quem Lubecae etiam fuiſſe, nonnulli referunt: ad an. 1604 *Controverſiae Huberianae* continuationem, nec non *Miniſterii Lubecenſis Reſponſum in cauſa motuum Brunsvicenſium*, &, interiectis variis rebus aliis, ad an. 1613 GEORGII STAMPELII, quarti Superintendentis Lubecenſis, vocationem. Vitae ipſius rationes ac ſcripta, tam Philologica, quam Theologica, vt & Praelectiones ſacras publicas, ex hoc libro optime licet cognoſcere. Ipſo Antiſtite a *Caſpare Holſtenio*, Eccleſiaſte Petrino, ſcripto, ſub titulo: Sechzehen hochwichtige Fragen / edito, motus concitati: acta inter ipſum & *M. Anton. Burchardum*, Eccleſiaſten Marianum, (cuius ſcriptorum indicem vid. pag. 591 ſq) *Controuerſia de Foedere cum diuerſae religionis ſociis ineundo*: turbae an. 1616 datae ab *Anna Walckers*, femina fanatica: celebratumque an. 1617 primum *Iubilaeum*. Sacri ordinis viri, vita defuncti, in hac Parte, ad an. 1622, cuius d. 19 Febr. abſtulit Stampelium, perducta, laudantur complures, & in his p. 568 ſq *Nicol. Stintius*, e Schola Cathariniana ad Iacobeam Eccleſiam promotus: p. 569 ſqq *Hermannus Lipſtorpius*, a quo *Io. Matthaei Tractatus de Peccato Originali* editus: p. 583 ſq *Ioach. Dobbinus*, primus Rector Flens-

burgenſis, ſed in patriam reuocatus, Paſtor tandem Cathedralis ac Senior: p. 595 ſq *Georgius Henningius*, ex Subrectore factus Eccleſiaſtes Cathedralis: p. 600 ſq *Sebaſtianus Schwan*, ſ. *Cygneus*, variis ſcriptis euulgatis clarus; p. 606 ſqq *Io. Stolterfoth*, Paſtor Marianus & Senior. Inter Documenta 26, huic Parti addita, ſunt n. 9.10.11.12. p. 628-633 *Caſp. Holſtenii Declaratio & Epiſtolae*: n. 14. p. 635-664 *Georg. Stampelii Tract. de Foederibus, Societate, Conuerſatione ac Cohabitatione cum diuerſae religionis hominibus, an et quatenus homini Chriſtiano conceſſa, aut concedenda?* n. 15 & 16. p. 665-718 *Ant. Burchardi* Scripta, eiusmodi Foedera impugnantia: n. 19. 20. 21. p. 720-729 *Annae Walckers* Epiſtolae, ſtultitiae ac inſcitiae fanaticae teſtes.

Pars quinta ſupereſt, quae vti magni illius NICOLAI HVNNII, quinti Praeſulis Lubecenſis, nomen prae ſe fert, eiusque vitam, fata, laudes & ſcripta copioſe oſtendit, ita etiam rebus commemorabilibus eſt referta. Sic eodem an. 1624, quo Hunnius ſacrorum Antiſtes electus, Miniſterium Lubecenſe Reſponſum dedit in *Controuerſia Theologorum Gieſſenſium & Tubingenſium* de Omnipraeſentia Chriſti ſecundum humanam naturam, de quo p. 738 ſqq agitur. Pag. 758 ſqq ad

ad an. 1625 *Colloquium Hunnii cum Io. Bannier*, fanatico; p. 760 ſq *Hunnii Praelectiones Theologicae Lubecenſes*: p. 777 ad an. 1630 *Iubilaeum Aug. Conf.* Lubecae celebratum; p. 783 ſqq ad an. 1632 *Conſultatio Hunniana de componendis controverſiis religionis*; p. 790 ad an. eund. libellus fanaticus: Geheimniß vom Tempel des HErrn, Lubecae diſſeminatus; p. 796 ad an. 1633 Ampliſſ. Senatus *Mandatum contra Fanaticos*; p. 802 ſqq ad an. 1634 turbae *Iacobi Engelbrechtii*, fanatici; p. 804 ſq, 821 ſq praeſtantisſimus liber: Ausführlicher Bericht von der neuen Propheten Religion, Lehr und Glauben; p. 805 ſqq *Chriſt. Andr. Raſelii* (de quo deinceps prolixe variis in locis agitur), & plurium fanaticorum, actiones; p. 812 ſq *Controverſia Heltio-Risleriana* Stadenſis, Hunnianis litteris illuſtrata; p. 817 ſqq *Petri Sincnetii* heterodoxiae; p. 845 ſq 874 ſqq Controverſia Fabricio-Stolterfothiana *de Viſionibus*; p. 860 ſq *Io. Duraei Conſilia Henotica* Lubecae etiam an. 1641 aperta; p. 873 ſq ad an. 1642 *Chriſtoph. Wieſeneri* fanaticismus, & multo plura, luculenter deſcripta, atque Documentis 91, parti huic, ad an. 1643, quo e vita migrauit Hunnius, excurrenti, adiectis, confirmata reperiuntur. Virorum quoque ex ordine ſacro Lubecenſi praeclariſſi morum

 & ple-

& plerorumque ſcriptis etiam bene merito-rum, *Bartholdi Luthmanni*, *Bernh. Blumii*, *Io. Steinii*, *Caſp. Holſtenii*, *Henr. Santmanni*, *Alb. Reimari*, notitiam ex hac Parte licet haurire.

Vtilitatem itaque hic liber lectori hiſto-riae eccleſiaſticae, & veritatis, fortiter a Cl. Starckio defenſae, ſtudioſo poteſt praeſtare perinſignem. Quare vt eas, quae reſtant, Partes feliciter quoque abſoluat & in lucem edat Auctor meritiſſimus, vitam, valetudi-nem ac vires ei ex animo precamur.

2.

I. GOTTFRIDI KOHLREIFFII, AEd. Cathed. Raceb. Paſt. Praepoſ. & Conſiſtor., *Chronologia Sacra a Mundo condito vsque ad ipſius interitum, nova, facilis & iucunda, ex interioribus fontium receſſibus eruta, & maiori ex parte apodictica; nullo hiatu ex ſcriptis humanis redintegrando laborans; praecipuorum tamen antiquitatis monumento-rum conſenſu ſtipata: integritatis atque emi-nentiae diuinae, qua Scriptura Sacra vbique ſibi conſtat ac ſufficit, teſtis & vindex; plu-rimorumque Locorum Biblicorum, pro diffi-cillimis adhuc habitorum, interpres.* Hamb. 1724. 8. Alph. I. pl. 9.

Ma-

Digitized by Google

Magnæ molis eſt, ſeculo hoc delicatulo Chronologiam condere. Majori omnino in luce verſamur, neque res ſolum ad orbe condito geſtas, ſed earum qvoqve ſeriem, & qvantum ſat eſſe poteſt, temporum intervalla ſcimus, qvi hiſtoriam ſacram volvimus, qvam qvi eam ignorabant. Hi enim mirum in modum fluctuabant, & in res, memoria ſua & qvorundam ſcriptorum ſuperiores, velut in ingens qvoddam & infinitum vacuum intuebantur, in qvo neqve originem, neqve progreſſum reperire, neqve pedem figere poterant. Loqvatur unus CENSORINVS in ſuo ad Q. Cerellium de Die Natali libro in fine cap. XX. Poſtqvam enim de antiqvo & vario annum conſtituendi modo egerat, addit: ſi origo mundi in hominum notitiam veniſſet, inde exordium ſumeremus. edit. Lindenb. p. 150. Deinceps c. XXI Varronis illam temporum diſtinctionem producit, qvi intervallum temporum primum ἄδηλον, ſecundum μυθικὸν, tertium â prima olympiade ἱϛορικὸν nuncupavit & magis incertus qvam ante ſubjungit: Primum tempus ſive habuit initium, ſive ſemper fuit, certe qvot annorum ſit, non poteſt comprehendi. p. 154. Qvid ab his & ſimilibus exſpectandum ſit in exponendis rerum primordiis & originibus, totoqve Chronologiæ

 filo,

ſilo, facile perſpicias, etſi non pauci ex iis animum ad temporum rationem ineundam appulerint. Catalogum obſcurorum incertorumqve horum Chronologorum nectit J. WOWERIUS de Polymathia c: XII p. 128 „edit. Thomas. ait: Thallum, Phlegontem, „Caſtorem, Philochorum, Eratoſthenem, Ti- „mæum, Appionem Grammaticum, Diony- „ſium Halicarnaſſeum, Apollodorum, & alios, „in colligenda temporum ratione laboraſſe „patet ex Tatiano, Clemente Alexandrino, Jo- „ſepho, Philone & Euſebio - - Stephanus „περὶ πόλεων Callimachi, Apollonii, Dexippi „aliorumqvc Χρονικὰ citat. Mendeſii περὶ „χρόνων meminit Clemens Protreptico. Cum vero iſti omnes in maxima originis mundi & reliqvarum rerum ſalutarium ignorantia verſentur, nobis inde egregium pro revelationis ſacræ divinitate, & religionis noſtræ veritate argumentum enaſcitur. Qvippe ea hîc cognoſcimus, qvæ ſcire & maxime avemus, & noſtra admodum intereſt, & qvæ non niſi â primo rerum omnium conditore accipere poſſumus. Hinc recte ſcripſit S. THEOPHILUS ad Autolycum L. III. p. m. 326 edit: nuperæ Hamburgenſis, ubi exactius incipit temporum computationem demonſtrare: ὅτι οὐ πρόσφατος οὐδὲ μυθώδης ἐστὶν ὁ καθ᾽ ἡμᾶς λόγος, ἀλλ᾽ ἀρχαιότερος

καὶ

καὶ ἀληθέϛερος ἁπάντων ποιηϊῶν καὶ συγγραφέων τῶν ἐπ᾽ ἀδήλῳ συγγραψάντων. Neqve tamen negari poteſt, illos qvoqve, qvi â rerum humanarum exordio, Duce ſacro codice chronologiam texere inſtituerunt, difficultates omnes ſuperare & in omnibus convenire haud potuiſſe. Excellunt inter reliqvos, qvi agmen inter veteres chronologos ducunt, S. HIPPOLYTUS, JULIUS AFRICANUS, EUSEBIUS, & multi alii, qvos recenſet celeb: J. A. FABRICIUS bibliogr. antiqvar. C. VII. p. 163 ſq. ex Græcis, Latinis, Ebræis & Arabibus. Inter recentiores illuſtria ſunt nomina SALIANI, TORNIELLI, CALVISII, SCALIGERI, PETAVII, CAPELLI, BASNAGII, MARSHAMI, VOSSII, PEZRONII, LE-QVIEN, DODWELLI, PERIZONII, SPANHEMII, MARSHALLI, DOUJATII, &, qvi inter primos nominandus erat, ÆG. STRAUCHII. Ut eos taceam, qvi vel peculiares diverſarum nationum epochas, vel urbium & regnorum annos, vel antiqvorum nummorum, marmorum & monumentorum Chronologias magno ſtudio illuſtrarunt. Ex qvibus qvidem unus altero eſt magis concinnus, clarus, perſpicuus, hic iſti in qvibusdam contrarius; Sed ſatis eſt, ſi modo de ſumma rerum conſtet, licet ſint in rebus mino-

minoris momenti nodi qvidam ἄλυτοι. Conf: J. CLERICUS in arte critica P: I. c: I. §. II. p. 33.

His nuperrime accedit vir plurimum reverendus DN. GOTTFRIDUS KOHLREIFFIUS, multis dudum ſcriptis in orbe erudito clarus (*), in ſuo de Chronologia ſacra

(*) En catalogum librorum hactenus editorum.

1. *Diſſ. Philolog. ex 2. Sam. I, 18. de Keſchet Jhuda, contra Chauvenium*, Kil. 1700. 4.
2. *Hebraiſta Polyhiſtor, h. e. Diſſ. de Hebrææ Linguæ divitiis, quas poſſidet, realibus*, Kil. 1700. 4.
3. *Exerc. Theol. de* λόγῳ πολλαχῶς καὶ ποσαχῶς λεγομένῳ, ſub Præſid. B. D. Jo. Frid. Mayeri, Kil. 1700. 4.
4. *Varia Sacra*, ſub Præſid. Ejusd. Kil. 1700. 4.
5. Compendieuſe Anweiſung zur Lateiniſchen Sprache, mit unterſchiedenen neuen, anderswo nicht befindlichen Adminiculis, Hamb. 1700. 8.
6. *Vanitas Romæ Triumphalis, h. e. Probatio luculenta, Sereniſſ. Principem Palatino-Bipontinum, Mariam Eliſabetham Ludouicam, argumentis illis, quæ ipſius nomine vendita, ad amplectendam Religionem Pontificiam nullatenus potuiſſe commoueri*, loco Diſſ. Inaug. Præſ. B. D. J. F. Mayero, Kil. 1701. 4.
7. Ehren-Saulen auf dem Grabe ſeiner getreuen Eh-Genoßinn, Annæ Cath. Moellenhoffen, oder eine derſelben aus dem Ev. Dom. 24. Trin. gehaltene Leichen-Predigt, Lübeck 1702. 4.
8. Groſſer und berühmter Theologorum Urtheile von heimlichen Nacht Begräbnißen, wenn dieſelbe ohne Noth mit den erblaßten Leibern gläubiger Chriſten fürgenommen werden, Ratzeburg 1712. 8.

Sacra libro, de qvo ipſe in prooemio §. IV. p. 11. ſcribit: Siſtit ſe chronologia noſtra ſacra," chronologia ex ipſis ſanctiſſimis Bibliorum" paginis hauſta, & qvidem non ænigmaticis" ibi circumlocutionibus obvoluta, cujusmodi" amphibologia â Spiritu ſancto longisſime" abeſt,"

9. Auserleſene Oerter aus den Büchern Samuelis, wie dieſelbe in gewiſſen Beth-Stunden erläutert worden, nebſt verſchiedenen für Gelehrte hin und wieder eingeſtreüten Obſervationibus, Ratzeburg 1714. 8.

10. Zeugniße aus Evangeliſch-Lutheriſchen Kirchen-Ordnungen wider die heimlichen Nacht-Begräbniße, nebſt einigen auch dawider gerichteten Theologiſchen Fragen, Ratzeb. 1716. 8.

11. Nöthiger Bericht von den in der Evangeliſch-Lutheriſchen Kirchen üblichen Altar-Brot, oder den ſo genannten Oblaten, wie ſie eigentlich bereitet werden? Was ſie für einen Vorzug haben? Und worzu ſie im hochwürdigen Abendmahl da ſind? wider Sturmium, Hanburg 1716. 8.

12. Ratzeburgiſches Geſang-Buch, mit den Anmerckungen und der Lieder-Krone, Ratzeb. 1715. 1720. 1725. 8.

13. Bericht von der Calviniſten Lehre aus der Mecklenburgiſchen Kirchen-Ordnung, nebſt einem Hiſtoriſch-Theologiſchen Vorbricht, worinnen nicht nur unterſchiedene Nachrichen von den Mecklenburgiſchen Kirchen-Ordnungn, ſondern auch eine ſchrifftmäßige Erörterung des IX. Capit. der Epiſtel an die Römer zu befinden 1722. 4.

14. Chriſtl. Catechiſmus-Fragn, zu deſto feſterer Grundlegung in der reinen Lehre und wahren Gottſeeligkeit, Ratzeb. 1723.

„abeſt, ſed prout obſtaculis remotis, in plano „jacet, ſuisq; ex ſimplici verborum intellectu „radiis eniteſcit. At vero alia prorſus facie „hoc pacto ſe conſpiciendam præbet, ac qvæ „eo nomine adhuc fuit venditata: unde no- „vam dixi, facilem & jucundam. Qvin ſi „majora in ipſius laudem protulerim, id mihi „vitio non poſſe verti, perſvaſus ſum. Ordine & methodo eâ uſus eſt, ut priori parte chronologiam qvandam technicam, poſteriori vero, chronologiæ hiſtoricæ illuſtriora qvædam capita exhibeat: in qva uberiorem ſiſtit Canonis Chronici explicationem, demonſtrationem, confirmationem atque illuſtrationem.

Omne vero tempus, qvod inter orbis originem & interitum intercedit, in decem diſpeſcit Periodos. Prima periodus complectitur tempus â mundo condito ad uſque diluvium, qvæ clauditur Anno mundi 1661. Ita qvidem, ut a. m. 1658 die 27. mens. 2. exitum Noachi ex arca conſtituat, reliqvos vero tres annos addat, ob menſes annorum Patriarchalium ſuperfluos. Altera periodus complectitur tempus â diluvio usqve ad exitum Abrahami in terram Canaan, qvem contigiſſe ſtatuit A.M. 2086, qvibus addit qvinqve annos, ob omiſſos poſt diluvium in notationibus annorum Patriarchalium menſes ſuperfluos. Ut adeo periodum hanc poſt A. M. 2091 finiat

p. 26.

Digitized by Google

p. 26. Tertia periodus complectitur tempus ab ingreſſu Abrahami in terram Canaan, uſque ad ingreſſum Iſraelitarum in eandem terram, qvi contigit a. mundi 2777, circiter initium menſis Niſan. p. 33. Qvarta periodus complectitur tempus ab ingreſſu Iſraelitarum in terram Canaan, uſque ad ædificationem templi Salomonis, anno M. 3480, poſt ingreſſum Iſraelitarum in terram Canaan & finitum iter Ægyptiacum anno 704 l. Reg. VI. 1. p. 40. Conferri meretur Pars II. cap. XIII. §. 1. p. 305. Qvinta periodus complectitur tempus ab ædificatione templi uſqve ad captivitatem Babylonicam, cujus initium incidit in annum mundi 3902, nonum Nebucadnezaris & primum Zedekiæ, Regis Judæ p. 62. Periodus ſexta complectitur tempus â captivitate Babylonica uſqve ad Hieroſolymam reſtitutam, anno mundi 4076. Periodus ſeptima complectitur tempus ab Hieroſolyma reædificata uſqve ad Natalem Chriſti, qvem incidiſſe ſtatuit in annum mundi 4509, & urbis conditæ 753. &c. p. 88. (*) Periodus octava complecti-

(*) Optandum eſſet, ut majori animorum conſenſu iſtud punctum temporis nativitatis Chriſti conſtitui poſſet. Vix enim credibile eſt, qvantopere hic diſſentiant, qvi rationes temporum inierunt, adeo ut DN. D J. A. FABRICIUS 136 varias de anno nativitatis Chriſti ſententias l. c. exhibuerit,

plectitur tempus a nato Chriſto uſqve ad excidium Hieroſolymæ, a. m. 4579. p. 103. Periodus nona complectitur tempus ab excidio Hieroſolymæ uſqve ad ortum Antichriſtum, qvem in annum mundi 5175 figit. p. 109. Decima & ultima periodus pertingit ab orto antichriſto uſqve ad finem mundi anno 6509, æræ Chriſtianæ 2000. Eundem hunc annum ſtatuit ultimum annorum 1335, ſive dierum, qvos nominat ſacer ſcriptor Dan: XII, 12. ab origine Antichriſti, cujus interitus cum mundi fine erit, annum pariter 2300 poſt mortem Antigoni, Regis Aſiæ & Ponti, Dan: VIII. 14. ultimumqve adeo mundi, juxta Apoc: VI. 12. ſq. XI. 15. ſ. p. 112. Hæc eſt ſumma Canonis Chronici, in qvo vir admodum reverendus hypotheſes ſuas perſpicue proponit & concatenata ſerie connectit. Nauſeam vero & faſtidium repetendorum toties vocabulorum arithmeticorum, qvibus carere non poterat ille labor, abſterſit ſcriptionum characteribus, qvibus ſi qvis animum pauliſper aſſvefecerit, nihil poterat ſcribi commodius, aut compendioſius.

Poſte-

rit. Ab his tamen omnibus recedit DN. autor, & locum occupat inter Odiatonem ſive Eduviconem, apud Imbonatum, atqve Magnum Aurelium Caſſiodorum medium, qvorum ille annum mundi 4320, hic annum Chriſti natalem annum mundi 4697 ſtatuerat.

Poſterior Pars viginti capitibus abſolvitur, qvibus qvædam ad Chronologiam ſpectantia illuſtrantur, multa autem alia ſubinde admiſcentur. Cap. I. agit de conſtituta cum mundo condito temporis menſura, & mundi conditi tempore p. 115. In qvo ſimul ſpem facit, editurum ſeſe *Coſmotheorum Biblicum*, non ſolum obſervationibus ſacris armatum, ſed & experimentis phyſicis ornatum. Copernicanorum placitis ſe non capi fatetur, nec aſtronomis ſe aſſentiri, dum tantam corporum cœleſtium magnitudinem & â terra diſtantiam comminiſcantur, unoqve accentus apice tot Copernicanorum numeros, lineas, experimenta & argumenta convelli poſſe ſuſtinet. Cap. II, qvod de neceſſaria cautione circa annos completos & non completos agit, duas regulas exhibet, qvarum uſus in chronologia ſacra, ſi omni exceptione majores ſint, non poteſt non eſſe ampliſſimus. Priorem exhibet §. II. p. 126: *Ubicunqve vocabulum anni, vel nudum, vel cum præfixo* ב *in ſtatu regiminis, attamen ſine* ה *demonſtrativo ſeqventis Genitivi ponitur, ſeqvens numerus ad annum præteritum, ſecus autem ad annum præſentem pertinet.* Hac ipſâ regulâ commodè utitur ad annum Jubilæum rectè definiendum contra D. J. H. Michaelis & H. Relandum. Ex Levit. XXV. 10. 11 ſiqvidem ſtatuit, anno

L ſeptimo

ſeptimo ſabbatico & anno Jubilæo totum annum interceſſiſſe, ac proinde qvemvis primum & qvinqvageſimum annum vere Jubilæum fuiſſe. Ibid. §. IV. p. 134 contra DN. D. Buddeum ſtante hac regula probat, diluvium anno Noachi ſexcenteſimo exacto irruiſſe. Gen: VII. 17. Altera regula hæc eſt: *In qvacunqve hiſtoriæ ſacræ parte, vel ſemel annus non completus completis apertè annumeratur, aut non completos non annumerari vel ex unico certo conſtat indicio, in eo id conſtanter fieri, putandum eſt.* Aliam ingreſſus eſt viam IACOBUS USSERIUS, qvem & citat Noſter, in præfatione Annalium. Nam ait: Dubitationi de „completis & incompletis annis Spiritum Sanctum, qvantum neceſſe fuit, providiſſe, dicimus, qvum ad ſingularum Periodorum, à „qvibus ſeries annorum ſeculi dependet, ſingulos nexus atqve terminos, tum menſis tum „diei notam appoſuit. Negari qvidem non poteſt, uſui eſſe hanc regulam in ſupplendis annorum atqve epocharum numeris, qvos Chronologi ſibi conficiendos ſumunt; optandum tamen eſſet, ut iſto Canone in controverſiis iſtis non haberemus opus. C: III. p. 138 agit de numeris Chronologicis ſeptuaginta interpretum. Hanc verſionem utiqve extare expedit, ſcribit. Sed nemo cum Voſſio & ejus ſeqvacibus hoc beneficio abuti debet

ad

Digitized by Google

ad obliterandum majus illud, qvo fontes Hebræos ab omni vel in unica literula, etiam in numeris, corruptione ad præſentem uſqve diem tutata eſt divina bonitas. C: IV agit de numeris chronologicis Joſephi, de cujus conſenſu in præcipuis temporum characteribus ſibi gratulatur. C: V. p. 160 agit de regno terræ Sinear, ubi multa repetit de lingvarum confuſione Babelis, & de tantæ mutationis cauſis. Oſtendit ſcilicet in verbis Geneſ: XI, 4 נעשה לנו שם ex poſitu accentuum (qvorum vim paſſim urget) finem, qvem ſibi propoſuerunt, â mediis nimis manifeſto diſcerni, neqve comparationem nominis ad finem referri poſſe, ſed in mediis potius cenſendam. Conatos nimirum fuiſſe Babylonios diſperſionem impedire tribus excogitatis mediis. Horum primum urbs magna, cujus mœnibus omnes comprehendi poſſent; alterum turris præalta ad proſpiciendum in loca remotiſſima, & in ſignum, ut ne in terra adhuc invia longius progreſſi â ſuis aberrarent; tertium magiſtratus, qvorum autoritate reſpublica firmanda, ne dilaberetur. Cap. VI. p. 172 agit de regno Terræ Uz, poſtea ab Edomo nomen adeptæ, & de ætate Jobi, Melchiſedeci, Abrahami. Hoc in capite in eam dilabitur ſententiam, qva *Jobum* ipſum fuiſſe, demonſtrat, *Melchiſedecum*, de qvo tot proſtant eruditorum opiniones diverſæ. Poſt multa enim de

Jobo diſputata addit: *Melchiſedecum totum hîc in Jobo jam depictum qvis non agnoſcit?* & deinceps: *Qvid ergo impedit, qvo minus Jobum pro Melchiſedeco habeamus?* §. X. p. 191. Neqve hanc ſuam opinionem pugnare putat cum effato Paulino, Heb: VII, 3. Hæc enim Pauli verba non eſſe ſimpliciter intelligenda, cum FRANC. FABRICIO in nupero de Sacerdotio Chriſti juxta ordinem Melchiſedeci tractatu, probat. Ita ſcilicet Melchiſedeco nec initium ſacerdotalium dierum fuiſſe, nec ſacerdotalis vitæ finem, partim, qvod ἐφημερίαις ſacerdotalibus, qvas David inſtituit, non fuit adſtrictus, ſed ſacerdotii munia obiit continuò; partim qvod nullò in Scripturæ S. loco dicitur, qvando Melchiſedeci ſacerdotium inceperit, vel deſierit. Falli, dicit, qvi Salem, cujus Rex dicitur Melchiſedecus, nomen oppidi eſſe exiſtimant, cum, ipſo docente Apoſtolo Heb: VII, 2, Regem pacis notet. Cur vero Melchiſedecus nunqvam, ſed Jobus in ſuo libro dicatur, hanc reddit rationem, qvod nomina encomiaſtica Jobo poſt fata ejus acerba demum impoſita fuerint: mutaſſe enim Patres ſæpe ſua nomina fortunâ mutatâ; verum autem ejus nomen fuiſſe Cainam; איוב autem appellatum fuiſſe vel â radice איב, ob inimicitias, qvas expertus fuit, diaboli & hominum, vel ex duplici nomi-

nis

nis Jobab proclamatione á radice יבב, ob acclamationem fortaſſe unanimem, qva Rex conſtitutus fuit. C: VII. p. 195 de Dynaſtiis Ægyptiacis tractat, ubi ad laterculum Regum Ægyptiorum provocat â JOH. FELLO conſtructum, qvod ſumme rev: DN. WOLFIUS ſuo Theophilo Antiocheno addit. Completa magis eſt tabula JAC. PERIZONII de Regibus Ægyptiacis: exhibet enim ſynchronismos hiſtoricorum in rebus Ægyptiacis, Hebraicis, aliisqve, qvam ſubjunctam cernas Originibus ejusdem Ægyptiacis. C: VIII. p. 215 Chronologiam Tyriorum ſiſtit. Horum qvoqve Regum laterculum Fellianum exhibet laudatus WOLFIUS l. c. ex Joſepho Syncello & Theophilo compoſitum. C:IX. p.232 agit de chronologia Sinenſium. C: X. p. 244 de Regno Aſſyriorum, cujus regni ſtatorem atqve conditorem non Nimrodum, ſed Aſſurem, virum Babylonium, eſſe ſtatuit. Agit deinceps in ſeqventibus capitibus de Iſraelitarum commoratione in Ægypto, exitu eorundem ex Ægypto in terram Canaan, de introitus iſtius tempore uſqve ad conditum templum Salomonæum, de loco I. Reg: VI, 1. de chronologia Regum Iſraelis & Judæ, de annis â primo Cyri uſqve ad primum Artaxerxis Magni ex Scriptura S. reſtituendis, de annorum hebdomadibus uſqve ad Chriſtum numerandis ex Dan: IX, 24 â capi-

Digitized by Google

te XI ad XVI. In Chronologia Regum Iſraelis & Judæ ritè conficienda certos invenit aphoriſmos, qvibus obſervatis difficultates multæ tolli poſſint. Digni ſunt, qvi hîc legantur. Aphoriſmus I. *Summam annorum regiminis ingreditur tam annus, qvi adhuc ex parte fuit anteceſſoris, qvam annus, qvi ex parte fuit ſucceſſoris, plerumqve reſpectu habito ad annum eccleſiaſticum.* II. *Qvando voces* וימלך תחתיו בשנת *in uno eodemqve commate concurrunt, tunc præfixum* ב *in* בשנת *ſignificat VSQVE AD, & anni â morte Regis poſtea nominati, numerandi ſunt.* III. *Phraſis* בן שנה *in poſteriore cumprimis Chronicorum libro non ſemper annos denotat, qvos natus ille fuit, de qvo dicitur.* IV. *Nonnulli Regum fuerunt binomines, & vel in eodem capite modo hoc, modo alio nomine appellantur.* V. *Numeri annorum in Hiſtoria Regum ſacra ſapientiſſimo conſilio ita ſunt conqviſiti & ſelecti, ut rite diſpoſiti non ſolum accuratæ temporum coagmentationi inſerviant, ſed & multa aperiant circa ſtatum Reipublicæ Hebræorum memorabilia, cæteroqvin incognita.* Singuli aphoriſmi confirmantur & illuſtrantur â pag. 343 ad 350. De loco Danielis IX, 24 digna ſunt notatu, qvæ afferuntur, ſed prolixiora, qvam ut hîc poſſint repeti. Agit deinceps C: XVII de anno Chriſti nati, de qvo jam ex Canone ipſo conſtat. In capite XVIII ſub initium ait: *Lucam & Marcum non ſemel ob rerum cohærentiam connexuiſſe, qvæ temporibus diſcreta ſunt;*

ſunt; Matthæum vero & Johannem temporum rationum ſemper & non interrupta ſerie ſeqvi. Characteres dein ſinguli anni miniſterii Chriſti ſubjungit, Chriſtumqve initio anni qvarti paſſum eſſe, evincit, & ad hoc ſtabiliendum in lucem protrahit locum Zachar. X, 8. p. 406. Cumqve adeo annus Chriſti vigeſimus nonus fuerit decimus ſextus Tiberii, reſtare pro annis miniſterii Chriſti annos Tiberii decimum ſeptimum, decimum octavum & decimum nonum: Diem vero, qvo Chriſtus crucifixus fuit, ſtatuit fuiſſe feriam primam Paſchatis Judaici, neqve audiendos eſſe, qvi Eum non unà cum Judæis agnum Paſchalem comediſſe perhibent. C: XIX, ubi de annis bis mille & trecentis Dan: VIII, 14 agit, initium horum annorum figit in morte Antigoni, qvi cum, teſte DIODORO SICULO L: XX. p. 830. & 836, in acie ceciderit anno qvarto Olympiadis 119, vel poſt annum illum, qvo Romæ Conſules fuerunt M. LIVIUS & M. ÆMILIUS, hoc eſt, poſt annum urbis 452, annus emortualis Antigoni fuit 4209, urbis 453. Qvapropter cum Chriſtus natus ſit A. M. 4509, A. U. 753 h. e. anno trecenteſimo poſt mortem Antigoni, *pro tempore N. Teſtamenti relinqvuntur bis mille anni*. p. 422. Eandem ſuam hypotheſin probat ex Apoc: XIII, 18. collato Dan: XII, 12, annos ſcilicet 1335 Dan: XII ab initio poteſtatis Antichriſti ad finem uſqve mundi eſſe numerandos: an-

num vero Chriſti 666 eſſe primum annorum 1335,(qvo tempore Papa Vitalianus idololatriam inprimis Romanenſium et Latinum cultum in templis fieri diſpoſuit,)his ſi addantur anni 665,ſumma denuo repræſentat annos bis mille periodi N.T. Capite deniqve XX agit de imperio urbis Romæ,ortu Antichriſti & ultimis temporibus ex Dan:XI, & Matth: XXIV. Nam in iſto Danielis loco invenit prædictiones de qvatuor regnis eorumqve fatis, qvæ juſto ordine exponuntur. Perſico ſcilicet, Græco, Ægyptiaco & Romano, ejuſq; qvatuor viciſſitudinibus ſub Conſulibus, ſub Imperatoribus ethnicis, ſub Imperatoribus Chriſtianis & ſub Antichriſto,ſive Pontifice Romano. De Roma ſub Imperatoribus Chriſtianis exponit verba v.20:Et ceſſare ei faciet קצין Princeps,*Conſtantinus M. ut primus Imperator Chriſtianus*, opprobrium ejus, idololatriam ipſius gentilem, non opprobrium ſuum,*Paganiſmum ſemel exſtirpatum*,redire faciet ad ſe. Seqventia de Gothis & Longobardis,Romæ fatalibus,exponit & v: 21-24 Imperium urbis ſub Anti-chriſto deſcribere oſtendit. Reliqva, qvæ de futuris non ſine fiducia proponit Rever. auctor, Lector ſuo loco videat. Mantiſſæ loco accedunt, Dynaſtiæ Ægyptiacæ Manethonis; Regis Thebani Eratoſthenis; Canon Claudii Ptolomæi, & Supplementa nonnulla, in qvibus nonnulla ſcitu non indigna exhibentur.

3.

3.

ERICI BENZELII, *Erici filii junioris*, *Periculum Runicum*, *ſive de Origine & Antiqvitate Runarum tentamen. Upſaliæ, typis Wernerianis*, 1724. 8. 5. *pl.*

Præcocium eruditorum, à Viris doctisſimis *Adr. Bailleto*, *Seb. Kortholto*, *Dav. Sculteto*, *Georg. Henr. Goetzio*, *Joh. Chriſtoph. Wolfio*, aliisque, laudatorum numerum auget clarisſimus præſentis ſcripti editor, ERICVS BENZELIVS, *Erici Benzelii*, SS. Theol. in Academia Upſalienſi Doctoris ac Profeſſoris, ut & Bibliothecarii celeberrimi, filius æmulus, qvi valde iuuenis hoc ingenii doctrinæqve cultioris ſpecimen emiſit, de qvo *Joh. Alnander* in præmiſſa acclamatione votiva merito judicat, qvod

Juvenis nunc humeris onus
Geſtet, par humeris Viri.

Nobile autem eſt & per qvam elegans, qvod ſibi Auctor tractandum ſumſit argumentum, eruditisſimis Commentationibus *Olavi Wormii*, *Olavi Verelii*, & *Olavi Rudbeckii*, Patris, illuſtratum, qvorum veſtigia in multis ſecutus, *Periculi* titulum opuſculo ſuo dedit, ad exemplum *Jac. Rhenferdii*, in Academia Franeqverana qvondam LL. OO. Profeſſoris, qvi *Periculum Palmyrenum* Franeqv.

L 5 1704.

1704. 4to, itemqve *Periculum Phoenicium* ibid. 1706. iterumqve 1713. 4to edidit. Monet itidem in *Præfat.* Se DEo volente daturum eſſe aliqvando *Lexicon Runicum*, in quo per otium congesſit vocabula omnia, qvæ vel in lapidibus vel membranis Runicis (a) reperit.

Tractatio ipſa abſolvitur VI *Capitibus*, qvorum *Imum* p. 1--16 agit de origine atqve inventione literarum (b), qvam nec ab æternitate cum *Plinio*, nec à cœlo cum *Jac. Gaffarello*, nec ab Adami, Sethi, Henochi, aut Noachi temporibus repetendam eſſe, ſed illi potius intervallo temporis, quod à Diluvio

(a) Cum V. Cl. JOH. PETR. LVDEWIG in der Einleitung zu dem Teutſchen Müntzweſen mittler Zeiten p. 141. aſſeruiſſet, Runas gentium Septentrionalium non in integris libris, ſed tantum in cippis ſepulcralibus occurrere; refutata eſt hæc illius ſententia in *Actis literar. Sveciæ*, Trimeſtr. IV. anni 1721. p. 219. ex *fragmento Runico-Papiſtico*, quod ex codice veteri membranaceo edidit JOH. FRED. PERINGSKIOELD, Stockholmiæ 1721. fol.

(b) Conferri hanc in rem merentur, præter M. PETRI HOLMII, Theol. qvondam Profeſſoris in Acad. Upſal. Diſp. de *Scriptura & Scriptione*, in Academia Carolina Londini Scanorum 1670. primum habitam, & deinde recuſam in *Thom. Crenii* Analectis Philologico-Critico-Hiſtoricis Amſtel. 1699. 8vo. Num. XI, GVILIELMI NICOLS Libri VI de *Literis inventis*, qvos eleganti Carmine elegiaco ſcriptos notisqve doctiſſimis illuſtratos edidit Londini 1711. 8vo.

Digitized by Google

vio ad Moſen intercedit, vindicandam monſtrat; cumque certi hic nihil definiri qveat, Punicos tamen characteres, quia ſimpliciſſimi ſint, antiquisſimos videri exiſtimat, qvanqvam Phoenices ante Hebræos literas non habuerint, Ebræorumqve literæ antiqviores fuerint Moſe, (c) qvi DEo ſcribente &

(c) JAC. GVSSETIVS, Vir doctisſimus, in opere præſtantisſimo, qvod *Commentarios Lingvæ Ebraicæ* inſcripſit, p. 7. ſq. pluribus conatur evincere, literas ab ipſo DEo inventas eſſe eo primum tempore, cum tabulas lapideas Decalogi Moſi traderet. Verum jam ante tabulas ſcriptas DEus Exod. XVII. 14. Moſi mandavit, ut victoriam ab Amalekitis reportatam literis conſignaret, qvod fieri non potuiſſet, niſi Moſi literarum notitia & uſus jam conſtitiſſet. Prævidit hoc telum *Guſſetius*, dumqve ipſe locum memoratum Exodi p. 8. *Comment.* adducit, ſubjicit, *DEum literas brevi daturum præmonere Môſen*; qvale autem in iſta explicatione ſententiæ hujus præſidium lateat, vix liqvet. Conf. celeberr. V. E. LOESCHERVS de Cauſis L. E. Lib. II. cap. I. §. 17. p. 119. ſq. Adpoſite hic laudatus *Gul. Nicols* Lib. I. de lit. inv. p. 7. canit:

Crediderim Hebræos uti didiciſſe figuris,
   Lex ante in tabulis qvam data ſancta fuit;
Jobus Idumæus, qvi magni tempora Moſis
   Præcesſit, ſacra clarus in hiſtoria,
O! ſi ſculpta forent mea verba in marmore, dixit,
   O! ſi manſuro ſcriptaqve cuncta libro!
Haud ſcribi in libro ſua verba optaſſet Jobus,
   Pingendi voces ars niſi nota foret.

& jubente legem cum gente Iſraelitica communicaverit, iis omnino literis uſus, qvas agnoſceret populus legi obſecuturus. Caput II. p. 16--20 prærogativam Sveo-Gothorum præ multis gentibus aliis, qvæ literis omnino caruere, exponit, dum illi propriis gaviſi ſunt literis, quas ſua lingva *Runer* appellarunt. De etymo hujus vocis afferuntur conjecturæ *Joh. Bazii*, *Hadr. Junii*, *Henr. Spelmanni*, *Ol. Wormii* & *Claud. Salmaſii*, doceturqve ex *Georg. Stiernhielmii* Diſſ. de *Lingvarum origine*, codici IV Evangeliorum Ulphilæ edit. Stockholm. 1671. 4to præmiſſa, p. *f* 2. in ipſa lingva Sveo-Gothica ejus originem inqvirendam, in vocabulo nempe hodieque familiari *roena*, i.e. *intelligere*, *diſcere*, *erudiri*, illosqve falli indicatur, qvi ſingularem ac proprium ſermonem fuiſſe *Runicum* arbitrantur, cum is ipſe ſit, qvo Scandinaviæ Daniæqve inhabitatores hodieqve utuntur; nec minus errare, qui Runas appellant *literas Runicas*, qvod æqve abſonum ſit, ac ſi Latinorum elementa literarum *literas literatas* qvis nuncupet, cum *Runa* nihil aliud qvam literam ſignificet. Caput III. p. 21-43. in originem Runarum inqvirit, & licet ea patriæ a qvibusdam vindicetur, qvam in rem adducitur conjectura *Ol. Rudbeckii*, in *Atlanticæ* Tom. I. cap. XXXVIII. §. 4 p. 856. ſq. oſtendentis, Runas omnes ex caduceo Mercurii,

curii, cujus patriam Septentrionalibus quoque communem dicit, eſſe derivandas: *Ulphilam* tamen, Gothorum in Mœſia & Thracia Sec. IV. Epiſcopum, illarum inventorem fuiſſe negat, qvippe qui Runas tantum nonnullis elementis auxerit. Rejectis ergo ſententiis eorum, qvi Runas ab Hebræis, Syriacis, Latiniſve deducunt, veriſimillimum videri aſſeritur, vetuſtiſſimas literas Græcas originem dediſſe Runis, Jonicas nempe, qvas ex Phœnicia allatas teſtatur *Herodotus*, Hiſtor. Lib. V. qvi Terpſichore inſcribitur, Cap. LVIII. ideoqve ex celeberr. *Montfauconii* Palæographia Græca Lib. II. Cap. I. p. 122. & 135 exhibetur ſchema literarum Jonicarum (d) appoſitis ad

(d) Characteres literarum Ionicarum, qvos ſiſtit *Montfauconius*, conſpiciuntur in inſcriptione, qvam in Delo Inſula ad baſin ſtatuæ humi dejectæ qvondam deſcripſit Dn. *Pitton de Tournefort*, itemqve in inſcriptione nobilisſima Athenis eruta, qva nihil vetuſtius adhuc in marmoribus repertum eſt, tempore nimirum Peloponneſiaci belli, ſtatim poſt Cimonis, egregii Athenienſium Ducis, mortem, annis circiter 450. ante Chriſtum natum poſita. Qvæ cum in Muſeo CAR. CÆS. BAVDELOT *de Dairval*, in ſuprema Pariſienſium Curia Advocati & Academiæ elegantiorum literarum Socii, cum aliis antiqvitatis cimeliis pereximiis viſenda olim præberetur: qvorſum jam poſt obitum illius nuperum delata ſit, haud eqvidem compertum eſt. Exhibet itidem Alphabetum Ionicum EDVARDVS BERNARDVS, Aſtro-

Digitized by Google

ad latus Runis; qvod ulterius teſtimoniis *Cl. Salmaſiii*, *Godofr. Gvil. Leibnitii*, (e) *Georg. Hickeſii*, *Gvil. Wottoni*, et aliorum, itemque mira lingvarum Græcæ & Gothicæ harmonia, cu-

Aſtronomiæ qvondam Profeſſor Oxonienſis, in *Orbis eruditi literatura*, charta maiori patente primum Oxonii 1689. vulgata, ac deinceps, uti ab Auctore recognita fuit, è theatro Sheldoniano iterum à *Joh. Oweno* 1700. edita, in qvo tamen ductus literarum à memoratis inſcriptionibus in nonnullis abeunt. Collationem qvoqve literarum Ionicarum cum Runis inſtituit OL. RVDBECKIVS in Tomo Tabularum Atlanticæ inſervientium Tab. XXVII. fig. 97. ſq. & in Atlanticæ ipſius Tom. I. c. XXXVIII. §. 4. p. 835. ſq. qvi ibidem contendit: *Runas ſedecim, ob ſcriptionem rudem, difficilem, tardamqve merito matres cenſendas eſſe ſedecim illarum literarum Græcarum, qvæ & multo ſcribuntur expeditius, & non paulo qvoqve ſunt ornatiores, præſertim illæ, qvas Majuſculas appellamus*. l. c. p. 848.

(e) Verba Illuſtr. *Leibnitii*, ex literis ad *Andream Fountaine*, Eqvitem Auratum, Berolini die 19. Febr. 1707. datis, citata in notis, qvæ *Gul. Wottoni* Conſpectui Theſauri Hickeſiani ab antiqvæ Literaturæ Septentrionalis Cultore adjectæ ſunt, p. 7. ſq. ita habent: *Olaus Wormius avoit crû, qve les anciennes lettres Eſpagnolles venoient des Runiqves. Mais je crois qve lors qve les Carthaginois et les Romains ſe rendirent maitres de l' Eſpagne, les Runiqves n' eſtoient pas encore au monde, eſtants formées apparemment lors que les Peuples du Nord ont commencé d' avoir plus de commerce avec les Grecs & les Romains, dont les lettres corrompues ont donné occaſion aux Runiqves.*

Digitized by Google

cujus ſpecimen ſiſtitur, confirmatur. Caput IV. p. 43-51 recenſet varias de antiqvitate Runarum ſententias, idqve minimum obtineri poſſe ſperat, Runas Alexandri M. temporibus haud recentiores eſſe. Qvamvis autem, qvis primus à Græcis Runas mutuatus ſit, ignoretur: via tamen monſtratur, qva ad Scandinaviæ incolas pervenerint, nempe per commercia Hyperboreorum cum Græcis, perqve Scytharum inter Hyperboreos numeratorum migrationem in Scandinaviam, qvæ Odino duce ante C. natum facta eſt, & qvidem per ditiones Ruſſico imperio nunc ſubjectas, uti confirmant plurimæ inſcriptiones, in deſertis Tartariæ nuper repertæ, & à Nobiliſſ. Viro Dn. *Phil. Jac. Taberth à Stralenberg*, una cum charta Geographica Magnæ Tartariæ, brevi edendæ. Laudatur hic itidem à Cl. Auctore p. 51. uti & p. 20. & 31. Dn. Patris *Hiſtoria antiqvitatum patriæ* Mſta, qvæ ut multocyus digna luce fruatur, omnibus votis eſt expetendum. Caput V. p. 51-62. varia Runarum nomina & genera enarrat, dum aliæ dicuntur *Malrunæ*, qvibus animi ſenſa exprimi poſſunt; aliæ *Trullrunæ* & *Ramrunæ*, qvarum in incantationibus olim uſus obtinuiſſe fertur; aliæ ratione locorum diſtingvuntur, ut ſint *Grœnlanſcarrunir*, Grœnlandicæ, *Islanſcarrunir*, Islandicæ, *Norſcar-*

ſcarrunir, Norvegicæ, *Danſcarrunir*, Danicæ, *Svenſcarrunir*, Svecicæ,&c. Inprimis agitur de Runis Helſingicis, à Verelio Villuruner, i.e. crypticæ appellatæ, & deſcriptæ *à Joh. Thom. Bureo* in Monumentis Helſingicis, Holmiæ 1624. in charta patente editis, qvarum clavem *Magnus Celſius*, Mathem. Prof. in Acad. Upſal. invenit, & anno 1675. habita oratione cum publico communicavit. Schema harum p. 58. exhibetur, tactiſqve breuiter Runis Ramſioënſibus, vulgarium qvoqve Runarum integra ſeries ſiſtitur, demumqve de ordine & valore in numeris, nec non appellatione runarum qvædam adduntur. Caput VI. & ultimum p. 63-66. tempus, qvo runæ abrogatæ fuerunt, innuit, factum nempe id eſſe Seculo XI ineunte, ætate *Olai Skautkonung*, qvo regnante lux Chriſtiana Septemtrioni iterum illuxit; abolitionem vero iſtam, ortam ex ſuſpicione magiæ, intelligendam potiſſimum eſſe de uſu earum in ſcriptis ac monumentis publicis, cum diu poſtea apud vulgum uſurpatas fuiſſe fidem faciant faſti & cippi ſepulcrales, in qvibus pro more illorum temporum legitur: *Deus & mater Dei ferant animæ ejus opem.* Annectitur deniqve ex Mſt. *Petri Kenicii*, Archiepiſcopi Upſalienſis, Epiſtola ad Clerum Upſalienſem 1631. die 27. Jul. lingva vernacula data, de inqvirendis vetuſtis Sveo-Gothorum monumentis. VIII.

VIII.

Nova Literaria.

REGIOMONTI

Numerus Profeſſionum Academicarum auctus eſt *Profeſſione Hiſtoriae Literariae*, quam m. Sept. an. 1724 ſolemni Diſputatione, qua *Iudicia de Hiſtoria Litteraria, dignis nova Profeſſione Obſervationibus proſequitur*, COELESTINVS CONRADVS NEVFELDT, in nouum quaſi delatus campum, auſpicatus eſt. In fronte Diſſertationis, Reſp. Ern. Boguſl. Bilangio, Stolp. Pom., habitae, appoſite leguntur verba Quintiliani: *Non obſtant hae diſciplinae per illas euntibus, ſed circa eas haerentibus.*

GEDANI

IO. GEORG. ABICHT, SS.Th.D. & P.P. Athen. Rect. et ad AEd. SS. Trin. Paſt., *Diſputationem Theologicam de Miniſtris Eccleſiarum in Religione Diſſidentium*, Reſp. Sam. Schroeder, Mariaeb., habuit.

Eiusd. Athen. Eloqu. & Poeſ. Prof. P., IOAN. SARTORIVS, *de Clypeo Schediaſma Literarium*, exeunte an. 1724, Vitembergae typis exſcribendum curauit.

KILONII

PAVLVS FRIDERICVS OPITIVS, Graec. & Orient. Linguar. P. P. Ord. tertium in ordine Theologico locum m. Febr. h. a. occupauit, & auſpicii cauſa Orationem *de Meſſe Euangelii* occaſione dicti Io. IV. 35 habuit.

Eod. menſ. FRIDERICVS GENTZKENIVS Artis ratioc. & Metaphyſ. conſtitutus Profeſſor ordinarius, recitationes de Vniuerſalium doctrina, quam Ontoſophiam vocant, Programmate *de Varia Metaphyſices Fortuna* indixit.

LVBECAE.

D. GEORG. HENR. GOETZIVS, Superintendens, nuper admodum euulgavit Zwo aus der Hiſtorie des ſeel. Hn. Lutheri entlehnte Ordinations- und Introductions-Reden, deren jene über deſſen Stuben-Schrifft: Noſtri Profeſſores examinandi ſunt de Coena Domini, am 23ſten Sonntage nach Trinitatis d. 12. Nov. 1724 zu Lübeck in St. Marien Kirche; dieſe aber von dem vor zwey hundert Jahren gedruckten erſten Geſangbuche und üblich gemachten deutſchen Liedern Lutheri, Mittwochs drauf d. 15. Nov. in Bergedorff gehalten, nebſt angefügter Erklärung des erſten Lutheriſchen Geſangs, der in öffentlicher Verſammlung zu Lübeck angeſtimmet worden, oder,

Ach

Ach GOtt vom Himmel ſieh darein ꝛc. 8; nec non Erbauliche Troſt-Gedancken von dem Joche Chriſti aus Matth. XI. 29. 30. Klagl. Jer. III. 27 und den 4ten Verſicul des bekannten Begräbnis-Liedes: Nun laſt uns den Leib begraben ꝛc. 8.

IO. HENR. a SEELEN, Rector, ſub finem anni ſuperioris *Diſſert. Philol. de Ieſu in Ieſu Sirachide fruſtra quaeſito ad Eccleſ. XLIII. 25*, Reſp. Io. Car. Peterſen, Crempa-Holſat., publice ventilandam propoſuit. Nuperrime occaſione Orationum d. 22 Mart, & d. 5 April. ſolemni ritu habitarum, tria *Selectorum Litterariorum* Specimina, nimirum decimum octavum ac nonum, *Supplem. III et IV ad V. Cl. Mich. Maittaire Annales Typographicos ex Libris Lubecenſibus* ſiſtentia; nec non viceſimum, quo *Petri Calannae* rariſſimus liber, quem inſcripſit *Philoſophiam Seniorum Sacerdotiam & Platonicam*, Panorm. 1599. 4, recenſitus, edidit, ſimulque Selectis Litterariis finem impoſuit. Quoniam vero aliqua Specimina, praeſertim priora, omnino diſtracta, auctor nouam molitur horum Selectorum Litterariorum editionem, quae viginti Specimina coniunctim, & tantum non omnia auctiora, exhibebit.

IO. FRID. von HOLTEN publici fecit iuris Die blutige Schau-Bühne des für unſere Sünden gemarterten und gecreutzigten JESU, auf welcher deſſen ſchmertzliches Leiden und ſeeliger Todt, ſo wohl in einem Dramate Tragico, als auch in beſondern Paſſions-Betrachtungen allen andächtigen Seelen zur heiligen und ſeeligen Faſtnachts-Luſt vorgeſtellet wird. 8.

* * *

Addenda ad pag. 20. in fin.

Interim, non eſſe inſolitum, quod in Dania nonnunquam aurum, ſummam antiquitatem redolens, terra eruatur, tam *Vrnae* aureæ Muſei Regii, quam celeberrimum inprimis, & omne pretium excedens, *Cornu* aureum, ibidem obvium (w), nec non *Annulus* giganteus ex auro *Wormianus* (x), ac alia idgenus cimelia evincunt.

(w) *Io. Lauerentzen* Muſ. Reg. part. 2. ſect. 3. n. 15. p. 145. ſq. et n. 59. p. 169. ſqq.

(x) *Ol. Worm.* Muſ. lib. 4. c. 4. p. 352.

BIBLIOTHECA LVBECENSIS.

VOL. II.



LVBECAE

SVMTV IO. CHRIST. SCHMIDII

TYPIS IO. NIC. GREENII, AMPLISS. SENAT. TYPOGR. A. MDCCXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Contenta.

I. Horæ Talmudicæ in Epiſtolas II ad Corinthios, Galatas, Epheſios & Philippenſes; ſive Specimen ex præteritis præteritorum B. BALTHASARIS SCHEIDII. p. 181.

II. Epiſtola ad V.CL. C.A.HEUMANNUM, in qva qvædam loca ex libris *Theophili ad Autolycum* illuſtrantur. p. 217.

III. SIXTI CHRISTIANI LIPENII ad V. CL. JACOBUM de MELLE epiſtola, de harmonia lingvarum diverſarum, itemqve de Ablativo caſu Græcorum exponens. p. 241.

IV. HENRICI SCHARBAU Exercitatio de traditis Davidi â Jonathane veſtibus, & tradito ſimul Succesſionis in Regnum jure, ad: I. *Sam:* XIIX. 4. p. 258.

V. Recenſiones Librorum. p. 282.

VI. Vita B. GEORGII WALLIN Epiſcopi per Norlandias occidentales eminentisſimi. p. 353.

VII. Nova Literaria. p. 363.

I. HORÆ

Digitized by Google

I.

HORÆ TALMUDICÆ. (a)

In Epiſtolas II ad Corinthios, Galatas, Epheſios & Philippenſes, ſive

Specimen ex præteritis præteritorum

B. BALTHASARIS SCHEIDII, (b)

Profeſſoris Argentoratenſis.

(a) Non deſunt, qvi iſtum virorum eruditorum laborem, ſcripturam Novi Fœderis ex Talmudicis illuſtrandi vehementer taxant. Inprimis IS. VOSSIUS infenſus ille omnis ebrææ literaturæ hoſtis exiſtimabat, perinde eſſe, ſive qvis libros novi Foederis ex Talmude ſive ex Alcorano illuſtret. Sed contra non defuerunt qvi hunc ſcriptorum Talmudicorum uſum vindicarunt. B. noſter A. PFEIFFERUS in matæol. Judaica Diſſert: prima th: 39. ſq. & critica ſacra c: XV. qv. V. p. 172 J. BRAUNIUS in ſelectis Sacris L. V. p. 611. ſq. G. E. EDZARDUS in præf: ad: c: I. avoda ſara. p. 14. & plures alii æqvi & juſti harum rerum judices, qvos nolo afferre, cum eos prolixè recenſeat maxime reverendus J. C. WOLFIUS Bibl: ebr. P. II. p. 962. ſq. Idem p. 970 eos qvoqve producit, qvi ex Scriptis Talmudicis varia ad illuſtrationem ſcriptorum Novi Teſtamenti conqviſiverunt. Hos inter merito SCHEIDIUS noſter primas tenet: cujus qvidem diligentiæ tanto majus mihi pretium ſtatuendum eſſe videtur, qvanto major & difficilior ille labor eſt, & qvo rariora ſunt, qvæ hanc Corinthum adeunt ingenia: vix totidem ſunt numero, qvot ſunt

Thebarum portæ vel divitis oſtia Nili,

Digitized by Google

Ad Epiſtolam II. ad Corinthios.

Ad Cap. I. v. 7. *Ut ſit apud me etiam, etiam.*

B*Ava Mezia*, f. 48. 2. R. Joſe filius R. Judæ dicit, qvorſum ita notanter dicendum erat. Levit. XIX. 36 הין. *Hin Ju-*

(b) BALTHASAR SCHEIDIUS Profeſſor qvondam græcæ ac orientalium Lingvarum in Academia Patria Argentinenſi & Theol. D. anno ætatis 56. æræ Chriſtianæ 1670. d. 20 Nov. denatus, magnam ſibi nominis famam comparavit, editis variis ſcriptis qvæ diem ferunt. Catalogum horum ſcriptorum dedit ſatis amplum HENR. WITTE in diario biographico ad hunc annum, collato ſchediaſmate R. H. ROLLII de Profeſſoribus qvando ſceptra academica tenuerunt, defunctis. Mortuus enim noſter eſt cum Rectoratum gereret. Addi tamen his qvædam poterunt, utpote programmata aliqva, inter qvæ eminet iſtud, qvod occaſione J. Schmidt Juvenis qvidem cœci ſed eruditi de Jeſu Chriſti monarchia cæleſti ex Act. V. 31. peroraturi conſcripſit ex Pſ. 146. 8 de verbis פקח עורים. Sed qvamvis egregia ſint qvæ publice extant, anecdota tamen qvædam latent adhuc qvam maxime digna qvæ cum eruditis omnibus communicentur, qvod ſæpius olim ex ore V. Celeb. J. A. DANZII me audire memini, cum eum Thalmudica Miſnica æqve ac Gemarica tradentem audirem. De his ita J. A. FABRICIUS *in bibliographia antiqvaria* c. I. §. VII. p. 9. *Præcipue magnum ſtudium in hoc genere* (ſtudiorum Talmudicorum) *poſuit B. Balthaſaris Scheidii induſtria, licet opera ejus edita non ſunt, at novem ſatis ſpiſſa*

Juſtitiæ, & annon Hin jam comprehendebatur ſub genere *Epha Juſtitia?* ſcilicet id ideo factum eſt qvaſi diceret tibi qvod vocula הן affirmantis aliqvid ſive *etiam*, *ita eſt*, ſi eam eloqvaris, ſit juſtitia. Hoc eſt, cum dicis, *etiam* vel *non*, præſta verba tua & juſtifica ea. Dixit Abai: Hoc ipſum eſt qvod nemo debeat loqvi unum ore & alterum corde.

Cap. II. v. 16. *His qvidem odor mortis ad mortem.*

Joma f. 72. 2. Dixit R. Joſua filius Levi:

ſpiſſis voluminibus in qvarto deſcripta & ad prelum parata exſtant tum in Bibliotheca B. D. Mayeri, (vide B. viri *Catalogum* p. 783 inter ſcripta rara & curioſa.) *ad qvem* αὐτόγραφον *ipſum pervenit, tum in hac urbe Hamburgenſi inter MSta viri ſupra laudes Hinckelmanni, qvæ filia ejus aſſervat. In illis Scheidianis qvinqve volumina occupat nucleus Talmudicus & Rabbinicus in omnes veteris Teſtamenti libros atqve in novum Teſtamentum, qvi qvoniam Druſio omiſſa tradit, inſcribitur* Præterita præteritorum. *Cætera qvatuor volumina in latina verſione partium Gemaræ & vocabulis peregrinis Talmudis per Lexici modum interpretandis abſolvuntur.* Præſens ſpecimen Vir idem longe celeberrimus nobiſcum communicavit. Protrahimus hæc pauca in lucem ut ſalivam moveant eruditis & harum rerum peritis, & ex ungve leonem agnoſcant. Evolvi ego ſingula, neqve ſolum omnia accuratè citata reperi ſed & optimè omnino tranſlata.

Levi: qvid eſt qvod ſcribitur Deut. IV. 44. Et iſta eſt Lex qvam שם poſuit Moſes? ſi qvis juſte ſecundum eam inceſſerit lex facta eſt illi סם pharmacum vitæ. Si perperam egerit, facta eſt illi pharmacum mortis. Et hoc eſt qvod dicit Rabba: qvi eſt אום *opifex* ſeu qvi facit opera legis, eſt ei pharmacum vitæ, qvi non eſt ei opifex, ſeu qvi non facit huic eſt pharmacum mortis. (c) Conf. *Lud. Cappelli* ſpicilegium p. 99. ſq. (d) *Schab-*

(c) Seqventia in *Joma* c. I. attentionem pariter merentur. Dixit R. Samuel filius Nahemanis, R. Jonathan: Qværitur, qvare ſcriptum eſt (Pſalm: XIX. 9.) mandata Jehovæ recta ſunt & lætificant cor, & iterum (Pſalm: XIIX. 31.) ſcriptum eſt: Sermo Jehovæ purgatus eſt. Reſpondendum: Qvi ſincere juxta verba Jehovæ inceſſerit, ei erit lætitia, qvi non ſincere eum defœcat. R. Simeon ben Lakiſch dixit. Qvi puro corde fuerit זכה eum explorabit ſeu defœcabit ad vitam, לא זכה qvi non puro corde fuerit, eum defœcabit ad mortem. Obſerves qvæſo etiam hanc Gemaricorum toties repetitam diſtinctionem inter זכה & לא זכה ad illuſtrationem verborum Soſpitatoris noſtri μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ Matth. V. 8.

(d) Non diſſentit â Scheidio *Cappellus*. Eſt phraſis illa (ita ſcribit,) ὀσμὴ θανάτου & ὀσμὴ ζωῆς rabbinica. Nam ὀσμὴ θανάτου illud eſt qvod Rabbini dicunt סם המות & Syri atqve Chaldæi סמא דמותא Jerem. XI. 19 & Eſther. II. 21. Eſt autem illis סם המות *lethale pharmacum ſive venenum*. Nempe סם vox eſt illis media &c.

Et

Schabbath. f. 88. 2. Dixit R. Chananeel filius Paphæ: Qvid eſt qvod ſcribitur Proverbiorum VIII. 6. audite qvia Principes eloqvar. Qvare comparata ſunt verba legis cum Principe? Qvaſi diceret tibi, qvod ſicut Princeps aliqvis habet poteſtatem occidendi & vivificandi. Hoc ipſum eſt qvod dixit Rabba: Dextre agentibus in ea eſt pharmacum vitæ, ſiniſtre agentibus pharmacum in ea mortis. (e)

Kidduſchim f. 30. 2. Tradiderunt Rabbini Deut. XI. 18. וְשַׂמְתֶּם *& ponetis* ſcilicet סַם תָּם aroma vel pharmacum perfe-

 ctum.

Et Paulus qvidem סם reddit ὀσμὴν non vero φάρμακον (etſi cum additione vocis חיים & מות φάρμακον potius deſignat qvam ὀσμὴν) qvia reſpicit ad primariam & propriam vocis hebraicæ סמים ſignificationem, סמים enim proprie ſignificat *aromata*, tum etiam forte qvia vox græca ὀσμὴ videtur ab Hebræa סם deducta, aut eo ſaltem alludere voluit Apoſtolus: Deniqve qvia ſunt venena qvædam qvæ ſolo odore necant, tum ut perſtaret in allegoria ſua de ſuffituum, libaminum & incenſorum εὐωδίᾳ, de qva verſibus præcedentibus.

(e) Addenda etiam hîc ſunt ea qvæ ſeqvuntur: Alia expoſitio hæc eſt. (loci Proverb: VIII. 6.) Unumqvodqve verbum divinum, qvod ex ore Domini egreditur, annexam habet duplicem expectationem, vitæ ſcilicet obedientibus, mortis autem contranitentibus.

ctum. Comparatur lex pharmaco vitæ. Res hæc ſimilis eſt homini, qvi percuſſit filium ſuum plaga magna, & impoſuit ei emplaſtrum ſuper vulnus eius, & dixit ei fili, toto tempore, qvo eſt emplaſtrum hoc ſuper vulnere tuo comede omne, quod gratum eſt, animo tuo (gloſſ. etiamſi ſit mel, vel quæcunqve ſpecies dulcedinis, qvæ adverſæ ſeu graves ſunt vulneri) & bibe id qvod gratum eſt palato tuo & lava te tam calida, qvam frigida, neqve ab ullo tibi metuas. Si autem illud emplaſtrum removeas, tum ecce vulnus illud producit cancrum. Sic Deus Opt. Max. dixit ad Iſraelitas: filiis meis creavi figmentum malum, ſed creavi ei legem pro condimento, vel pharmaco. Et ſi vos ſtudetis in lege non trademini in manus eius, quia dicitur Gen. IV. 7. *annon ſi bene egeris*, שְׂאֵת *elevatio* (gloſſ. elevaberis ſuper figmentum tuum) ſi autem non ſtudetis in lege, trademini in manus ejus, quia dicitur: *ad manum peccatum excubat.* Nec hoc tantum, ſed & quod omne commercium ejus eſt tecum. *Et ad te appetitus ejus.* Et ſi velis, tu dominaberis ei, qvia dicitur: *Et tu dominaberis ei.* (f)

Taanith

(f) Confer infra annotationem prolixam ad Epheſ. VI. 4. Verba enim ibi ex *Kidduſchim* citata immediate hæc noſtra antecedunt.

Taanith f. 7. 1. Traditio: R. Benaa dicebat: Quicunque ſtudet in lege, ipſius, & non alius reſpectus cauſa, doctrina eius ſit illi aroma vitæ, qvia dicitur Prov. III. 18. Arbor vitæ ipſa eſt eis, qui tenaciter apprehendunt eam. Et dicitur VIII. 36. Quia inveniens me invenit vitam. Quicunqve autem ſtudet in lege non ipſius, ſed alius reſpectus cauſâ, ſit illi aroma mortis, qvia dicitur: Deut. 32. 2. יערף *decollet ceruicem* ſeu interficiet, exſcindet ceruicem, ut pluvia doctrina mea. Per עריפה (actum verbi יערף) nihil aliud ſignificatur, quam interfectio, quæ gladio fit, quia dicitur Deut. XXI. 4. וערפו & decollabunt ibi iuvencum in valle.

Cap. V. v: 10. *Ut ferat quiſque præmium eius, quod in corpore fecerit.*

Sanhedrin f. 91. 1. (g) Antoninus (Caeſar) dicebat ad Ribbi Corpus & anima

 poſſunt

(g) Hæc eadem verba tranſtulit J. COCCEJUS *in excerptis ex Gemara Sanhedrin* c: XI. §. V. Ubi & ſimiles materiæ inter Antoninum & R. Jehuda diſcuſſæ videri poſſunt. Videlicet de eo, cur ſol in oriente prodeat & in occidente ſe demittat? qvando corpori combinetur anima? deniqve ex qvo tempore concupiſcentia dominetur homini? Hæc ultima qvæſtio cum ad illuſtrationem Paulinorum

poſſunt defenſione innocentiæ propoſita ſeſe (aliquando, ſi ratio ab eis exigeretur) liberare a iudicio. Quomodo? Corpus dicet: (ego non peccavi ſed) anima peccavit. Nam ex quo illa diſcedit a me, ecce ego iaceo in ſepulchro inſtar lapidis, nihilque agere poſſum, niſi eius opera. Anima autem dicet: (ego non peccavi ſed) corpus peccavit. Nam ex quo ego diſcedo ex eo (per mortem ſoluta a corpore) ecce ego volito per aërem inſtar avicolæ. Cui reſponbebat Ribbi: Per parabolam hanc rem tibi explicabo, cui hoc ſimile ſit. Nempe Regi mortali, qui habebat hortum amœnum, in quo erant optimorum fructuum maturæ primitiæ, in quem

norum horum verborum & ſimilium aliqvid faciat digna eſt qvæ attendatur. Antoninus qværit: an יצר הרע concupiſcentia mala homini dominetur à primo formationis momento an à nativitate? R. Jehuda reſpondet משעת יצירה à momento formationis. Si hoc eſt, inſtat Antoninus, cur non calcitrat in matre ſua & prodit, videtur igitur demum à nativitate dominari. Dixit Rabbi: Docuit me hoc Antoninus & ſcriptura confirmat, qvæ dicit (Geneſ. IV. 7.) ad oſtium cubat peccatum. Cum R. Jehuda faciunt plures & non ſolum originale peccatum adſtruunt ſed & turpitudinem ejus agnoſcunt. Vide *SUCCOTH* f. 52. a, ubi ſeptem nomina concupiſcentiæ hujus malæ ex ſacro codice afferuntur, collato *Menaſſeh ben Iſrael in lib: de fragilitate humana* paſſim, inprimis cap. I. & *Catechiſmo Judaico* qvæſt: XXV.

Digitized by Google

quem collocatis duobus cuſtodibus uno claudo & altero cœco, claudus dicebat ad cœcum, maturas primitias optimorum fructuum ego video in horto, age ergo & humeris ſuſceptum me deduc eo,ut acceptis & allatis iis veſcamur,inſidebat ergo claudus humeris cœci, & auſſerebant eas & comedebant eas. Interiecto tempore veniens dominus horti dixit ad illos: maturæ illæ primitiæ optimorum fructuum quo peruenerunt? Cui claudus reſpondit, num pedes habeo, quibus incedam? Item cœcus dixit, num oculos habeo, quibus videam? Enimuero Rex ille iuſſit inſidere claudum dorſo cœci, & iudicavit (condemnavit) illos ita coniunctos ſimul. Sic etiam Deus Opt. Max. adducta anima & iterum iniecta corpori iudicat utraque ſimul, quia dicitur Pſal. L. 4. Vocabit cœlum deſuper, & terram, ad iudicandum populum ſuum. (gloſſ. quaſi diceret: Vocabit Deus animam venientem intra corpus hominis a cœlo deſuper, & corpus, quod conſtat ex terra.) Per vocabit cœlum deſuper,intelligitur anima,& per vocabit terram ad iudicandum populum ſuum, intelligitur corpus.

Cap.VI.v.10. *Ut pauperes, ſed a quibus multi ditantur.*

Nedarim f. 40. 2. Dixit R. Immi

 dixiſſe

dixiſſe Rabum: quid eſt, quod ſcribitur Ezech: XII. v.3. Et tu fili hominis, fac tibi vaſa exilii? Per hæc intelliguntur lucerna & ſcutella & expanſum (gloſſ. pellis ad edendum ſuper ea) Deut: XXVIII. 57. In penuria omnium. Dixit R. Immi dixiſſe Rabum: Per hoc intelligi ſine lucerna & ſine menſa. R. Chaſda dixit: ſine uxore. R. Scheſchath dixit: ſine miniſtro. R. Nachmann dixit: ſine ſcientia. Traditur eo ſignificari, ſine ſale & ſine adipe. Dixit Abai: Recipimus non eſſe pauperem, niſi in ſcientia. In Occidente ſeu terra Iſraël dixerunt: In quo ſcientia eſt, is eſt ut ille, in quo omnia ſunt. (gloſſ. qui nulla re indiget) In quo illa deeſt, quid eſt in eo? Is qui poſſidet ſcientiam, quo eget? Qui eam non poſſidet, quid poſſidet?(h)

Ibid. *Ut nihil habentes & omnia continentes.*

Berachoth f.17. 2. Rabus & Samuel &, ut nonnulli dicunt, R. Johannes & R. Eleaſar diverſimode de loco Eſ: XLVI. v. 11. *Audite me robuſti corde, longinqui a iuſtitia*, explicando ſen-

(h) Eleganter & compendioſe hæc enunciantur f. 41. a. דלא דא ביה מה ביה די קנה מה חסר די לא קני מה קני. Neqve enim deſunt Talmudi locutiones paroemiales, qvæ conqviſitæ illuſtrationi paroemiarum Novi fœderis inſervire poſſent.

ſentiunt. Unus dixit: alios omnes, qui ſunt in toto mundo ali DEi eleemoſyna non proprio iuſtitiæ merito, iſtos autem robuſtos corde ali ſuo brachio ſeu propria ſua virtute. Alter autem dixit: alios omnes, qui ſunt in toto mundo ali virtute iuſtitiæ illorum robuſtorum corde, ipſos autem (iuſtos) ne quidem ſua ipſorum ali iuſtitia, cum non ſuppetat illis, quantum ſatis ſit neceſſitatibus ipſorum ſeſeque ſuſtentent ægerrime. Dixit R. Juda dixiſſe Rabum: Quotidie filia vocis exit ex monte Horeb & dicit: omnes, quotquot ſunt in toto mundo aluntur propter Chaninam, filium meum. Chaninæ autem filio meo ſufficit, ſi habeat cabum, ſeu paruam menſuram arboris ſiliquæ in ſingulas hebdomades.

Cap. IX. v. 7. *Hilarem datorem amat Deus.*

Aboth c. 13. Schammai dicebat: Recipe quemvis hominem cum aſpectu vultus ſereni. Quomodo? Docet, quod ſi dediſſet homo proximo ſuo omnia dona, quæ ſunt in mundo, & vultus eius ſit indignabundus, in terram deſpiciens, imputet ei ſcriptura perinde ac ſi non dediſſet ei. Sed ſi quis excipit proximum ſuum cum aſpectu vultus ſereni, ſi vel ei nihil quicquam dederit, tamen imputat ei ſcriptura, perinde ac ſi dediſſet ei omnia dona bona.

Cap.

Cap. XI. v. 24. *Quadragenas plagas una minus.*

De flagellatione prolixe agitur in *Maccoth.* c. 3. ubi diſſeritur quinam vapulent & quomodo. Inter alia f. 22. 1. in Miſchna ita ſcribitur. Quot ictibus flagellat ſontem? Quadraginta, una minus. Quia dicitur Deut: XXV. 2. *per numerum* v. 3 *quadraginta.* Scilicet numero, qui vicinus eſt quadragenario. R. Judas dicit: Quadraginta ſignificare integritatem numeri, quod totis 40. ictibus flagelletur ipſe. Ubi ergo ictum accipit abundantem? Inter ſcapulas ſuas. Non coniecturam faciunt ſeu æſtimant eum niſi per ictus conuenientes, ut ternario numero numerentur, æſtimarunt eum, quod ferre poſſit 40, & parte tolerata videatur reliquos ictus ſuſtineri non poſſe, liber dimittitur. Si æſtimarunt eum, quod 18 tantum ictus perferre valeat, & ex quo totidem vapulavit, coniecturam fecerunt, quod ipſe adhuc poſſit reliquos ictus ſuſtinere, donec eſſent 40, his reliquis dimiſſis liber dimittitur. (i)

Gemara:

(i) De hac מכת ארבעים flagellatione Judæorum & numero plagarum, qvas delinqventibus infligere ſolebant ſcriptores antiqvitatum pleno modio multa apponunt. Præreliqvis accurate ritum iſtum perſeqvitur. J. H. HOTTINGERUS in diſſertatione de uſu ſcriptorum hebraicorum in N. T., qvæ

Gemara: Quæ ratio? Si ſcriptum eſſet, *qvadraginta per numerum* dixiſſem ſignificari quadraginta numero. Nunc vero qvia ſcribitur, *per numerum qvadraginta* intelligo numerum qvi ipſe numerat, quadragenarium. Dixit Raba: Quam ſtulti ſunt reliqui homines, qui honoris cauſa aſſurgunt coram libro legis, & non aſſurgunt coram Viro magnæ aucto-

qvæ extat in ſyntagmate diſſertationum philologico-theologicarum de ſtylo N.T. § J. RHENFERDIO edito p. 403. ſ. Rationes diminuti unius ictus diſtingvit in *Grammaticas*, *Cabbaliſticas* & *Logicas*: *Grammatica* eſt, qvia Judæi ſoph paſuk inter במספר & ארבעים negligunt, turpi fallacia compoſitionis dividendorum. Unde conjunctim ea legunt ſub forma conſtructionis ſubſtantivorum. q. d. *cum numero qvadrageſimi.* i. e. ut Miſchna interpretatur, *qvi proximus eſt qvadrageſimo*, vel ut Gemara, *qvi numerat* 40. vel ut R. *Sal. Jarchi*, qvi *perficit numerum qvadraginta.* Cabbaliſtica numerum 39 elicit ex voce אחת, qvæ totidem conſtituit. Ratio deniqve *Logica* conſeqventiarum fidiculis extorta προφυλακτικὴ eſt, ne forte contra legem numerus plagarum qvadragenarium excederet, idqve vel per errorem lictoris, ut ſentit *Maimon* Hilc. Sanhedr. c: XVII. vel ex ipſa flagelli fabrica. Qvi plura legere cupit apud Talmudicos, conferre poterit Cetuboth. f. 33. a. Sanhedrin f: 10. a. & f. 33. b. & 71. b. Maccoth. f. 2. b. f. 5. a. f: 13. b. &c. it. Megillah f: 7. b. & ſi placet evolvi poterit *Maimonides* in tr: Sanhedrin c. XVI. XVII. XVIII. An penes Synagogas fuerit ea poteſtas

auctoritatis. Nam quamvis in libro legis ſcriptum ſit, *quadraginta*, tamen venerunt Rabbini, & ſubtraxerunt unum. Ibid. f. 22.

2. Mi-

teſtas ut poenam flagellationis in ſontes ſtatuere potuerint prolixe & eleganter exponit VITRINGA in Synag: vet. L. III. P. I. c. XI. p. m. 768. ſ. ad illuſtrationem locorum qvorundam N. T. Matth. II. 17. (καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς) Matth. XIII. 34. Luc. XXI. 12. Certe mirari ſubit, hodie adeo Judæos iſtud ſupplicii & correctionis genus Synagogis ſuis conſervare potuiſſe. URIEL ACOSTA in exemplari vitæ humanæ, qvod apud P. LIMBORCHIUM de veritate R. C. legere eſt, ita de ſe ipſo ait. p. m. 350. Poſt alias correctiones in receptione in Synagogam exantlatas - *Contuli me ad angulum, & dixit mihi Janitor, ut me nudarem. Nudavi corpus ad cincturam uſqve, linteum capiti ſubligavi, calceos depoſui & brachia erexi, manibus tenens qvandam qvaſi columnam, acceſſit janitor ille, & manus meas ad columnam illam qvadam faſcia alligavit. His ita peractis acceſſit præcentor & accepto corio percuſſit latera mea triginta & novem percuſſionibus ſecundum traditionem. - - Inter percutiendum Pſalmus decantabatur. Hoc impletur, humi ſedi & acceſſit concionator ſeu ſapiens, (qvam ridiculæ ſunt res mortalium!) qvi me ab excommunicatione abſolvit? Poſt hæc indui veſtes & abii ad limen Synagogæ, proſtravi me & cuſtos ipſius ſuſtentabat caput meum. Tunc omnes qvi deſcendebant, tranſibant ſuper me, ſcilicet elevabant pedem unum, & tranſibant ad inferiorem partem crurum meorum, qvod omnes tam ſenes qvam pueri fecerunt.* &c.

2. Miſchnah: Quomodo flagellant eum? Alligat quis duas manus eius columnæ huc & illuc, & æditiuus apprehendit veſtes eius, ſi lacerentur, lacerentur, ſi diſſuantur, diſſuantur, (h. e. nihil curant, ſi lacerentur vel diſſuantur) usqve dum revelat pectus eius. Et lapis poſitus eſt a tergo ipſius, cui æditiuus inſiſtit, & manu ſua tenet lorum vitulinum, duplicatum ſimplex ex duobus, & ex duobus quadruplex: duo autem lora aſinina aſcendebant & deſcendebant in eo: Manubrium eius palmi longitudinem habebat, latitudo eius etiam palmaris, extremitasque eius lori pertingebat usque ad os ventris eius ſeu umbilicum, & verberat eum triente inflicto ab anteriore eius parte, verſe autem a poſteriore eius parte. Non autem verberat eum vel ſtantem vel ſedentem, ſed inclinatum, quia ſcribitur: Deut. XXV. 2. *& proſternet eum iudex.* Et qui verberat, verberat una manu ſua omnibus ſuis viribus, & præco clamat ex Deut. XXVIII. 58. *ſi non obſervaverit, ut facias &c. mirificabit Dominus verbera tua, & verbera &c.* et redit ad initium, illius textus XXIX. & obſervabitis verba foederis huius, & obſignat, ſeu claudit his verbis: Pſ. LXXVIII. 38. *Et ipſe eſt miſericors, expiabit iniquitatem.* Et redit ad initium illius Textus. Si moriatur reus ſub manu flagellantis, fla-

flagellans liber eſt a poena homicidii. (gloſſ. quia apparitor domus iudicii eſt) Si qui cædit, adhuc unum lorum ſuperaddiderit, & inde moriatur cæſus, tum ecce talis cædens (ut homicida involuntarius) exulare tenetur. Si *depravetur* ſeu ignominia afficiatur cæſus fimo ſive aqua, cædens liber eſt, non obſtante, quod ſcriptum eſt Deut. XXV. 3. *ne depravetur.* R. Judas dicit: Vir, ſi fimo depravetur, foemina autem, ſi aqua.

Cap. XII. v. 2. *usqve ad tertium coelum.*

Peſachin f. 50. I. R. Jonathan dixit per verba Zach. 14. v. 6. (k) *et erit in iſto die non*

erit

(k) In ipſo hoc Talmudis loco obſervationem merentur qvæ R. Abba ad Zachariæ verba annotavit; מאי אורא זה (Zachar. XIV. 6.) יקרות וקיפאון אור שיקר בעה"ז וקפוי לעה"ב Dixit R. Abba eſt lux qvæ pretioſa eit in ſeculo hoc & vilis in ſeculo futuro. In qvibus verbis ſive עולם הבא accipias de ſeculo N. fœderis ſive de felicitate æterna non contemnendum habebis ſanæ doctrinæ ſpecimen & teſtimonium Talmudicum. Nam ſacer codex ſtatum œconomiæ novæ multoties ſtatum lucis nuncupat, qvia ſalus & cauſa ſalutis cum omnibus ſuis characteribus præſens eſt & majori luce radiat qvam olim. Jeſ: LX, 1. Hinc locis iis novi fœderis, in qvibus Chriſtus lux & oeconomia novi temporis cum luce comparatur ex hoc effato Talmudico lux accedit nova. Iis pa-

riter

erit lux יקרות *pretioſarum* & קפאון *concretio*, intelligi plagas & ejulatus quæ יקרין pretioſa ſunt in ſæculo hoc & vilia ſunt in ſæculo futuro. R. Joſua filius Levi dixit: per illa intelliguntur homines, qui pretioſi ſunt in ſæculo hoc (gloſſ. qui divites ſunt & reputati, non autem boni ſunt Deo) & viles ſunt in ſæculo futuro. &c. - - - Secundum id qvod eſt Joſephi, filii R. Joſuæ, qui cum ægrotaret in ecſtaſin raptus fuit (gloſſ. exſpiravit, & ſpiritus eius volitavit.) Quærenti ex eo Patri eius, quid vidiſti? reſpondit: ſæculum ſeu mundum inverſum, ſuperiores inferius & inferiores ſuperius. (Matth. 19. v. 30.) (gloſſ. illos, qui hic ſunt ſuperiores propter divitias ſuas, vidi ibi quod ſint inferius, pauperes, qui ſunt inter nos humiles & abiecti, ibi vidi honoratisſimos.) Quo audito dicebat ei Pater; ſæculum electum vidiſti. Nos autem, qui ſumus Doctores Legis, eamque ſervamus, quales vidiſti ibi eſſe honores noſtros? Cui reſpondebat: vidi nos quod quales reputamur hic, tales reputemur etiam ibi. Et audiebam, quod dicerent, o

riter locis, in qvibus futurus æternæ felicitatis ſtatus lucis ſtatus dicitur hanc addere Judæorum antiqvorum aſſertionem licet. E. 9. Apoc: XXI. 23. XXII. 5. Iſta enim lux vitæ cœleſtis efficit, ut lux vitæ hujus ſit קפוי בעֹרב exigua & vilis ſi compararetur cum luce vitæ futuræ.

beatum eum, qui venit huc, & doctrinam ſuam, quam didicit, manu habet. Et audiebam, quod dicerent: in ſepto ſeu ſeparato loco, ubi degunt, qui occiſi ſunt â tyrannica poteſtate (h. e. in loco martyrum,) nulla creatura poteſt conſiſtere.

Chagiga f. 14. 2. & ſq. Tradiderunt Rabbini: Quatuor viri ingreſſi ſunt Paradiſum (gloſſ. aſcenderunt in firmamentum adiuti manu Dei, non tamen aſcenderunt revera, ſed perinde ipſis viſum erat, ac ſi eo aſcendisſent,) ut ſunt 1) Filius Ezai, 2) Filius Zumæ, 3) Achar, & 4) R. Akiba. Dixit ad illos R. Akiba: cum perveneritis vos ad lapides marmoris puri (gloſſ. ſplendentis inſtar aquæ limpidæ) ne dicatis aqua, aqua, quia dicitur Pſ. CI. v. 7. Loquens mendacia non conſiſtet coram oculis meis. Filius Ezai proſpexit (h. e. curioſius intuitus & ſcrutatus eſt divinam Maieſtatem) & mortuus eſt. Super eo Scriptura dicit. Pſ. CXVI. 15. Pretioſa eſt in oculis Domini mors ſanctorum eius. Filius Zumæ proſpexit, & mente captus eſt. Et ſuper eo Scriptura dicit Prov. XXV. 16. Mel inueniſti, comede, qvod ſatis eſt tibi, ne ſatieris eo & evomas illud. Poſtquam abſcidit plantationes, R. Akiba egreſſus eſt in pace, ſeu illæſus rediit.

Digitized by Google

Ad epiſtolam ad Galatas.

Ad cap. III. v. 11. *Juſtus ex fide ſua vivet.*

Maccoth. f. 23. 2. Initio tradita erant præcepta perqvam multa per Moſen nempe 613, ſecundum numerum dierum anni 365 & ſecundum numerum membrorum corporis humani 248. Hæc deinde ab aliis magis magiſque contracta, & ad minorem numerum redacta ſunt, ut a Davide ad undecim, Pſ. XV. ab Eſaia ad ſex Cap. XXXIII. 15. Venit deinde Michas & redegit ea ad tria, quia ſcribitur Mich. VI. 8. Indicavit tibi o homo, quid ſit bonum & quid Dominus poſtulet a te, nempe facere iudicium, & amorem miſericordiæ, & verecunde ambulare coram Domino Deo tuo. Per *facere iudicium* intelligitur iudicium forenſe. Per *amorem miſericordiæ* intelligitur liberalitas. Per *verecunde ambulare* intelligitur elatio ſeu eductio funeris ad locum ſepulturæ, & introductio ſponſæ in locum thalami (gloſſ. quia ſcribitur de utroque actus ambulandi, Cohel VII. 2.) Et annon hæc conſtant argumento a minori ad maius? Nam ſi de rebus, quas non ſolemus facere cum verecundia, lex dixit *& verecunde ambulare*, quanto magis id intelligendum erit de illis, quas non ſolemus niſi cum verecundia peragere. Iterum venit Eſaias, & ad duo ea contraxit (gloſſ. quolibet tempore generationes

 poſte-

Digitized by Google

poſteriores magis magiſqve numerum præceptorum diminuebant) quia dicitur Eſ. LVI. 1. ſic dixit Dominus, ſervate iudicium & facite iuſtitiam. Venit Amos, & redegit omnia in unum, quia dicitur Amos V. 6. Sic dixit Dominus domui Iſraëel, quærite me, & vivite. Cui opponebat R. Nachman filius Iſaaci, dicerem per *quærite me* intelligi, quod in tota lege hoc ſit faciendum. Quare potius dicendum erit, quod Habacuc venerit, & redegerit ea ad unum, quia dicitur Habac. II. 4. *Et iuſtus per fidem ſuum vivet.*

Cap. IV. v. 25. *Hieroſolyma, quæ nunc eſt.*

Taanith. f. 5. 1. Dixit R. Nachman ad R. Iſaacum quid eſt quod ſcribitur Hoſ. XI. 9. *In medio tui ſanctus, & non veniat in urbem?* Ideo, quia in medio tui ſanctus eſt (gloſſ. quia tu bene facis opera tua, non veniet Deus in urbem Hieroſolymæ &c.) ita dixit ei (gloſſ. ſic dicere voluit, uſque dum erit in medio tui ſanctus inferne, quod ipſum eſt Hieroſolyma, non veniam in urbem ſuperne ſeu ſupremam) Sic dixit R. Johannes, dixiſſe Deum Opt. Max. Non veniam in ſupernam Hieroſolymam, uſque dum veniam in Hieroſolymam infernam. Num autem eſt Hieroſolyma ſuperna? Ita ſane. Nam ſcribitur Pſ. CXXII. 2. Hieroſolyma, quæ ædificatur ut urbs, cui ſocia facta eſt alia ſimul. (gloſſ. Hieroſolyma, quæ

infra

infra eſt, erit ædificata ut urbs, cui ſociatur ea, quæ eſt eius generis, ſocia eius & typus eius, præſuppoſito dari Hieroſolymam aliam. Ubi autem ea eſt ſi non eſt ſuperne.

Baba Bathra f. 75. 2. Quid eſt Eſ. IV. 5. *Et ſuper* מקראיה, *convocationes eius?* Reſpondit Raba dixiſſe R. Johannem: Non & Hieroſolyma ſæculi præſentis, eſt Hieroſolyma ſæculi futuri. In Hieroſolyma ſæculi præſentis quilibet qvi vult aſcendere, aſcendit. In Hieroſolyma ſæculi futuri nulli aſcendunt niſi המזומנין, qui præparantur ſeu invitantur ad eam, quia dicitur Eſ. XLIII. 7. Omnis vocatus de nomine meo ad honorem meum creavi eum, finxi eum, etiam feci eum.

Et dixit R. Samuel filius Nachmanni dixiſſe R. Johannem: Tres vocati ſunt de nomine Dei Opt. Max. quorum cognomen erit יהוה, 1) Juſti, 2) Meſſias, 3) Hieroſolyma, 1) Juſti, quod ipſum ex loco, quem modo adduximus, probatur. 2) Meſſias, quia ſcribitur Jerem. XXIII. 6. Et iſtud eſt nomen eius, quod vocabunt eum יהוה, iuſtitia noſtra. 3) Hieroſolyma, quia ſcribitur Ezech: XLVIII. 35. Circumquaque 18000, & nomen urbis a die יהוה שמה. Ne legas שָׁמָּה, *ibi*, ſed שְׁמָהּ *nomen eius*. Dixit R. Eleaſar: Dicturi ſunt aliquando angeli coram iuſtis Sanctus, ad eum modum, quo dicebant coram Deo Opt.

 Max.

Max. Eſ. VI. 4. quia dicitur Eſ. IV. 3. Et erit reliquus in Zion & ſuperſtes Hieroſolymis, ſanctus dicetur ei. Item dixit Rabbah dixiſſe R. Johannem: Exaltaturus eſt Deus Opt. Max. aliquando Hieroſolymam tribus paraſangis ſurſum verſis, quia dicitur Zach. XIV. 10. *Et alta erit, & habitabit ſub ea* ſcilicet, ut ſub ea (h. e. tam alte elevata, quanta erat ſub ea, ſeu inferior Hieroſolyma.) Unde autem probatur, quod hoc *ſub ea* ſignificet eam tribus paraſangis fore exaltatam? Reſpondit Rabbah: Dixit mihi ſenex aliquis ſecundum meam ſententiam, videbatur mihi prima Hieroſolyma, & trium paraſangarum erat. Ne autem forte diceres, moleſtum & cum dolore coniunctum futurum eſſe, ſi tam alta ſit, ad eam aſcendere, ideo notanter dicendum erat Eſ. LX. 8. Qui iſti? ut nubes volabunt, & ut columbæ ad cataractas ſuas. Dixit R. Papha: percipio ex eo, (gloſſ. quod comparatur nubes cum exaltatione Hieroſolymæ) quod nubes illa tribus paraſangis ſit exaltata. Dixit R. Chanina filius Paphæ: Volebat Deus Opt. Max. dare Hieroſolymam in menſuram, (gloſſ. facere eam parvam) quia dicitur Zach. II. 6. Et dixi, quorſum abis? Et dixit ad me, ut metiar Hieroſolymam, ut videam quanta ſit longitudo eius, & quanta ſit latitudo eius! Dicebant angeli miniſterii coram Deo Opt.

Max.

Max. Domine mundi, multas urbes creaſti in mundo, quas inhabitant nationes mundi, & non dediſti menſuram longitudinis earum, nec menſuram latitudinis earum: In Hieroſolyma, intra quam tamen eſt nomen tuum, & ſanctuarium tuum & iuſti, tu dares menſuram (parvam eam faceres?) Qvo dicto ſtatim accidebat quod legitur v. 8. Et dixit ad eum, curre ac loquere ad puerum iſtum dicendo: per pagos habitabitur Hieroſolyma præ multitudine hominis ac beſtiæ intra eam. (gloſſ. ſicut pagis aliquibus nulla eſt menſura in ſtructura habitationis eorum, ſed quantum uſque volunt, ædificant, ita etiam Hieroſolyma erit.) Dixit Reſch Lakiſch: aucturus eſt aliquando Deus Opt. Max. Hieroſolymam mille hortis טפף æqualibus, mille קפל columnis turrium, mille ולינצוי בירניות (gloſſ. legit לינצוי & monet eſſe vocem gematricam) ſtructuris Lizuim dictis magnorum palatiorum, & mille & duobus שילה. (gloſſ. 1002 in gematria ſunt שילה) Schila palatiorum parvorum, & ſingula ſunt ut urbs Zipporia in tranquillitate ſeu pace ſua. Traditio: Dixit R. Joſe: ego vidi Zipporiam in tranquillitate ſua, & erant in ea 180000 ſororum, ubi vendebant condimenta ollæ Ezech. XLI. 6. Et ſubſtructiones, ſubſtructio ad ſubſtructionem 33 vicibus. Quid eſt 33 vicibus? Dixit

R. Levi dixiſſe R. Paphæ nomine R. Ioſuæ Sichnæi, ſignificari eo, quod ſi tres Hieroſolymæ ſunt in unaquaque ſint 30 habitationes ſuperne: ſi autem 30 Hieroſolymæ in unaquaque ſint 3 habitationes ſuperne.

Ad epiſtolam ad Epheſ.

Ad Cap. V. v. 4. μωρολογία, De נבלות פה ſive turpiloqvio vide *Schabbath* f. 33. 1. (l)

Cap.

(l) *Schabbath* f: 33. 1. Scriptum extat (Levit: XXVI. 35.) Tunc in ſabbathis ſuis qvieſcet terra omnibus diebus qvibus deſolata manebit. &c; & iterum ſcriptum extat (l. c. v: 36.) omnibus diebus qvieſcet. Scilicet propter iniqvitatem נבלות פה μωρολογίας, calamitates magnæ & difficilia decreta renovabuntur, & Juvenes Iſraelitici ſtudiis incumbentes morientur, pupilli & viduæ erunt clamantes, neqve reſponſionem ferent. Qvemadmodum ſcriptum legitur (Jeſaiæ IX. 17.) Idcirco de Juvenibus ejus non lætabitur Dominus & pupillorum ac viduarum ejus non miſerebitur, qvia totus eſt hypocrita ac maleficus & *os omne loqvitur flagitia*, omnibus his non avertetur ira ejus, & adhuc manus ejus extenſa eſt. Qvid ſibi volunt hæc verba ועוד ידו נטויה (in hoc Jeſaiæ loco,) & adhuc manus ejus extenſa eſt? Dixit R. Chanan filius Rabba - - omnis qvi *turpia loqvitur ore ſuo* etiamſi obſignati fuerint ſuper ipſum ſeptuaginta anni in bonum ex decreto Judicii convertentur ſuper ipſum in malum. Dixit Rabba filius Schilah, dixiſſe Rab. Chaſda, omnis qvi *turpia loqvitur*, profundam ſibi facit Gehennam, qvia dicitur (Proverb: XXII. 14) foſſa profunda eſt os extraneorum. Dixit Rab. Nachman filius Iſaaci.

Ille

Cap. V. v. 28. *Diligant uxores ſuas, ut corpus ſuum.*

Sanhedrin f. 76. 1. Opponit R. Jacob frater R. Achæ, filii Jacobi: Hoc Levit. XIX. 29. *Ne profanes filiam tuam, ut facias eam ſcortari,* quorſum tendit? Scilicet requiritur ſeu refertur ad id, de quo eſt traditio, ne profanes filiam tuam & facias eam ſcortari. Ne quis putet forte de ſacerdote elocante filiam Levitæ aut Iſraelitæ ſcripturam loqui, ideo notanter dicendum erat v. 29. ut facias eam ſcortari, de profanatione quæ eſt per ſcortationem ſcriptura loquitur, de eo qui tradit alicui filiam ſuam ad congreſſus ſcortatorios, non eos, qui fiunt nomine matrimonii. Si ſic, dixiſſet textus תחל *profanes.* Quare ergo dixit, *ne* תחלל (gloſſ. quod duos actus profanandi ſignificat) quaſi diceres *facias profanare ſe?* Scilicet percipio inde duo. Abajo autem & Rabæ hoc: *Ne profanes filiam tuam, ut facias eam ſcortari,* quid facit eis? Reſpondit R. Meni, per hoc intelligi eum, qui elocat filiam ſuam ſeni (gloſſ. quæ quia non libenter ei nubit, deinde ejus cauſa ſcortatur) *Ne profanes filiam*

Ille non ſolum qvi talia effatur אף שומע ושותק etiam ille qvi audit & tacet: nam additur (l. c.) qvi deteſtationi eſt Jehovæ, incidet illuc. Plura occurrunt hujus farinæ alia l. c. col: 2. de לשון הרע ut & דבורי שקר (ex Pſalmo LXIII. 12.)

Digitized by Google

liam tuam, ut facias eam ſcortari. R. Elieſer dicit, per hoc intelligi eum, qui elocat filiam ſuam ſeni. R. Akiba dicit, per hoc intelligi eum, qui domi detinet filiam ſuam puberem (nec nubere ſinit in tempore) (gloſſ. quia hac ratione ea concupiſcit coitus ſcortatorios, qui non ſunt nomine matrimonii.) Dixit R. Cahana nomine R. Akibæ; Nemo eſt tibi pauper in Iſraële, niſi impius, callidus & qui domi detinet filiam ſuam puberem ſeu nubilem, nec eam ſinit nubere. Ergone qui domi detinet filiam ſuam nubilem, non ſit impius, callidus? Dixit Abai, ſic dicere voluit. Qvis eſt iſte pauper callidus? Scilicet is qui domi detinet filiam ſuam nubilem (nempe laboris ſibi præſtandi cauſa ex avaritia.) Item dixit R. Cahana, nomine R. Akibæ: Cave tibi ab eo, qui tibi conſilium dat ſecundum viam ſuam (h. e. ut ſibi ſit uſui, gloſſ.) Dixit R. Judas dixiſſe Rabum: Qui elocat filiam ſuam ſeni & qui uxorem (grandævam) dat filio ſuo parvulo de eo dicit Scriptura Deut. XXIX. 19. ſq. *Ideo ut coniungat ebriam cum ſitiente, non volet Dominus condonare ei* (gloſſ. ſaturam in re cum ſitiente rem, ſenem cum adoleſcentula, eodem modo ſe habet grandæva mulier ad marem natu minorem,) Regero ego: qui diligit uxorem ſuam ut corpus ſuum & qui honorat eam pulcris ornamentis plus quam corpus ſuum &

qui

qui curat, ut filii ſui & filiæ ſuæ ambulent in via recta, & qui promovet eos eaſque ad matrimonium dum adhuc ſunt prope florem ætatis, (gloſſ. dum adhuc ſunt *parvuli* ſeu iuvenes) de eo ſcriptura dicit Hiob. V. 24. *Et ſcies, quod pax tentorio tuo & viſitabis habitaculum tuum & non peccabis.* Reſpondeo, prope florem ætatis eorum, diverſum facit. (h. e. poſterius effatum priori non eſt contrarium, quia vult ut ad matrimonium promoveantur tum cum nec nimis ſunt parvæ nec nimis adultæ.)

Cap. VI. 4. *Educate eos in diſciplina.*

Kidduſchin f. 29. 1. Tradiderunt Rabbini: Pater tenetur filio ſuo, ut eum curet circumcidi, & ut, (ſi ſit primogenitus) redimat eum (quinque ſiclis,) & ut eum doceat legem & det ei uxorem, & curet eum doceri artem. Aliqui autem dicunt, doceat eum natare in aqua (gloſſ. ne ſi forte navi proficiſcatur, ea faciente naufragium pereat.) R. Judas dicit, quicunque non docet filium ſuum artem aliquam, docet eum latrocinium. Putasne eum latrocinium ſenſiſſe? Non ea eſt mens eius, ſed quod perinde faciat, ac ſi doceret eum latrocinium.

Ibid. f. 29. 2. Notatur ad hæc verba: unde probatur, quod pater teneatur filium ſuum docere legem? Quia dicitur Deut. XI. 19. *Et docebitis ea filios veſtros.* Ubi autem pater

pater alicuius non docuerit eum, tum ipſe tenetur docere ſe, quia ſcribitur: *Et docebitis*. Ipſa autem mater quod non teneatur docere filium ſuum, unde nobis probatur? Quia ſcribitur (in maſculino) *& docebitis* ibid. & Deut. V. 1. Et diſcetis. Quicunque iubetur diſcere, iubetur docere. Quicunque autem non iubetur diſcere non iubetur docere. De illa autem quod non teneatur docere ſe ipſam unde nobis probatur? Deut. XI. 29. *Et docebitis* & V. 1. & diſcetis (in maſculino.) Quemcunque iubentur alii docere, is iubetur docere ſe ipſum, quemcunque autem alii non iubentur docere, is non iubetur docere ſe ipſum. Unde autem nobis probatur, quod alii non iubeantur docere eam? quia dicit textus *& docebitis ea filios veſtros*, non autem *filias veſtras*. Tradiderunt Rabbini: Si pater diſcere, filius autem docere deberet, Pater haberet priores partes filio ſuo. R. Judas dicit: Si filius eius ſit promtus ſeu ſolers (gloſſ. & Pater eius videat, filium ſuum, citius & felicius ſe profecturum eſſe in ſtudio, neque ſuppeterent ei ſufficientes opes, ſi ambo ipſi diſcerent, tum diſcat filius eius, Pater autem eius laboret circa victum acquirendum, ut ſufficere poſſit filio ſuo) & ſale (acris ingenii) conditus, doctrinaque ei, quam diſcit ſit durabilis & conſtans in manu eius, tum filius priores partes

tes habet Patre ſuo &c. . . . . Tradiderunt Rabbini: (Pater tenetur curare) ut filius diſcat legem & poſtea ducat uxorem. Si autem ipſi ſit impoſſibile eſſe abſque uxore, ducat uxorem & poſtea diſcat legem. R. Johannes dixit: Et ſi quis lapidem molarem ſuſpenſum habeat in collo ſuo, tamen operam det legi diſcendæ. (h.e. ſi quis in tenui re conſtitutus uxorem duxerit, neque mediis commodis ad vitam ſuſtentandam inſtructus fuerit, adeo ut uxor ei non minori ſit oneri, quam ſi molarem lapidem de collo ſuſpenſum haberet, tamen operam det legi) Et non disſentiunt inter ſe hi duo. Alterum enim intelligendum eſt de nobis (gloſſ. Babyloniis Judæis, qui ibant & diſcebant Miſchnas Tannæorum in terra Iſraëlis, & ea de cauſa quod diſcerent extra locum ſuum, ideo cura ſuſtentandæ familiæ non iniiciebatur eis). Alterum de illis (in terra Iſraëlis habitantibus, qui diſcebant legem in loco ſuo, talis ſi ducat uxorem, curæ ſuſtentandæ familiæ ei debent eſſe impoſitæ, quæ faciant ceſſare eum) &c. - - - - Prov. XXII. 6. (m) Initiato puerum ſuper ore viæ eius. R. Judas & R. Nehemias diverſimode ſentiunt de hoc loco. Alter dixit:

(m) In *notis* additur כי ידע כמה חוי quis novit qvam diu vivat, ſolemus dicere; *Ars longa vita brevis*. Conf. f. 30. b.

dixit: ab anno decimo ſexto uſque annum vigeſimum ſecundum. Alter autem dixit, ab anno decimo octavo ad vigeſimum quartum. Quamdiu tenetur quis filium ſuum docere legem? Dixit R. Judas dixiſſe Rabum tamdiu ut Zebulonem filium Dan, (diſcipulus aliquis erat, qui vivebat tempore eorum,) quem docuit avus ſuus textum Biblicum & Miſchnam & Gemaram & Aggadoth. Regero ego: tenetur quidem docere eum textum Biblicum, non autem tenetur docere eum Miſchnam. (gloſſ. non incumbit ei debitum filii ſui niſi in textu Biblico, hinc & deinceps ipſe doceat ſeipſum,) Et dixit Raba: per textum Biblicum intelligo legem, (non autem Prophetas & Hagiographa.) Ut Zebulonem filium Dan & non ut Zebulonem filium Dan. Ut Zebulonem filium Dan, quem docuit avus paternus: & non ut Zebulonem filium Dan, quia ſi ibi, tum ſunt textus Biblicus, Miſchna & Gemara, Halachoth & Aggada. Si autem hic, tum eſt textus Biblicus duntaxat. Avus autem quomodo tenetur? Atqui traditio eſt Deut: XI. 19. *Et docebitis ea filios veſtros*: Non autem nepotes veſtros. Verum confirmo ex Deut: IV. 9. *Et nota facies ea filiis tuis, & filiis filiorum tuorum*, quaſi dicatur: quod omni qui docet filium ſuum perinde imputet Scriptura, ac ſi doceret eam & filium eius

&

& filium filii eius uſque ad finem omnium generationum. Ipſum quod dixit, ſimile eſt iſti Doctori Thalmudico? Quia traditio eſt, & docebitis ea filios veſtros, per hoc non intelligerem, niſi filios veſtros. De filiis filiorum ſeu nepotibus unde probatur? quia notanter dicendum erat Deut: IV. 9. Et nota facies ea filiis tuis & filiis filiorum tuorum. Si ſic, quorſum ergo notanter dicendum erat Deut: XI. 19. filios veſtros? ſcilicet, ut ſignificaretur docendum eſſe filios veſtros, non autem filias veſtras. Dixit R. Joſua filius Levi: quicunque docet filium filii ſui legem, ei perinde hoc imputat ſcriptura atque ſi accepiſſet eam e monte Horeb, quia dicitur Deut. IV. 9. & nota facies ea filiis tuis & filiis filiorum tuorum. Et ſcribitur ſtatim poſtea v. 10. Die quo ſtetiſti coram Domino Deo tuo in Horeb. R. Chaja filius Abbæ invenit R. Joſuam, filium Levi, quod iniecerit capiti eius ſindonem. (gloſſ. quia non conveniebat obvelationi capitis niſi tegumentum vulgare, imponebat capiti eius, ne iret aperto ſuo capite & non ſufficiebat, ut obvelaret eum ſudario ipſius; & curabat, ut accederet puer in Synagogam,) Cui dicebatur: quid tantopere? (gloſſ. quia feſtinaverat exire abſque obvelatione convenienti ei) Reſpondebat ei. Num parvum eſt, id quod ſcribitur Deut. IV. 9. *Et nota facies ea filiis tuis.* Et ſtatim

ſtatim coniungitur cum eo v. 10 *die, quo ſtetiſti coram Domino Deo tuo in Horeb.* Hinc & deinceps R. Chaja filius Abbæ non guſtabat mane partem carnis parum aſſatæ, uſque dam curabat legere puerum lectionem textus Hebraici, quem pridie docuerat, ſuperaddita nová lectione. Rabbah bár bar Channæ mane non guſtabat partem carnis parum aſſatæ donec adduceret puerum in ſcholam.

Dixit R. Saphra nomine R. Joſuæ filii Chananiæ: quid eſt quod ſcribitur Deut: VI. 7. ושננתם? Ne legas ושננתם. *Et exacues ea* filiis tuis, ſed ושלשתם, *& in* tria divides ea. Scilicet perpetuo homo in tria dividat annos ſuos. Unum trientem tribuat legendo textui Biblico, alterum Gemaræ, tertium Miſchnæ. Quis nouit quanta ſit vita? Non opus habet diebus hebdomadis. (gloſſ. quaſi dicat bini dies deputenter textui Biblico, bini Miſchnæ & bini Gemaræ, & ſic ſingulis hebdomadibus,) Idcirco vocati ſunt priſci illi סופרים numerantes. 1 Chron. II. v. 55. quia numerabant omnes litteras, quæ ſunt in lege. Nam dicebant Vav maiuſculum in voce גחון Levit: XI. 42 eſſe mediam litteram litterarum omnium legis. Voces דרש דרש Levit: X. 16. eſſe medias eius voces. Verſiculum 13. Levit. XIII. והתגלח eſſe medium omnium verſuum legis.

Digitized by Google

gis. Literam ע in voce מיער Pſ. LXXX. 14. eſſe mediam litteram in Pſalmis. Verſum 38 Pſalmi LXXVIII *& ipſe miſericors propitiabitur* eſſe medium verſum in Pſalmis. Tradiderunt Rabbini: Deut: VI. 7. *& exacues ea*, ſcilicet ut ſint verba legis acuta & cuſpidem habentia in ore tuo, ita ut ſi interrogaverit homo rem, non balbutias dum dicis ei, ſed dicas ei ſtatim, quia dicitur Prov. VII. *Dic ſapientiæ ſoror mea es*, & VII. 9. *alliga ea digitis tuis, inſcribe ea tabulæ cordis tui.* Et dicitur Pſ. CXXVII. 4. *Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filii iuventutis* (gloſſ. quia ut ſagittis aliquis pugnat cum hoſtibus ſuis, ita filii iuventutis h. e. diſcipuli alicuius &c.) Et dicitur Pſ. CXX. 6. *Sagittæ potentis acutæ.* Et dicitur Pſ. XLV. 6. Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent. Et dicitur Pſ. CXXVII. 5. *Beatus vir, qui implevit pharetram ſuam illis, non pudefient, cum loquentur cum inimicis in porta.* Quid eſt cum inimicis in porta? Reſpondit R. Chaja filius Abbæ: Si vel etiam Pater & filius eius, Magiſter & diſcipulus eius qui ſtudent in lege in porta una (h. e. folio libri uno) fiant inimici (gloſſ. quia alteri alter opponunt, & hic non recipit verba alterius) tamen non diſcedit inde, donec fiant iterum amici, alter cum altero, quia dicitur Num: XXI. 14. בסופה Ne legas לסופה, *in Supha*, ſed

 בסופה,

בסופו, *in ſine eius*. (gloſſ. ita expoſuit argute illud ibidem: *librum bellorum*, ſcilicet bellum, quod ſit opera libri legis, amor eſt in fine eius, h. e. bellum tandem deſinit in amicitiam, quod geritur inter duos propter res libri Biblici,) Tradiderunt Rabbini: Deut: XI. 8. ושמתם & ponetis &c. vide ſupra ad 2 Cor. II. v. 16.

Cap. VI. v. 5. *Ne ad iram concitate* (mota æmulatione inter filios.)

Schabbath f. 10. 2. & 11. 1. Traditur dixiſſe Raba filius מחסיא Machſejæ, quod dixerit R. חמא Chama filius R. גוריא Goriæ dixiſſe Rabum, nunquam homo filium ſuum differentem (præſtantiorem) faciat inter filios ſuos. Nam propter pondus duorum ſiclorum melotæ Gen. XXXVII. 3. quam dedit Jacob Joſepho plus quam aliis filiis ſuis, æmulatione proſecuti ſunt eum fratres eius, & cauſam præbuit hæc res poſtea deſcendendi Patres noſtros in Ægyptum.

Ad epiſt. ad Philippenſes.

Cap. II. 9. *nomen ſupra omne nomen.*

Sanhedrin. f. 38. 2. Aggreſſus erat Sadducæus aliquis R. Idithun his verbis: Scribitur Exod. XXIV. 1. Et ad Moſen dixit, aſcende ad Dominum. Dicendum fuiſſet, & aſcende ad me. Cui Sadducæo reſpondit (ille Idithus)

per

per iſtud intelligitur מטטרון Metatron (gloſſ. ipſe dixit, aſcende ad Dominum, cuius nomen eſt, ut nomen Domini יהוה. Idcirco non meminit nominis eius & ſcripſit indefinite,) cuius nomen (gloſſ. שדי in numeris valet 314. totidem valet nomen מטטרון) nomini Domini ipſius geminum eſt, quia ſcribitur Exod. XXIII. 21. *nam nomen meum in medio eius*, Si ita eſt, cultum ei exhibeamus. (n)

Cap. IV. 4. *Gaudete in Domino.*

Hebræi ajunt Schechinah non quieſcere ſuper homines triſtes & melancholicos, ſed ſuper

(n) Vide hæc cum ſeqventibus translata à COCCEJO ad c: IV. §. XI. De מטטרון autem confer. autor *zeror hammor*, qvi alia Cabbalæ methodo nomen Moſe ex hac voce eſt ſcrutatus f. IX, 3. Nomen ſcilicet מ'שה in compendio idem eſſe מטטרון של הגדול. ELIAS in *Thisbi* ad hanc vocem f: LIII. 1. poſt expoſitionem ſuam addit. ושמעתי מהקרדינאל כי מטטור בלשון יון שליח ואולי כן הוא. *Audiviſſe ſe à Cardinale* (diſcipulo ſcilicet iſto ſuo Ægidio Auguſtinjano,) *quod* מטטור *in lingua Javan ſit legatus; Et forte ita eſt.* Conferatur COCCEJUS c. l. BUXTORFFIUS in Lexico ad hanc vocem p. 1191. Et qvi hanc Judaicæ Theologiæ partem prolixiſſime perqviſivit, harum rerum peritiſſimus ſed præmature mortuus. J. J. CRAMERUS in Theologia Iſraelis. P: II. p. 103. ſq. Ut & J. à LENT in Theologia Judaica moderna c: VIII. §. II. p. 244 ſq.

ſuper lætos & alacres. Unde in *Aboth* c. 30 dicitur Spiritum ſanctum qui ob mœſtitiam ſubduxerat ſe a Jacobo, rediiſſe & manſiſſe ſuper eo Gen. XLV. 26. cum renunciatum ei eſt, Joſephum adhuc vivere, eaque de cauſa dici v. 27. Et revixit Spiritus &c. (o)

II.

(o) *Hæc ex Schedis Scheidianis hactenus. Statutum & mihi qvondam fuit ſimilem laborem illuſtrando N. T. impendere. Inprimis ea annotare loca ex ſcriptis Talmudicis decreveram, qvæ facere aliquid poſſunt ad convincendos Judæos & veritates Evangelicas tuendas ex hypotheſibus Judæorum domeſticis. Proferam ſpeciminis loco ex obſervatis meis unicum egregie ex hypotheſibus Judæorum idoneum, ad tollendam difficultatem de tempore Reſurrectionis dominicæ.*

Baba Batra Cap. III. §. 1. Agitur ibi de tempore qvod præſcriptionem reddit legitimam. Conſtituunt hic tres annos integros מיום ליום. Sed (addunt,) R. Iſmael alicubi dicit, ſufficere, ſi â primo anno tres menſes ſint reſidui & de tertio tres menſes elapſi fuerint, modo annus completus in medio ſeu medius numerari poſſit. R. Akibah dicit: ſatis eſſe, ſi menſis unus de anno primo reſtet, itidemqve ab ultimo unus menſis numerari poſſit ויב חדש באמצא modo duodecim menſes ſive integer annus intermedius fuerit. Confer. R. *Obadias de Bartenora* in notis. Hæc melius huc qvadrare videntur qvam qvæ J. LIGHTFOOTUS ad Matth: XII. 40. ex tr: *Schabbath* affert. H. S.

Iſtum b. J. C. Wolfium epiſtolae hujus auctorem eſſe, patet ex thesauro Lacroziano epiſtolico, Tom. II. pag. 212.

II.

Epiſtola ad V. CL.

C. A. HEUMANNUM,

in qva non pauca ex

Theophili ad Autolycum

libris illuſtrantur & vindicantur.

RE&te facis, Vir doctiſſime, qvod in interpretandis emendandiſqve veterum ſcriptis diligenter verſaris. Novum hujus induſtriæ ſpecimen exhibuiſti nuper in limine Tomi IV. Pœciles tuæ, quando conjecturas nonnullas tuas de libro I. Theophili ad Autolycum ex editione, nuperrime a Rev. *Jo. Chriſtophoro Wolfio* curata prodis. Ab hujus lectione cum recens eſſem, fieri non potuit, qvin eo rectius in dijudicandis animadverſionibus tuis verſarer, vel ſaltem verſari mihi poſſe viderer. Patieris itaqve pro humanitate tua, ut, qvæ mihi legenti in mentem venerint, candide hic tecum communicem. In univerſum placuit mihi non vulgaris ingenii vis, nec contemnendus doctrinæ elegantioris apparatus, qvo inſtructus ad hujus generis commentationes accedere conſveviſti. Sed ſimul tamen, qvod pace tua dixerim, ingenio habenas nimis, ut alias, ita nunc qvo-

Digitized by Google

qve laxare viſus es, qvod ipſum eruditos de Te jam pridem monuiſſe non ignoras. Emendationes tuæ tantum non omnes oſtendunt qvomodo veteres illi ſcribere vel potuerint, ſi ita placuiſſet, vel tuo judicio debuerint, non autem; qvomodo re vera ſcripſerint. Hinc Codices vel manu exaratos, vel editos libenter deſeris, ejicis nonnulla invitis omnibus, mutas alia, & variis modis refingis, modo ingenium aliqvem colorem ſuggerat, qvo ad commendandas conjecturas tuas uti poſſis. Habes omnino nonnullos inſtituti hujus auctores, in qvos fortaſſe intueris. Habes *Tanaqvillum Fabrum*, habes eruditiſſimum *Richardum Bentlejum*, qvi ſimili ratione in recognoſcendis veterum lucubrationibus verſati ſunt. Sed habes etiam, qvorum contrario exemplo cavere tibi ab illis prudenter poteras. Neqve enim ignoras, utrumqve Criticorum cordatiorum ſtilo vindice exceptum eſſe, & neutrum eorum emendationes ſuas multis, harum rerum gnariſſimis, approbaſſe. Optandum erat, ut poſt tot alias commentationes, qvas in artis Criticæ incrementum ætas noſtra protulit, exſtaret illa, qvam Cl. *Jo. Clericus* noſtræ ætati proficuam fore recte judicavit, nempe, qvæ *de modo conjecturis imponendo* præciperet. Vide Biblioth. ejus veterem & Novam Tom. VII. p. 296.

Oſtendi

Oſtendi enim, qvod idem monet, poterat, virorum κριτικωτάτων judicio unanimi conſtare, ad conjecturas non deveniendum eſſe, *niſi ubi & MSS. & editi codices eum ſuppeditant verborum ſenſum, qvi nullo modo tolerari poſſit.* Atqve ita ſemper ſtatui, omnem emendationem vel penitus amoliendam, vel ſuſpectam nobis eſſe debere, qvæ, Codicum auctoritate alias deſtituta, in lingvæ rationibus aut maturo mentis judicio certiſſimum præſidium non inveniat. Ubi alterutrum horum vel utrumqve deeſt, & nihil aliud efficitur, qvam ſcriptorem ita ſcribere *potuiſſe*, aut *debuiſſe*, malim in recepta lectione acqvieſcere, & ſagacitatis meæ obliviſci. Num eadem mente ingenioſas tuas, Vir doctiſſime, in Theophilum conjecturas inſtruxeris, manifeſtum nunc fiet, qvando eas ordine, qvod bona tua cum venia fiat, luſtrabimus. Id vero rogatum te vehementer velim, ut recognoſcas mecum tua, non tanqvam à te ſcripta, ſed qvaſi ab alio qvocunqve profecta.

Initio male te habet mala, qvam putas, exordii in duo capita ſeu paragraphos diviſio. Sed non videris, Vir elegantiſſime adſecutus editorum conſilium. Theophilus in limine ſcriptionis ſuæ ſummam exponit ſermonum, qvi ſibi cum Autolyco interceſſerint. Eos itaqve ad duo

capita revocat. Alterum erat εἰδωλομανεία, cujus patrocinium is ſuſceperat: alterum exprobratio nominis *Chriſtiani*, tanqvam in ſe ignominiæ pleni. Poſterius hoc brevibus amolitur Theophilus, in eo ſe omnino gloriari ſimpliciter profeſſus, non alia addita ratione, qvam qvæ ex nominis ipſius origine petitur. Prius vero momentum toto libro I. urget & diluit, vanitatem εἰδωλομανείας ad oculum demonſtrans & qvomodo unus veruſqve DEus cognoſcendus ſit, oſtendens. Vides itaqve, cur Editores Theophili recentiores, Fellum puta, & nuperum Interpretem Anglum, *Joſephum Betty*, duo illa Familiaris colloqvii capita à ſe invicem diſtinxerint, ut ſcilicet Lectori eo rectius conſtaret, de qvibus inter utrumqve actum ſit, & qvæ in poſterum ſint exſpectanda. Atqve id invito S. Patre factum non eſſe fateberis ipſe, ſi obſerves, eundem mutata verborum ratione id non obſcure innuiſſe. Primum enim momentum effert in tempore Præterito per κατέπληξας, alterum in Præſenti per ἔτι δὲ φὴς με. At ſic ſtatuendum, inqvis, fuerit ἀνακόλουθον aliqvod, qvia in ſerie ſermonis non eſt qvidqvam, ad qvod vox ἐπειδὴ referatur. Sed id qvidem offendere te non debebat, qvi non ignoras, hujusmodi ἀνακόλουθα familiaria eſſe ſacris Eccleſiaſticis & profanis ſcriptoribus. Imo po-

namus,

namus, ſublata illa ſectionum diſtinctione τὸ ἐπειδὴ commode cum ſeqventibus connecti poſſe; ne ſic qvidem omne ἀνακόλουθον ex Theophili verbis tolles. Qvando enim is ad alterum caput diſſertationis de nomine Chriſtiani, tanqvam probroſo, reſpondet, ait: Ἐγὼ μὲν οὖν ὁμολογῶ εἶναι χριστιανός. Hic particula μὲν οὖν pro conſveta dicendi ratione poſcit membrum alterum, per δὲ vel ejuſmodi qvid efferendum. Sed nihil tale in ſeqventibus occurrit. Neqve tamen etiam hic deſunt exempla ſimilia Auctorum, qvamvis Camerario aliter viſum ſit. Τὸ μὲν enim ſine conſeqvente δὲ paſſim exſtare idoneis veterum locis oſtendit, ut noſti, *Balthaſar Stolbergius* in Exercitationibus Græcæ Lingvæ p. 87.

Eadem opera phraſin κατέπληξας λόγοις κενοῖς vindicas, pro qva Tigurina & aliæ editiones habent mendoſe κατέπληθας, codex vero Bodlej. in margine ponit κατέπλησας. Atqve hanc lectionem locum habere poſſe Rev. Editor innuit, inprimis ſi ad vocem κενὲς reſpectus habeatur, qvæ magis, ratione notionis ſuæ, ad verbum καταπλήθειν *implere*, qvam καταπλήττειν, *percutere*, *percellere*, qvadrare videatur. Et vel ſic tamen Vir doctus τὸ κατέπληξας reliqvit contextui, in

 qvem

qvem fide Codicis Bodlejani intulerat *Fellus.* Itaqve de hac cauſa facile inter utrumque veſtrum convenerit. Interim phraſis hæc *in tota Graecia*, qvod ais, *non videbitur* cuiqvam *inaudita*, qvi meminerit, Ariſtophanem, qvod Stephanus recte monuit, dixiſſe ἐμπλήθειν λόγων. Pag. 8. l. 7. Cl. Editor pro ἐπεὶ δεῖξον, mavult ſcribere ἐπίδειξον, qvæ emendatio in oculos incurrit, ſi recogitetur ratio pronunciandi veterum, qvibus τὸ ει & ι eodem ſono efferebatur. Tibi placet ἢ ἄνοιξον. Sed vide, qvæſo, qvam longe verba ἢ ἄνοιξον a veteri illa ſcriptione ἐπίδειξον abeant. Si ab ultima ſyllaba diſceſſeris, nihil inter utramque phraſin eſt commercii. Et nonne frigide dicitur: ἄνοιξον τοὺς ὀφθαλμοὺς βλέποντας, & ἄνοιξον ὦτα ἀκούοντα, Oculi enim videntes & aures audientes non aperiuntur, ſed apertae jam ſunt. Nihil firmat ſententiam tuam, qvod paulo poſt commemorantur ὀφθαλμοὶ ἀνεῳγμένοι. Hæc enim φράσις oſtendit tantum, quid ſibi voluerit paulo ante Theophilus, qvando ἐπίδειξιν oculorum videntium & aurium auſcultantium urgebat. Inſtas, addendum ſaltem verbo ἐπιδεικνῦναι fuiſſe τὰ μοι. Sed non recogitabas, dum hæc ſcriberes, Divum Paulum voce δεικνῦναι uſum

eſſe

eſſe ſine addito μοι 1 *Tim.* VI. 15. ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης. Et, qvod plus valet, Theophilus noſter infra §. 4. ſimiliter ſine μοι ſcribit: δεῖξον οὖν καὶ σὺ σεαυτόν. Cauſa quoque in promtu eſt, cur Theophilus illud μοι hic omiſerit, qvod paulo ante verbo ſimplici δεῖξον junxerat. Nempe ἐπίδειξις oculorum videntium non ad Theophilum pertinebat, ſed ad res in proprium Autolyci uſum contemplandas. Si qvid mutandum hic fuerit, qvod neceſſe non eſt, pro ἐπεὶ malim legere ἔπειτα δεῖξον. Ita propius acceditur ad veterem ſcripturam, qvam ſubſtituto illo tuo ἢ ἄνοιξον.

Pag. 10. l. 9. pro οὕτως ἔχοι ἂν legere geſtis οὕτως ἔχει, & exempla deſideras, qvibus conſtet, *Græcis ita loqvi moris eſſe.* Eqvidem hoc in te magnopere miratus ſum, qvi ignorare non potes, τὸ ἂν ut plurimum cum modo potentiali apud Græcos conſtrui, imo in ejusmodi orationis ſerie, qvæ hic occurrit, conſtrui debere. Stephanus, ad qvem conſulto freqventer provocas, recte obſervavit, τὸ ἂν, conjunctionem interdum *potentialem* eſſe, interdum *expletivam.* Si *potentialis* eſt, reqvirit omnino ſubjunctivi vel medii verbi formam. Exempla non afferam, qvæ ex ſacris *Eraſmus Schmidius* in Concordantiis, ex profanis

profanis *Stephanus* copioſe produxit. Id tantum oſtendendum mihi ſumam, τὸ ἂν hic *potentialem* habere nationem. Ea ſcilicet occurrit, qvoties, ut alia taceam, innuitur, aliqvid hoc illove modo comparatum eſſe *poſſe* aut *debere*. Jam vero Theophilus hoc loco incitare vult Autolycum, ut oculis mentis utatur, prout decet & fas eſt. Hoc fine oculos corporis & mentis ſeu intellectum inter ſe comparat. Illos ait recte comparatos eſſe debere, nec vitio corruptos, qvi recte res intueri cupiant: hos autem, nempe mentis, itidem liberos eſſe debere à peccatis. Vides itaqve, Theophilum non ſimpliciter inſtituere comparationem inter utriuſqve generis oculos, ſed oſtendere, qvomodo in utrorumqve uſu verſari qvis *poſſit*, imo *debeat*. Propterea, poſt comparationem hanc propoſitam diſerte p. 12. ait: οὕτω δεῖ τὸν ἄνθρωπον ἔχειν καθαρὰν ψυχήν. Similis loqvendi ratio ſe probavit noſtro p. 22. §. VII. οὕτως ἔχοι ἂν καὶ τὸν θεὸν μὴ δύνασθαι ὁραθῆναι ὑπὸ ὀφθαλμῶν ἀνθρωπίνων. In qvibus verbis cum alia tibi diſpliceant, de qvibus paulo poſt videbimus, eam tamen lectionem intactam recte relinqvis. Non video, qvid pro aſſerenda ſententia tua afferre poſſis, niſi forte τὸ ἂν expungendum eſſe cenſeas. Cave

autem,

Digitized by Google

autem, Vir eruditiſſime, ut particulæ innoxiæ manus inferas, qvam contextus ſermonis ſibi ſatis vindicat, a Codicibus omnibus & editionibus receptam. Sed, ais, p. 8. itidem legi οὕτως ἔχει. Enimvero longa alia eſt iſtius loci ratio. Ibi enim nec τὸ ἂν legitur, nec modus potentialis locum habere poteſt, cum ibi Theophilus ſimpliciter neget, rem, de qva agitur, ita ſe habere. οὐ γὰρ, ὡς σὺ ὑπολαμβάνεις, χαλεπὸν εἶναι τοὔνομα τοῦ θεοῦ, οὕτως ἔχει.

Pag. 12. l. 15. pro οὐ φθονερὸς, ἢ οὐκ ἀλαζὼν reſcribere, invitis Codd. omnibus, libet, εἰ οὐ φθονερὸς, εἰ οὐκ ἀλάζων (ἀλαζὼν) Provocas ad longam anaphoram hic Theophilo receptam, & propterea dubitas, an huic emendationi qviſqvam ſit refragaturus? Patere tamen, ut ipſe refrager. Locum integrum, ut candide tecum agam apponam. Δεῖξον οὖν καὶ σὺ σεαυτὸν, εἰ οὐκ εἶ μοιχὸς, εἰ οὐκ εἶ κλέπτης, εἰ οὐκ εἶ ἅρπαξ, εἰ οὐκ εἶ ἀποστερητὴς, εἰ οὐκ εἶ ἀρσενοκοίτης, εἰ οὐκ εἶ ὑβριστὴς, εἰ οὐκ εἶ λοίδορος, εἰ οὐκ εἶ ὀργίλος, οὐ φθονερὸς ἢ οὐκ ἀλαζὼν, εἰ οὐχ ὑπερόπτης, εἰ οὐ πλήκτης, εἰ οὐ φιλάργυρος, εἰ οὐ γονεῦσιν ἀπειθὴς, εἰ οὐ τὰ τέκνα σου πωλεῖς. Video hic ſane anaphoram ſæpe repetitam, ſed video

video etiam non unam ejus varietatem. In primis enim ſententiis S. Pater repetit formulam εἰ οὐκ εἶ, in ultimis εἰ οὐ vel οὐκ, ſine verbo εἶ. In una media εἰ οὐκ εἶ ὀργίλος, οὐ φθονερὸς ἢ οὐκ ἀλαζὼν, etiam omittit particulam conditionalem εἰ. Jam ſicut pateris, ut in ultimis commatibus verbum εἶ, ſalva anaphora, omittatur, cur tibi, Vir eruditiſſime, non videtur ferendum, ut in media illa ſententia εἰ οὐκ εἶ ὀργίλος, οὐ φθονερὸς, ἢ οὐκ ἀλαζὼν, duo prædicata φθονερὸς & ἀλαζὼν primo illi ſine εἶ jungantur? Fortaſſe oſtendero ſatis, qvam Theophilus hujus mutationis habuerit cauſam? Videbatur ipſi repetitio phraſeos εἰ οὐκ εἶ, vel εἰ οὐκ nimis multiplicari & tædio eſſe poſſe lectori. Itaqve conſulto mutavit orationem, qvæ jam ſatis & elegans & efficax erat. Imo in hac, de qva agimus, ſententia tria prædicata, (liceat ita loqvi) conjungit, qvæ ratione ſignificatus ſui ſibi ſunt affinia, & ſecum invicem ut plurimum conjuncta. *Iracundia* enim, *invidia* & *arrogantia* ſe invicem vel excipiunt, vel comitantur. Deniqve vel tota hæc periodus phraſin, cum qva incepit, εἰ οὐκ εἶ, exhibere debet, (qvam tamen ipſe non urges) vel reliqvæ varietates tanqvam genuinae Auctori ſuo ſunt relinqvendæ. Vides itaqve, hanc emen-

emendationem non *adeo in promtu eſſe*, qvam qvidem tibi perſvaſum habuiſti.

Pag. 16. l. 8. in locum iſtum inqviris: Κύριον ἐὰν εἴπω ἑαυτὸν λέγω, κριτὴν ἐὰν εἴπω, δίκαιον αὐτὸν λέγω, πατέρα ἐὰν εἴπω, τὰ πάντα αὐτὸν λέγω. Initium ejus Codex *Bodlejanus* ita repræſentat: κύριον ἐὰν εἴπω, κριτὴν αὐτὸν λέγω. Hanc lectionem rejicit *Wolfius*, tanqvam qvæ per proxime ſeqventem: κριτὴν ἐὰν εἴπω ſtare non poſſit. Tu vero ipſam illam tueris, addita hac ratione: *Scilicet unusqviſqve dominus ſuorum eſt ſervorum judex.* Fateor, de Domino hoc dici poſſe, ſed non video, qvod hæc notio ſit primaria illa, qvæ nomine κυρίου ſeu *Domini* proxime, & ita inferatur, ut Theophilus de ea inprimis cogitaſſe videri poſſit. Id enim video agere Theophilum in ceteris Nominum divinorum expoſitionibus, ut ad ſignificatum, primo intuitu obvium, reſpiciat. Ita *Judicis* nomen ad juſtitiam, *ignis* ad iram refert. Qvid præterea id ſibi vult, qvod, poſita illa lectione, Theophilus vocem κύριος per κριτὴν, hanc vero per δίκαιον interpretatus cenſeri debeat? Nonne ſic obſcurum κύριος per æqve obſcurum κριτὴς, qvippe qvam ſtatim exponere neceſſe habebat, explicaſſet, atqve ita explicaſſet, ut pateat, expoſitionem vocis κριτὴς

per

per *juſtitiam* ad eam (κριτὴς) omnino & proxime, non vero item ad κύριος qvadrare? Itaqve huic lectioni inſiſtere non licet, qvæ nata videtur ex voce κριτὴς ſtatim ſeqvente, qvam librarius, plura uno impetu legendo vel audiendo complexus, in locum alienum, qvi mos freqvens eſt, intruſit. *Fellus* ex Codice Bodlej. lacunam, qvæ poſt verba: κύριον ἐὰν εἴπω, in reliqvis editionibus exſtat, ſupplevit per: ἑαυτὸν λέγω. Sed eam lectionem *Wolfius* non invenit in Collatione a Cl. *Schelgvigio*, (non ab ipſo, ceu ſcribis,) cum membranis Bodlejanis inſtituta. Itaqve, ubi Codices deſerunt, ingenio plus licet. Hinc *Wolfius* legendum cenſuit τὸν ὄντα αὐτὸν λέγω, qvod & aliis & nobis ſe probare non diffiteor ob eas rationes, qvas idem in notis attulit. Atqve id qvidem propterea hic obſervo, qvod in animadverſionibus tuis mones, *Wolfium* nulli ſententiæ ſubſcribere. Ponamus, codicem *Bodlejanum* legere, prout Fellus exhibuit, ἑαυτὸν λέγω, poſſet meo judicio lectioni illi non exigua veri ſpecies conciliari, inprimis, ſi Theophilum Hebraicæ lingvæ non ignarum fuiſſe credamus. Nonnullorum enim judicio Hebraicum אוה i.e. αὐτὸς *Ille* de DEo inſtar nominis, ipſi proprii, adhiberi multis viſum eſſe non ignoras. Lege, ſi

placet,

placet, *Gatakerum* de Stylo Novi Teſtamenti, qvamvis ab illis diſſentientem, &, qvi illis adſtipulatur, *Meinoldum Bœſeken* in Biga diſſertationum Philologicarum p. 52. Loca, qvibus hic pro ſua ſententia utitur, præcipua ſunt *Jeſ.* XLIII. 13. XLVIII. 12. LIII. 4.5.7. *Jer.* X. 9. 20. &c. Sed in his non hærebo diutius.

In eodem loco, Vir doctiſſime pro verbis: πατέρα ἐὰν εἴπω, τὰ πάντα αὐτὸν λέγω, legi vis: ἀγαπῶντα αὐτὸν λέγω, qvia ſcilicet *amor* paternus ſit affectus, & Theophilus ob oculos habuiſſe videatur loca *Joh.* III. 35. X. 17. XIV. 13. &c. Addis, voces τὰ πάντα majuſculis literis ſcripta, ubi Γ facile tranſeat in Τ, facili errore ex voce ἀγαπῶντα naſci potuiſſe. Non diſputabo nunc, qvam facile hoc fieri potuerit. Adſcribam utramqve lectionem literis majuſculis ΑΓΑΠΩΝΤΑ & ΤΑΠΑΝΤΑ, & lectori relinqvam judicium, qvi fortaſſe non exiſtimabit, ex ΑΓΑ, ubi prima litera Α ſpiritu leni in MSS. inſtruitur, tam facile τὸ Τ â librario effingi potuiſſe. Sufficit veri eſſe ſimilius, Theophilum, hic de DEO *Patre* cogitantem, magis reſpexiſſe ad originem rerum *omnium*, qvæ ipſi ut conditori & *Patri omnium* debeatur, qvam ad *amorem*, qvo proſeqvi ſoleat *ſuos*. Ita omnino Paulus vo-

cem πατὴρ, ubi de DEo loqvitur, cum hac notiore diſerte conjungit 1 *Cor.* VIII. 6. Ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν. Et qvid ſi ad hunc locum reſpexerit Theophilus? Non jam urgebo, Gentiles qvoqve, qvorum unus erat Autolycus, Deum nunc Πᾶν nunc πατέρα ἀνδρῶν τε θεῶν τε appellaſſe. Præſtat ſane, vocem τὰ πάντα tantiſper retinere, dum vel unus Codex ingenio ſuccurrat.

Pag. 22. l. 9. ita Theophilus: οὕτως ἔχοι ἂν καὶ τὸν θεὸν μὴ δύνασθαι ὁραθῆναι. Pro his reponis iſta, Vir doctiſſime: οὕτως καὶ τὸ θεῖον μὴ δύναται ὁραθῆναι. Qvo jure, qvæſo, phraſin ἔχοι ἂν expungis? Eſtne hæc phraſis non Græca ſatis? An eodem modo, ut alios taceam, noſter ſupra loqvitur p. 19. l. 9. οὕτως ἔχοι ἂν καὶ περὶ τὰ ὦτα τῆς καρδίας, τοῦ δύνασθαι θεὸν θεάσασθαι. Cur igitur hic pro infinitivo poni jubes μὴ δύναται. At, inqvis, ſeqvitur: διὰ δὲ τῆς προνοίας καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ βλέπεται καὶ νοεῖται. Itane vero non licet ab infinitivo tranſire ad orationem rectam, qvæ per particulam δὲ, διὰ δὲ τῆς προνοίας, à ſuperiore ſatis diſtingvitur? Vide, ſodes, in qvas te ambages, & difficultates conjicias. Expungis phraſin

phraſin ἔχοι ἂν, noſtro admodum familiarem; τὸν θεὸν refingis per τὸ θεῖον, qva voce alias non video uti noſtrum, qvamvis uti potuerit; mutas deniqve τὸ δύνασθαι in δύναται.

Pag. 26. l. 9. in verbis ἀλλὰ εἰς τὸ ἔχειν τὸν ἄνθρωπον, τήν τε πρόνοιαν, ἣν ποιεῖται ὁ θεὸς, mutas receptam interpunctionem, & legi jubes: ἀλλὰ εἰς τὸ ἔχειν τὸν ἄνθρωπον τήν τε πρόνοιαν, ἣν &c. atqve ita vertis: *ut homo habeat victum.* Itaqve voces τήν τε πρόνοιαν &c. non putas pendere ab antecedente phraſi: κατανόησον, ὦ ἄνθρωπε, τὰ ἔργα αὐτοῦ, καιρῶν μὲν κατὰ χρόνους ἀλλαγὴν, καὶ ἀέρων τροπὰς, στοιχείων τὸν εὔτακτον δρόμον κ. τ. λ. ſed à verbis proximis ἀλλὰ εἰς τὸ ἔχειν τὸν ἄνθρωπον. Hoc ut obtineas, voci πρόνοια novum ſignificatum *victus* tribuis, qvem fruſtra in Græcis Scriptoribus reqvires, imo, qvi huic loco vindicari nullo modo poteſt. Sic enim Deus dici debebat πρόνοιαν ποιεῖσθαι h. e. *victum parare*, qvod non magis Græcum eſt, qvam πρόνοιαν ἔχειν, *victum habere.* At Theophilum ais paulo poſt ſe ipſum ita explicare, Reſpicis procul dubio ad phraſin: ἣν ποιεῖται ὁ θεὸς ἑτοιμάζων τροφὴν πάσῃ σαρκί. Sed

ipſum illud ſententiam tuam, Vir doctiſſime, deſtruit. Qvid enim hoc eſt dicere: *ut homo haberet victum, qvem parat Deus, omni carni cibum ſuppeditans?* Agnoſcis ne hic frigidam ταυτολογίαν; Nonne viciſſim omnia prono alveo fluunt, ſi ita ſententiam S. Patris inſtruas: (conſidera) *providentiam, qvam exercet DEus cibum parans omni carni, itemqve ſubjectionem, qvam conſtituit Deus, ut omnia humano generi parerent.* Ex his ſimul tibi conſtabit, phraſin ἦν ὥρισεν præter rem ita a Te refictam eſſe, ut legi debeat: ἢ ὥρισεν. Reſpicit Theophilus ſubjectionem animalium brutorum ſub dominium hominis, diſerto Dei mandato conſtitutam, *in fine*, ut ipſis obnoxia eſſent. Ita non neceſſe eſt, qvod nec fieri per Græcæ Lingvæ rationes poteſt, ut vox ὑποταγὴ per *obedientiam*, ceu tibi viſum eſt, convertatur. Sed novam hanc notionem procudere debebas, ideo, ut vox ὑποταγὴ ad verbum ἔχειν, qvo tamen nullo pacto pertinet, referri poſſet. Nam & ὑποταγὴ illa ſeu ſubjectio, divino mandato nixa, inter diſtincta illa membra a Theophilo numeratur, qvæ hominem conſiderare fas ſit. Qvi totam periodum legerit, certiſſime mecum ſentiet.

Pag. 32. l. 20. pro ἀλλὰ ἀπιςεῖς legis: ἀλλ' εἰ ἀπιςεῖς. Tolerari hoc poterat. Sed,

qvæ

qvæ mea eſt hæreſis, nihil & hic mutandum cenſeo, ubi recepta lectio ſenſum non modo tolerabilem, ſed & cum efficacia fundit. Alloqvitur Autolycum Theophilus ita: *ἀλλὰ ἀπιστεῖς νεκροὺς ἐγείρεσθαι. ὅτι ἔσται τότε πιστεύσεις θέλων καὶ μὴ θέλων.* *Tu vero non credis, mortuos reſurgere: ubi res evenerit, nolens volens credes.* Interpres Latinus, qvem objicis, vertit qvidem: *ſi nunc parum credis*, &c. Sed hinc non conſeqvitur, interpretem τὸ εἰ in Græco vel inveniſſe, vel illi reſtituendum putaſſe. Senſum ille reddidit, atqve hoc ſibi putavit ſufficere. Unde nec *Wolfius* in verſione qvicqvam mutavit.

Pag. 36. l. 1. Theophilus ita: *Εἶτα πιστεύεις, τὰ ὑπὸ ἀνθρώπων γινόμενα ἀγάλματα θεοὺς εἶναι, καὶ ἀρετὰς ποιεῖν. τῷ δὲ ποιήσαντί σε θεῷ ἀπιστεῖς δύνασθαι σε καὶ μεταξὺ ποιῆσαι.* Pro μεταξὺ legis: μείζω, hoc ſenſu: *credis Deos Ethnicos* ἀρετὰς ποιεῖν, *magna & mira edere ſolere opera: at DEum illum verum non credis etiam majora efficere valere.* Hic primum ex contextu particulam σε expellis, deinde vocem μείζω infers, qvæ alteri illi μεταξὺ non adeo ſimilis eſt, ut cum ea à librario facile permutari potuerit. Eadem vero opera infringis vim argumenti, a Theophilo allati, & ſcopum deſeris, qvem ſibi

 habebat

habebat propoſitum, Theophilus reſtitutionem corporum perſvadere volebat Autolyco. Itaqve ſic rem inſtruit: *Tu credis, deorum ſimulacra, ab hominibus fabrefacta, deos eſſe, & mira edere opera: nec tamen credis, Deum, qvi te condidit, te ipſum, interjecto tempore, refingere poſſe.* Vides, Vir oculatiſſime, nervum argumenti in eo repoſitum eſſe, qvod, qvi hominem jam ſemel & antea condidit, idem eundem repetita vice formare, & ex pulvere priſtino revocare poſſit. Hoc ait Theophilus facilius admitti & recipi poſſe, qvam credi, ſimulacra ab hominibus formata Deos eſſe, & ἀρετὰς ποιεῖν. Itaqve hic non tam ad ἀρετὰς deorum, qvos venditabant Gentiles, reſpicitur a Theophilo, qvam ad humanam eorum originem, qva non obſtante Gentiles divinum numen illis tribuebant, reſuſcitationem corporum pertinaciter & ſtulte negantes. Nihil video, qvod in Wolffii verſione, τὸ μεταξὺ πλῆσαι per *reſtituere* interpretantis, offendere te poſſit, niſi forte dubites, vocem μεταξὺ per *poſtea*, vel *interjecto tempore*, reddi poſſe. At eundem ſignificatum vox μεταξὺ præfert *Act.* XIII. 42. ubi conferes, ſi placet, *Jo. Boiſii* Collationem Veteris Interpretis cum Beza & aliis. *Heſychius* qvoqve τὸ μεταξὺ explicat per ἐξαίφνης (Boiſius hic legi vult ἑξῆς) μετ' ὀλίγον, ἀνὰ μέσον.

Pag.

Pag. 64. l. 11. ἀποδιδὺς ἑκάςῳ κατὰ ἀξίαν τῶν μισθῶν. Hic τὸν μισθὸν legendum eſſe adeo confidenter affirmas, ut errorem, qvem putas, non tam librariis, qvam typothetis cenſeas adſcribendum. Interim MSS. & editiones omnes hanc lectionem tuentur. Jam vero ita ſentio, ubi emendatio aliqva maxime obvia eſſe videtur in loco, qvem codices aliter, ſed conſtanter, exhibent, ibi emendationem illam ſuſpectam maxime habendam eſſe, & cogitari potius de eo debere, qvæ forte cauſa ſit, cur Scriptor ea ratione mentem expreſſerit. Hoc præſtructo non vereor affirmare, Theophilum omnino ſcripſiſſe hic τῶν μισθῶν, ſubintellecta ſcilicet vocula τι. Eam vero in phraſibus Græcis paſſim omitti non ignoras. Exempla habes apud *Lamb. Bos* de Ellipſi Græc. Lingvæ p. 195. & alios, qvos *Wolfius* noſter attulit ad Centuriam Epiſtolarum Libanii p. 20. D. Lucas Act. XXVII. 36. καὶ αὐτοὶ προσελάβοντο τροφῆς. Vides ibi Genitivum verbo προσλαμβάνεσθαι junctum. Hoc vero poſtulat Accuſativum, qvi ibidem occurrit v. 33 μηδὲν προσλαβόμενοι. Itaqve in priore ſtructura τὸ τι neceſſe eſt ſubintelligi. Similiter Theophilus hic ita capiendus eſt, ac ſi ſcripſiſſet: ἀποδιδὺς ἑκάςῳ κατὰ ἀξίαν τῶν μισθῶν τι. Atqve ita conſulto eum

Digitized by Google

ſcripſiſſe, addita phraſis κατὰ ἀξίαν evincit. Diverſa ſcilicet diverſorum merita, ex gratia compenſanda hic memorantur. Hujus diverſitatis ratione habita ſingulis præmiorum *aliqvid* largitur Deus, qvod meritis eorum ſecundum gratioſam Dei promiſſionem reſpondet.

Addis deniqve his emendationem loci ex lib. II. p. 188. Is ita habet: ὃ οὖν ἑαυτῷ περιεποιήσατο ὁ ἄνθρωπος δι' ἀμελείας καὶ παρακοῆς, τοῦτο ὁ Θεὸς αὐτῷ νυνὶ δωρεῖται διὰ τῆς ἰδίας φιλανθρωπίας καὶ ἐλεημοσύνης, ὑπακούοντας αὐτῷ ποιῶν τοὺς ἀνθρώπους. Ibi voculam negantem excidiſſe putas, ita reſtituendam: ὃ οὐχ ἑαυτῷ περιεποιήσατο ὁ ἄνθρωπος &c. ſententiam ita reddis: *Qvod homo, dum negligens & inobediens fuit, ipſe ſibi non comparavit, id ei nunc Deus donat pro ſumma ſua erga hamanum genus benevolentia & miſericordia.* Specimen habet hæc conjectura, ſed non talem, qvæ aſſenſum omnino extorqveat. Theophilus hic opponit ſibi invicem ea, qvæ homo ſibi liberi arbitrii abuſu mala conciliarit pro bonis, &, qvæ Deus ipſi ex gratia largiatur bona, ſpeciatim immortalitatem, conceſſa ſcilicet facultate præceptis divinis obediendi. Hanc eſſe mentem S. Doctoris, patet ex proxima ſententia: καθάπερ γὰρ

παρα-

παρακούσας ἄνθρωπος θάνατον ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο, οὕτως ὑπακούσας τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ ὁ βουλόμενος δύναται περιποιήσασθαι ἑαυτῷ τὴν ζωήν. Vides hæc verba prioribus ita ſubjuncta, ut illis ſimul lucem affundant. In prioribus generatim monet Theophilus, hominem ſibi *incuria* (ita enim in verſione Latina legendum eſt) *& inobedientia ſua* mali qvid, nempe *mortem*, de qva paulo ante locutus erat, accerſiviſſe, qvod nunc ex gratia illi condonet Deus, mediumqve ſuppeditet, vitam ſibi comparandi. Utrumqve membrum diſertius in ſeqventi periodo explicat *mortem* iterum commemorans, qvam ſibi contraxerit, & medium ſignificans; nempe obedientiam, ſeu legitimum liberi arbitrii uſum, qvo, ex Theophili ſententia, vitam ſibi conciliare per Dei gratiam poſſit. Hic velim inprimis obſerves ultimam phraſin: δύναται περιποιήσασθαι ἑαυτῷ τὴν ζωὴν αἰώνιον. Eadem uſus & ante erat S. Pater, cum de morte ab homine ſibi conciliata loqveretur: eadem utitur nunc iterum, ut eo rectius appareret oppoſitio inter *malum*, qvod ſibi paravit homo, & *bonum*, qvod nunc per Deum comparare poſſit. Ex qvo ſimul manifeſtum eſt, in verbis illis: ὃ οὐκ περιεποιήσατο (ὁ ἄνθρωπος) non loqvi Theophilum de *bono*, qvod ſibi *non* compararit

homo, cum potuiſſet, ſed de *malo*, qvod ſibi intriverit. Itaqve particula negandi οὐ excludenda fuiſſet, ſi in textu exſtitiſſet; tantum abeſt, ut invitis Codicibus & verſionibus omnibus in illum inferri debeat. Propterea & laudatus ſupra Interpres anglicanus p. 205. recte ſententiam illam repræſentat qvam huc uſqve expoſui. Inſtas, Vir doctiſſime, *inficete dici Deum donare homini mala illa, qvæ ipſe inobedientia meruerat?* Nihil hic video inficeti, modo phraſis recte capiatur. Δωρεῖσθαι & *donare* idem hic eſt, qvod Latini alias dicunt *condonare.* Sic *Cicero* dixit *donare inimicitias*, & Lucanus: *nefas donare.* Simili ratione S. Paulus Coloſſ. II. 13. Deum ait χαρίσασθαι τὰ παραπτώματα, ad qvem locum velim compares *Grotii* notas. Senſus itaqve eſt, Deum condonare homini crimen promeritasqve poenas, qvas ſibi negligentia contraxerat. Hæc phraſis certe æqve tolerari poteſt, & in commodum flecti ſenſum, qvam illa, Vir doctiſſime, qvæ per emendationem tuam infertur. Per eam enim homo dicitur οὐ περιποιήσασθαι ἑαυτῷ δι' ἀμελείας καὶ παρακοῆς. Inficete mihi qvidem qviſqvam videtur dici per negligentiam ſuam aliqvid non comparaſſe.

Non felicius ex ſeqventibus ejicis vocem ὁ βουλόμενος in hac ſententia: οὕτως ὁ

ὑπα-

ὑπακούσας τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ ὁ βουλόμενος δύναται περιποιήσασθαι ἑαυτῷ τὴν αἰώνιον ζωήν. Quo jure id facias, nec dicis ipſe, nec ego agnoſco, ſed omni pignore auſim contendere, eam à Theophilo profectam eſſe. Urget ille inprimis pro opinione ſua in ſuperioribus liberi arbitrii uſum genuinum, quo homo immortalitatis capax fieri poſſit. Deinde ait, Deum homini hanc facultatem conferre, ut obſequatur præceptis ſuis, hoc eſt voluntate ſua recte utatur. Quid igitur magis ad ſcopum Theophili facit, quam ut denique doceat, hominem, qui pro viribus à Deo donatis *voluntate* ſua recte utatur, vitæ æternæ fore participem.

Ex his itaque, Vir doctiſſime, patebit Tibi, ni fallor, conjecturas illas tuas, quibus præ ceteris multum tribuis ita comparatas eſſe, ut reliquis vel incertiores ſint, vel illis ſaltem ſimiles.

In calce Epiſtolæ tuæ, Vir eruditiſſime, p. 512. Judæum quendam Conimbricenſem Ex-Chriſtianum affers à *Cujacio* Obſervatt. Lib. IX. c. 17. memoratum, & a *Wolfio* in horum hominum indice Tom. II. Biblioth. Hebr. p. 1108. omiſſum. Quis ille ſit, ſcire cupis, quod *Wolfius* ipſe procul dubio in Supplemento hujus operis, quod cum maxime

xime parat, aliquando docebit. Inter eos *Jo. Bodinum* numerandum fuiſſe exiſtimas. Qua in re, meo judicio, falleris. Wolfii enim inſtitutum fuit, eos tantum recenſere, qui, ſuſcepto circumciſionis ſignaculo, Judaiſmum aperte ſunt profeſſi. Talis vero non fuit Bodinus, ſed in eorum potius loco habendus, qui alias *Judaizantes* appellantur, quos *Wolfius* p. 1110. diſerte à prioribus illis diſtinguit. Lege interim, ſi lubet, quæ de judaizante Bodini animo commentantur *Schudtius* in Memorabilibus Judaicis Tom. I. p. 124. *Pet. Baelius* in Dictionario Hiſtorico-Critico Tom. I. & noviſſime Rev. *Henr. Scharbau* in Judaiſmo Detecto pag. 36. ſqq.

Ita Vale, Vir clariſſime, & rem literariam Doctrina & ingenio ornare perge.

Dat. è Muſeo X. Kal. Junias

An. cIↄ Iↄcc xxv.

Digitized by Google

III.
SIXTI CHRISTIANI LIPENII (a)
ad V. Cl.
JACOBUM de MELLE
Epiſtola,
de Harmonia lingvarum diverſarum
itemqve de Ablativo caſu Græcorum exponens.

Ex autographo.

Vir plurimum Reverende, Præclariſſime atqve Humaniſſime, Fautor ſingulariter honorande.

QVemadmodum Virorum doctorum conſuetudo ſemper illis magnum commodum afferre ſolet, qvibus tali ſæpius

---

(a) Multorum adhuc memoria celebrantur merita Viri hujus doctisſimi, in Athenæum noſtrum collata, qvi Patre MARTINO LIPENIO, ConRectore Lubecenſi & Polyhiſtore celeberrimo, an. 1664. natus, cum *Sub-Rectoris* munus, qvod 1693. d. 26. Jan. ſuſcepit, ſumma cum dexteritate ac fide gesſiſſet, an. 1708. d. 16. Mart. decesſit. Conſ. *Nov. Liter. Maris Balth. & Septentr.* 1708. menſ. April. p. 94. nec non *Athen. Lubec.* Pt. III. p. 450. ſq. & Pt. IV. p. 517. ſq. Græcarum inprimis literarum cognitione haud proletaria eundem inſtructum fuiſſe, epiſtola, qvam exhibemus, loqvitur.

Digitized by Google

ſæpius perfrui contingit; ita & me felicisſimum ex eo tempore reputavi, qvo ad Te familiariter accedendi mihi facta eſt copia: qvandoqvidem ego qvoqve ex converſatione ejusmodi uſum hunc percepi ſingularem, qvod nunqvam vacuus â Te diſceſſerim; atqve tempus amica collocutione transactum, rectisſime ſemper collocatum eſſe, abunde cognoverim. Cumqve ego diu mecum deliberavi, qvo pacto tecum vicisſim aliqvid, ſi non ſatis politum, at certe haud injucundum, communicarem; occurrit mihi iſta materia, de qva nuperrime paucis diſſeruimus, ubi vocabulorum ſcitam in diverſis lingvis convenientiam Tibi perplacere ſignificaſti. Qvæ verborum harmonia (b) cum me ipſum

(b) De Harmonia Lingvarum, pluriumqve earundem vocum inter ſe, extant labores *Thom. Hayne*, *Chriſtiani Nirmuthani*, *Georg. Crucigeri*, *Conr. Gesneri*, *Sigism. Gelenii*, *Merici Cauſaboni* & *Steph. Skinneri*, qvas recenſet Vir ſummus GEORG. DAN. MORHOFIVS in *Polyhiſt. Literar.* Lib. IV. cap. III. §. 8. p. 26. ſq. Ineditum vero & MStum opus GVIL. LAMPLVGH *de Harmonia lingvarum*, Buxtorffii Lexico Hebraico manuali Baſ. 1619. impreſſo additum, qvo vocabula Latina, Græca, Anglica cum Hebraicis vocibus conferuntur, in Bibliotheca Bodlejana Oxonii aſſervatur inter codices à *Gvil. Laud*, Archi-Epiſc. Cant. donatos A, 328. 329. prouti memoratur in *Catal. Mſſ. Angliæ & Hiberniæ* Tom. I. Pt.

Digitized by Google

ipſum etiam mirifice delectet, ac qvædam illius generis olim mihi collegerim; ſupellectilem illam qvalemcunqve perluſtrans, (ubi ex mœrore graviſſimo paululum reſpirare licuit,) nonnulla depromſi, qvæ tuis oculis curioſis ſubjicere conſtitui, iſtiusqve rei æqvum arbitrum certiſſime exſpecto. Accipe igitur ab animo Tibi devinctiſſimo non omnia, qvæ obvenerunt, ſed paucula tantum, eaqve forte ſelectiſſima: qvorum collectio ſi Tibi non improbari â me intelligetur, horulam his conqvirendis impenſam non male transmiſſam eſſe arbitrabor.

Seqvi-

Pt. I. p. 46. Nec mirum eſt, Hebraicae lingvæ harmoniam ſatis illuſtrem cum aliis deprehendi, cum ex illa tanquam ſtirpe primæva reliqvæ ſint oriundæ, adeo ut *prima lingvarum ſemina, qvantum per Babelicam confuſionem fieri potuit, ad Ebraiſmum citato qvaſi curſu regrediantur*, aſſerente V. E. LÖSCHERO de *Cauſis L. E.* lib. I. cap. III. §. VIII. p. 26. Multa huc ſpectantia congesſit celeberr. HENR. MVHLIVS in Diſſ. *de Origine Lingvarum variarum ſtirpeqve ac matre Græca, Latina, & Germanica, Hebræa*, Kilon. 1692. 8vo. edita, inprimis p. 80. ſq. p. 90. ſq. p. 114. ſq. Cumque & Americanas inter lingvas & Hebraicam nonnulli convenientiam aliquam ſibi deprehendere viſi ſint, explodit illam HADR. RELANDVS Part. III. Diſſert. Miſcellan. Diſſ. XII. p. 146. ſq. qvi & de modo inveſtigandi harmoniam lingvarum monita perquam utiliſſa ſuppeditat, ne qvis heîc conjecturis nimium tribuat.

Seqvitur parallelismus in Hebr. & gr. lingva:

איש	vir	ἰσχὺς	fortis
ארח	iter fecit	ἔρχομαι	venio
בוא	venit	βαίω & βαίνω	vado
בלה	vetus	πάλαι	olim
בנה	ædificavit	πονεω	laboro
ברה	comedit	βορὰ	pabulum
דאה	volavit	δίω	celeriter curro
דין	judicium	δῆνος	conſilium
דל	tenuis	δȣ̃λως	ſervus
דמם	ſuccidere	τέμνω	ſeco
דעת	ſcientia	δαίω	ſcio
דשן	pingvis fuit	δασὺς	denſus
הוא	hic	ὁ	
חלץ	irefecit	ἕλκω	traho
הר	mons	ὄρος	mons
חלב	pingvedo	ἔλφος	butyrum.
חלה	infirmari	χαλάω	remitto.
חרב	exſiccatus eſt	κάρφω	arefacio.
חרת	exſculpſit	χαράττω	fodio.
טרף	cibus	δόρπος	paſtus.
ידע	ſcivit	εἴδω	novi.
כה	ſic	καὶ	&
כוה	aduri	καίω	uro.
כל	totus	ὅλος	totus.
כלא	coërcuit	κωλύω	prohibeo.

כלה

כָּלָה	defecit	κολὸς, ἡ, ὸν	mutilus.
כַּר	agnus	κὰρ	ovis.
לְבוֹנָה	thus	λίβανος	idem.
לוּץ	illudere.	λάθη	contumelia.
מָחָה	delevit.	μάχομαι	pugno.
מָלַל	locutus eſt	μύλλω	ore qvid ſignifico.
מַר	gutta	μύρω	fluo.
מָרַד	rebellavit.	ἁμαρτάνω	pecco.
נָא	nunc	νῦν	
נוּ	nos	νῶι	nos.
נָוָה	habitavit	ναίω	idem.
נוֹף	ſtillavit	νέφος	nubes. νίφω ningo.
סִימָן	ſignum	σημεῖον	idem.
עָגַב	amavit	ἀγαπάω	idem.
עֵדֶן	voluptas	ἡδονὴ	idem.
עָנָה	exaudivit	ὄνημι	proſum.
עֶרֶב	veſpera	ἔρεβος	caligo.
עָרָה	nudatus eſt	ἐράω	evacuo.
עָרַךְ	ordinavit	ἔργον	opus.
עֵת	tempus	ἔτος	annus.
פָּלַח	diſſecare	πέλεκυς	ſecuris.
פָּעָה	clamavit	βοάω	idem.
צָדָה	qvæſivit	ζητέω	idem.
צָפָה	ſpeculatus eſt	σοφὸς	ſapiens.
קוֹל	vox	καλέω	voco.

קָרָה evenit	κύρω incido, ſum.
רָאָה vidit	ὁράω video.
שׁוֹשַׁן lilium	σοῦσον idem.
שָׁכַן habitavit	σκηνόω idem.
שָׁקַף ſpectavit	σκοπέω idem.
שָׁרַק ſibilare	σύριγξ fiſtula.
תָּמַה miratus eſt	θαῦμα miraculum.

Parallelisſmus Hebr. & Latinarum dictionum.

אֹרֶן ornus.
אֵשׁ (ignis) æſtus.
בַּר purus, puer.
בָּרָא (creavit) paro.
בֵּרֵךְ (benedixit) precor.
גַּב gibbus.
גְּדִי hœdus.
גֹּלֶם glomus.
זָעַף (indignatus eſt) ſæviit.
זָרַע ſero.
חָדָה gaudeo.
טַבּוּר tuber.
כֶּבֶל (compes) copula.
כִּי qvia.
כַּרְכֹּם crocum.
לָקַט legit.
מוּט motus fuit.

מַר amarus.
נָוֶה (habitaculum) navis.
נוּט nuto.
נכה inuſ. neco.
נֵרְדְּ nardus.
סֶמֶל ſimulacrum.
עוֹף avis.
פִּגֵּר piger fuit.
פִּילֶגֶשׁ pellex.
פֶּרֶא ferus.
פּוּךְ fucus.
קֶרֶן cornu.
שִׂבֵּר ſperavit.
שׁוֹט ſcutica.
שָׁלֵו (tranqvillus) ſalvus.
שֶׁמֶן (oleum) ſumen.

Pa-

Parallelismus Hebr. & germ. vocum.

אָבַל	luxit	Ubel.
אַיִן	nullus	neen (id eſt keiner)/ item nein.
אָמַן	nutrivit	Amme.
אֱנוֹשׁ	homo	Menſch.
אֶרֶץ	terra	Ertz.
אֵשׁ	ignis	Aſche.
בָּאַשׁ	fœtuit	haſch riechen.
בָּטַל	ceſſavit	betteln.
בָּמָה	excelſum	Baum.
בָּנָה	ædificavit	een Bön (Boden).
בֶּשֶׂם	aroma	Bieſem.
גְּבוּל	terminus	Gipffel des Hauſes.
גָּעַל	faſtidivit	Gall.
גֶּשֶׁם	imber	gießen.
דּוּם	ſilere	dum/ ſtupidus.
דּוּר	habitare	dauren.
דּוּשׁ	triturare	döſchen id eſt dreſchen.
הֶבֶל	vanitas	hebeln/ male ſedulum eſſe.
הֵילִיל	ejulavit	heulen.
הִלֵּל	laudavit	hallen.
הִנֵּק	ſtrangulavit	hencken.
טָבַע	immergi	tauffen.

טוֹב	bonus	top/ verbum promittentis.
יָגַע	fatigatus eſt	jagen.
יָעַף	laſſus fuit	jappen.
כָּרַת	exſcidit	kratzen.
לֵב	cor	Liebe / Leben.
לָבִיא	leo	Löwe.
לָעַג	ſubſannavit	lachen.
לָקַק	linxit	lecken.
מוֹעֵד	ſolemnitas	die Mode.
מָשַׁךְ	traxit	eine Maſchke/larva.
סָבָא	ingurgitavit	ſauffen.
סָפַר	numeravit	Zieffern.
עֵבֶר	trans	über.
עָצֵל	piger	ein Eſel.
פַּר	juvencus	ein Farr.
פָּשַׁע	prævaricatus eſt	böſe.
צוּר	angere	zerren.
רֵיחַ	odor	riechen.
שָׁאַף	hauſit	ſchöpffen.
שֶׁבַע	ſeptem	ſieben.
שׁוּת	ponere	ſetzen/ item ſchütten.
שָׁלַט	dominatus eſt	een Schult prætor.
שֵׁן	dens	Zähn.
שָׁעָה	reſpexit	ſchauen.
שָׁפַט	judicavit	ein Schufft.
שֵׁשׁ	ſex	ſeß.
תֹּךְ	dolus	tücke it. töge macke.

Parallelismus vocabulorum in pluribus lingvis ſimul.

אגר	*ἀγείρω*	aggero	aggregavit.
אציל	axilla	Achſel.	
בוץ	*βύσσος*	byſſus.	
גמל	*κάμηλος*	camelus.	
דרך	*τρέχω*	Dreck.	
זוע	*σείω*	cieo.	
הוא	*ὁ*	he (Er).	
חפר	*κύπαρος*	cavare.	
ישפה	*ἴασπις*,	jaſpis, Jaſpis.	
מדד	metiri,	modius,	meten (meßen).
כלא	*κλείω*	clauſit.	
מנה	*μνᾶ*	mina.	
מסך	*μίσγω*	miſceo, miſchen.	
ספיר	*σάπφειρος*	ſapphirus	
עתר	*οὖθαρ*	ein Euter.	
פתה	*πείθω*	bitten.	
קרא	*κράζω*	krähen.	

Sic conſpicamur miram dictionum, in diverſis lingvis, concinnitudinem, qvæ facile augeri, atqve in pluribus qvoqve lingvis inveſtigari, pari facilitate, abs earum peritis poteſt.

Sed nunc de alia qvapiam ſermonis Latini atqve græci conſpiratione nonnihil adhuc commemorandum duxi, de qva re tuum judicium, Vir Humaniſſime, avide præſtolabor. Conſtat inter omnes, qvantus conſenſus laudatarum lingvarum inveniatur, non modo in vocibus ſingulis, ſed in integris etiam loqvendi modis: ut non inepte *Vechnerus* ſuam Hellenolexiam contexere ſuſceperit, & toto die in Latinitate græciſmos copioſe allegari audiamus. Connubio igitur tam amico inter diſtinctas lingvas has intercedente, non temere mirum cuipiam videatur, qvî græcus ſermo (divitiis ſuis alias ceteris palmam præripiens,) in hoc vel diſſimilis, vel plane deterior latino fiet, qvod *Ablativo* ſpeciali, careat, (c) in omnibus Grammaticis (de qvibus mihi qvidem

(c) NICODEMVS FRISCHLINVS, Philologus & Poëta qvondam celeberrimus, Argentorati 1586. 4to edidit *Demonſtrationem*, *Græcos non carere Ablativo*, unica plagula conſtantem. In illa, cum monuiſſet, Dativum tam apud Græcos, qvam apud Latinos ſemper ſignificare acqviſitionem ſive commodi ſive incommodi, Ablativum autem inſtrumentum aut cauſam modumve agendi, in quo maxime iſte Caſus diſcrepet à Dativo: exemplis ex Demoſthene, Ariſtophane, & Æſchine allatis hoc comprobat, p. 2 ſq. Qvin & Latinos ipſos Græcis Ablativis uti oſtendit ex Cicerone, Lib. I. ad Att. *Qvas hiſtorias de ἀμαλθείᾳ habes*, lib. IV. *in πολιτείᾳ*

qvidem compertum eſt) fruſtra reqviſito, atqve iſtius vices â Genitivo velDativo petere cogatur? Qvodſi qvis reſpondeat, cuivis lin-

τεία lib. X. *à* ζηλοτυπεία *mea*, lib. XVI. *nunqvam in majore* ἀπορία fui p. 3. Ex qvibus aliisqve concludit, atrox eſſe ſpolium, ex omnibus lingvis unam Græcam privare Ablativo contra omnem rationem & æqvitatem, p. 5. Eandem in ſententiam in *Grammatica Græca cum Latina vere congruente*, Helmſtadii 1589. 8vo edita, Part. I. Lib. II. c. III. de Caſib. nominum p. 84. pronuntiat, *Ablativum Græcum ſimilem eſſe Dativo, ſed ſignificatione differre*; qvem etiam in declinationibus nominum ubiqve addit: nec minus Pt. II. qvæ anno ſeqvente prodiit, & ſyntaxin exhibet, p 249. plures ſiſtit regulas de conſtructione *Ablativi* cum verbo, exemplis græcis æqvè ac latinis corroboratas. Licet igitur JOH. POSSELIVS in *Syntaxi Græca*, Reg. III. de Synt. verbor. p 97. Dativo ſignificationem inſtrumenti, cauſæ, vel modi agendi tribuat: exempla tamen ipſa, quæ ſubjicit, Ablativo potius hæc competere ſatis evincunt. ERASMVS qvoqve SCHMIDIVS in Notis aureis, qvibus Novum Teſtam. illuſtravit, caſum hunc ſextum Græcorum admittit. Ita enim p. 103. ad Matth. V. 39. *Hoc loco* τῷ πονηρῷ *non eſt Dativi ſed organici caſus, notatqve modum ſeu medium vel inſtrumentum etiam* τοῦ ἀντιςῆναι, *nempe malo facto, maleficio, malo aliqvo opere, mala retributione.* Quod idem ex *Schmidio* repetit JOH. HENR. MAIVS *in Harmonia Evang.* Pt. IV. cap. V. ſect. IV. p. 534. SCHMIDIVS autem paucis interjectis pergit: *Patet*

gvæ ſuam eſſe ſingularem rationem, qvæ, reſpectu græcæ, inter alia defectum qvoqve Ablativi ſecum vehat: tunc mihi regerere licebit, me theſin iſtam haud negare, ſed hypotheſin tamen ſpecialem omnino in dubium vocare

tet hinc, qvam neceſſarium ſit obſervare diſcrimen Dativi & Organici caſus, qvos vulgo male confundunt. Idem pag. 419. ad Marc. VI. 21. Τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ *caſus ſextus eſt, circumſtantiam temporis notans.* Et p. 1380. ad II. Pet. II. 8. βλέμματι καὶ ἀκοῇ *caſus ſexti ſunt, qvibus Apoſtolus declarat Media, qvibus Lot fuit* καταπονούμενος *inter ipſos.* Er hat ſ. Unwillen ſehen und hören müſſen. Ἀνόμοις ἔργοις *etiam caſus ſexti ſunt, qvibus exponit cauſam, ob qvam Lot animam ſuam juſtam excruciaverit.* Unde & M. JOH. PEISKERVS, Lycei Wittebergenſis olim Rector, in *Tabulis*, qvas ad faciliorem Grammatices græcæ Wellerianæ tractationem accommodatas Gluckſtadii 1704. 4to edidit, Tab. XXVII. n. XII. ait: *Caſum ſextum in Græcis declinationibus dari, in dubium non eſt vocandum, qvi certo reſpectu organicus ſeu inſtrumentalis dici poteſt.* Nuperrime hunc Græcorum caſum calculo ſuo adprobavit Max. Rever. JOH. CHRISTOPH. WOLFIVS in *Curis Philologicis ac Criticis in N. T.* hoc ipſo anno Hamburgi editis, dum p. 1094. ad Act. VI. 10. τῷ πνεύματι, ᾧ ἐλάλει, obſervat: *Caſus ſcilicet ſextus hic obtinet, qvo Græci, uſu ſaltem, non ſunt deſtituti.* Vid. *Joh. Erici Oſtermanni* Poſitiones Philolog. Græcum N. T. contextum concernentes, Witteb. 1649. evulgatas, Diſp. I. §. 14.

voꝛare poſſe: qvandoqvidem ſæpe â noſtra ignorantia, vel negligentia, vel ſuperſtitioſa eorum, qvæ veteres narraverunt, propagatione, ad negationem alicujus rei miſere colligere ſolemus: atqve eadem hæc vitia forſitam peculiaris Ablativi in literatura græca abſentiam primum docuerunt. Ac ne ſine omni ratione talia me cogitare qviſqvam judicet, ſuſpicionem præbuerunt varia exempla, in qvibus omnino, tanqvam in ſuo regno, Ablativus dominari videtur. Sic ubi Hom. Iliad. β p. m. 94 ait:

γαῖα δ' ὑπεστενάχιζε, Διὶ ὣς τερπικεραύνῳ χωομένῳ, ὅτε τ' ἀμφὶ Τυφωεῖ γαῖαν ἱμάσσῃ

terra ingemuit, ſicuti *Jove fulminatore irato* (id eſt ingemiſcere ſolet), qvando circa Typhœum terram percutit: ſane non invenimus hic duos Genitivos conſeqventiam deſignantes, ſed terminationem vocum, qvæ redolet duos Ablativos, iſtam indicantes. Plutarcho dicente *περὶ παίδων ἀγωγῆς* p. m. *18. ἐνίοτε οἱ πατέρες, εἰδότες (αἰσθομένοις μᾶλλον αὐτοῖς τȣτο λεγόντων) τῶν ἐνίων τῶν παιδευόντων ἀπειρίαν ἅμα καὶ μοχθηρίαν, ὅμως τȣτοις ἐπιτρέπȣσι τȣς παῖδας* h. e. aliqvando patres ſcientes (& qvidem *ſcientibus eis* hoc magis, qvam aliis, qvi id monent) qvo-

rundam Præceptorum imperitiam ſimul atqve malitiam, tamen iſtis pueros committunt: iterum loco genitivorum duo alii caſus deprehenduntur, non immerito forte Ablativi vocandi. Cum Paulus Rom. VII. v. 21. ſcribit: εὑρίσκω ἄρα τὸν νομον, τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ καλὸν, ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται, invenio igitur (in me) legem, *volente me* facere bonum, qvod malum mihi adjaceat: tertia vice Ablativi exiſtentia poterit exſculpi.

Eqvidem non ignoro, caſus ſæpenumero apud Græcos, per Atticam cumprimis dialectum, permutari: hoc enim pacto Nominativus pro Vocativo, Genitivus loco Nominativi, Dativus pro Genitivo, (ſubintellecta qvapiam particula,) Accuſativus loco Dativi & Genitivi, ac Vocativus pro Nominativo uſurpantur Attamen inter hæc omnia talem conſtructionem nuſpiam reperio, qvalem in citatis exemplis obſervo; ubi, loco duorum genitivorum conſeqventiam deſignantium, non duo Dativi (de eo enim nullam regulam legi), ſed duo Ablativi oculis occurrunt. Et ſi qvis vel maxime regulam aliqvam proferat, qva doceatur, Dativum Genitivi partes, ubi conſeqventia denotanda eſt, agere nonnunqvam ſolere, per dialectum vel atticam, vel aliam: tum ego hoc τὸ κρινόμενον exiſtere, & minime

minime ceu τὸ διδόμενον arripi debere autumem: eò qvod indicanda mihi erit ratio, cur in ejuſmodi dicendi modis Dativus potius ſtatuendus, qvam Ablativus ſuæ ſedi reſtituendus ſit, qvi in Latinitate aliàs conſeqventiæ index eſſe ſolet.

Non commemorabo jam prolixe alius generis exempla, in qvibus etiam Ablativum probabili argumento conſpicimus. Qvo modo Rom. VIII. v. 14. legitur: τῷ πνεύματι θεοῦ ἄγεσθαι, *ſpiritu* Dei duci, Apoc. IV. v. 13. extat: ὁ καθήμενος ἦν ὅμοιος ὁράσει λίθῳ ἰασπίδι καὶ σαρδίνῳ, ſedens (in throno) erat *aſpectu* ſimilis lapidi Jaſpidi & Sardio. Angeli 2 Pet. II. v. 11. vocantur ἰσχύϊ καὶ δυνάμει μείζονες, *robore* & *potentia* majores. De Rachab narratur, qvod exploratores dimiſerit ἑτέρᾳ ὁδῷ *alia via* Jac. II. v. 25. Plutarchus paullo ante deſumta jam ex eo verba præcipit, ut liberis qværantur informatores, οἳ καὶ τοῖς βίοις εἰσὶν ἀδιάβλητοι, καὶ τοῖς τρόποις ἀνεπίληπτοι, καὶ ταῖς ἐμπειρίαις ἄριστοι, qvi vita calumniam omnem amoliuntur, & moribus reprehenſionem non merentur, atqve experientia antecellunt. Ac ne ſexcenta talia nunc accumulem, qvæ ubivis obvia cernimus; ecqvis non ex dictis colligit, Latinum atqve Græcum ſermonem concinne convenire, ac utro-

utrobiqve ſuos Ablativos oſtentare? Nec valet, ſi objiciatur, ſemper in adductis locis Dativum contineri, cum ellipſi alicujus particulæ; vel reſpiciendam etiam in iiſdem eſſe regulam vulgarem, qvod Dativo caſu efferantur, qvæ cauſſam, inſtrumentum, modum, aut ſimilem circumſtantiam ſignificant. Nam ex adverſo poterit â me obverti, talia qvidem, uti â majoribus tradita ſunt, doceri, ſed non ſtatim valide probari: præterea qvoqve haud opus eſſe ſubſidio particularum, ubi ſine iſtis, Ablativum tantum aſſerendo, ſenſus ſatis ſalvus manet.

Ergo qvid reliqvum eſt in ejusmodi dubia cauſſa? Haud abſurde diceretur forſitan, dari omnino in Lingva Græca Ablativum, â reliqvis caſibus diſtinctum, ſed terminatione cum Dativo unum: interea tamen non ſemper Ablativum ipſum, verum iſtius loco alium caſum ſæpiſſime uſurpari. Si qværis, qvid itaqve urgeat, Ablativo caſum ſubſtituere alium, cum ipſe ſuo defungi officio valeat? reſpondeo, eam literaturæ Græcæ eſſe conſuetudinem, ut non ſemper eo utatur, qvo uti poteſt, ſed aliud haud raro ſurroget, in divitiis maximis conſtituta. Cui aſſertioni fidem (ut alia præteream) iſtud facit, qvod græcum ſermonem ſciamus verba poſſidere, non ſingularem tantum, ſed pluralem etiam numerum habentia; neqve tamen pluralem ibi continuò legi,

gi, ubi locum invenire haud repugnat, verum aliqvando ſingularem præferri, ſecundum tritam regulam, qva neutrum plurale attice verbo ſingulari gaudere inculcatur. Similiqve modo Græci nonnunqvam illuc caſum alium aſſumſerunt, ubi Ablativus merito collocandus erat; ſed ex eo propterea non efficitur, Ablativo peculiari ipſos plane caruiſſe: ſiquidem eundem permiſerunt vim ſuam in locis aliis obtinere, atqve nativum valorem ibidem exerere.

Verumenimvero habenda eſt ratio epiſtolæ, ne nimis excreſcat. Habenda ſimul eſt ratio tuæ patientiæ, Vir Humaniſſime, ne verborum prolixitate irritetur. Qvanqvam qvi tua patientia abuti timeam, qvem Favore ſingulari nunqvam non proſeqveris? cur coram te præſentes lineolas excuſem, qvarum primam materiam tumet ipſe ſubminiſtraſti? Iſtud certe ſuperaddere adhuc verum eſt, ne vel prorſus ex animo me hæc ſcripſiſſe, nec tamen per jocum modo effudiſſe credas, ſed (ſi ita placet,) inter joco-ſeria, exercitii ergo deproperata, referas, qvorum pondus â dexterrimo tuo arbitrio præcipue dependebit. His vale iterumqve vale, Vir æſtumatiſſime, atqve, ut facis, conſtantiam ſerva in amando illo, qvi ſe profitetur ex aſſe

Tuum
SCLipenium.

Dab. ex Muſ. MDCXCII.
d. XV. Dec.

IV.

M. HENR. SCHARBAU,

Exercitatio,

De traditis Davidi â Jonathane veſtibus & tradito ſimul Succesſionis in Regnum Jure ad. I. Sam. XIIX. 4.

Conſpectus.

I.) Jonathan cum traditis veſtibus juri ſuccedendi renunciavit. II.) Diſceditur hic â communi interpretum expoſitione, in qvam inqviritur. III.) Expoſitionis noſtræ argumentum primum, ex hypotheſibus Jonathanis. IV). Argumentum alterum, ex judicio Patris de Jonathane. V.) Tertium, ex traditione veſtium ſolenni ipſa. VI.) Qvartum, ex ipſarum veſtium conſideratione. De מדים & מעיל. *VII.) de reliqvis* חרב, קשת & חגר. *VIII.) Illuſtrantur hæc ex* Philonis *qvadam narratione.*

CUm nuper ê cathedra Eccleſiaſtica verba mihi eſſent facienda de verbis ſacri ſcriptoris, qvibus fœdus inter Jonathanem & Davidem erectum deſcribit ab initio

initio Capitis XIIX. libri primi Samuelis; miratus non ſolum ſum ſingularem animorum conjunctionem, ſed attendi etiam iſtam veſtium mutationem, qva Jonathan depoſitis propriis veſtibus easdem Davidi tradidit. Hanc vero veſtium traditionem cum foederali ſincerae & perpetuæ amicitiæ declaratione conjunctam, ardui & ſolennis negotii teſſeram & indicium exhibere perſvadere mihi paſſus ſum. Majoris ſcilicet momenti hoc factum Jonathanis mihi eſſe videtur, qvam ut credam, voluiſſe regium Principem ſolum declarare ſuam ergaDavidem propenſionem, â qva deſideraverit ipſe qvaſi in Davide conſpici â ſingulis qvi Davidem ſuis veſtibus ſindutum cernerent. Neqve ſufficit mihi communis Interpretum perſvaſio, qvaſi voluerit Jonathan occurrere inopiæ Davidis & proprias ipſi veſtes offerre, ne opus ipſi eſſet in poſterum veſtitu uti, qvo uſus fuerat hactenus, dum paſtoritiam vitam agebat. Etenim Jonathan non erat neſcius, indignum viſum fuiſſe Patrem ſuum Saulem Deo, qvi regiam Majeſtatem diu conſervaret, tantumqve fuiſſe Saulis facinus, ut & poſteri â ſucceſſionis jure debuerint excludi, qvinimo Davidem jam â Deo regimini deſtinatum & ſacratum. Hinc non æqvo ſolum tulit animo iſtud divinum in familiam ſuam judicium, â Patre ſceleribus

ſuis

ſuis provocatum, ſed qvod majus eſt, cum ſucceſſore, qvem Pater ferre non poterat, arctisſimum amicitiæ foedus iniit, & qvod maximum eſt, generoſiqve animi indicium ſingulare, veſtes ſuas ipſi tradidit & cum veſtibus traditis, omni qvod pro ipſo videbatur militare, juri renuntiavit, iſtudqve ſolenniſſime Davidi tradidit, adeo ut Davidem hoc ſolenni actu ſucceſſorem Patris ſui publice declararet.

II. Fateor, ſeceſſum me hac expoſitione facere ab interpretibus, qvos qvidem videre contigit, omnibus atqve ſingulis. Sed juſtas mihi adeſſe iſtius ſeceſſus cauſas qvilibet æqvus rei æſtimator fatebitur, qvi circumſtantias â me excutiendas & cauſas producendas ponderare voluerit. Disqviramus prius de cauſis, qvas afferre ſolent plerumqve & qvas moviſſe putant Jonathanem, ut veſtes amico traderet. Dicunt: voluiſſe Jonathanem in Davide honorari, ut in illo qvaſi ipſe ab omnibus agnoſceretur & honorem acciperet. Dicunt: Jonathanem voluiſſe veſtes dare loco muneris, ut qvam primum aulico ornatu conſpiceretur Davides, nec paſtoritio habitu deſpiceretur. Dicunt deniqve: traditas fuiſſe Davidi tam pretioſas veſtes, ut eſſent honoris inſignia, & nova eximiæ benevolentiæ & liberalitatis regii Principis documenta.

Digitized by Google

cumenta. Et hanc poſtremam rationem non malam qvidem, ſed tamen non ſufficientem eſſe judico, qvandoqvidem & benevolentiam ſuam ſatis declaraverat & ſacramento foederis confirmaverat, qvod majus omnino erat qvam munuſculum iſtud. Primam in Jonathanem qvodammodo injuriam dixerim, qvaſi voluerit pius & immunis ab ambitionis vertigine Princeps vulgi auram captare dono, qvod Davidi ſincero affectu obtulit. Secundam autem rationem cum conditione Davidis pugnantem merito crediderim. Nam iſtud qvidem amicitiæ foedus inter Jonathanem & Davidem, non primo die, quo ad aulam Saulis admiſſus fuit Davides ſtabilitum fuit, ſed potius exacto aliqvo tempore, qvo harmonia animorum utrorumqve magis magisqve coalita & confirmata fuit, unde etiam verba verſiculi tertii, ויכרת יונתן ודוד ברית transfero: *Poſtea* foedus percuſſerunt invicem Jonathan & David. Impegiſſet ſane adverſus leges prudentiæ uterqve, ſi ad primum conſpectum tanto impetu animorum in foedus ruiſſent (a). Cum igitur non

a) Notabilis eſt phraſis vers: I. ונפש יונתן נקשרה בנפש דוד, qva combinatio animorum utrorumqve deſcribitur, qvæ occurrit pariter Gen: XLIV. 30 ubi de impenſo Jacobi erga filium natu minimum Benjamin affectu dicitur נפשו קשרה בנפשו.

Convenit

ſine modio ſalis (b) hæc amicitia fuerit, credibile non eſt, Davidem in aula regia degentem paſtoritias veſtes non commutaſſe dudum cum aulicis & conditioni ſuæ convenientibus, Confer. Matth. XI. 8. Non igitur ulla juſtæ cauſæ ſpecie ſe commendat allata toties ratio hæc cum aliis iſtis antea â nobis allatis.

III. Videamus jam rationes cur iſtam veſtium mutationem magis ſolemnem & teſſeram ſimul traditæ ſucceſſionis ſpei agnoſcam.

Convenit hîc Ebraiſmo cum genio reliqvarum qvoqve lingvarum, in qvibus ejuſmodi animorum conjunctio vinculi nomine venit, qvomodo Patres paſſim in ſuis ſcriptis eam animorum conjunctionem, qvam religio facit, ſolent nomine vinculi & glutinis deſcribere. HIERONYMUS epiſt. 103 ſuam cum Ambroſio conjunctionem voce glutinis deſcribit, vera illa, ait: neceſſitudo eſt & Chriſti glutine copulata, qvam Dei timor & divinarum ſcripturarum ſtudia conciliant. Ad ea vero, qvæ deinceps afferentur, illuſtranda, obſervo, קשר etiam uſurpari de conjunctione mala qvæ ad inſidiandum & imponendum aliis initur. Unde 1. Reg. XVI. 20. â LXX adhibetur in ejus verſione συνάπτω & paſſim ἐπιτίθημι & περιτίθημι, & קשר eſt liga, conjuratio σύναψις & ἀδικία. II. Reg. XVII. 4.

b) Vid: ERASMI adagia 1014. f. 284 BUDÆUS comm: lingvæ gr. f. 566. JAC. THOMASIUS in præfationibus Num. LXXVI. p. 493 ſq. ad proverbium, de modio ſalis.

Digitized by Google

ſcam. Colligere hoc qvodammodo licet ex affectu & propenſione ſive hypotheſibus, qvibus peſſimi Parentis optimus filius Jonathan fuit imbutus, qvarum paſſim qvædam documenta eluceſcunt. Tempore ſcilicet Saulis regnum Iſraelis Theocraticum degeneraverat in monarchicum; ita tamen, ut perſonale hactenus eſſet atqve electivum, cum Deus ipſe Saulem & Davidem deinceps eligeret atqve populo præficeret. Poſt Davidis demum tempora Regnum antea vere theocraticum, ad morem vicinarum gentium, nam oriens Regibus ſvetus erat, ita ceſſit imperio Regum, ut hæreditarium deinceps eſſet atqve â Parentibus tranſiret ad poſteros. Et Jonathanem qvidem qvod concernit, teſtantur multa loca, eum nunqvam animo concepiſſe ſpem, Patri in Regno ſuccedendi, ſed ſi qvæ vel Patrem vel familiam reliqvam opinio de continuando imperio pervaſerat, ille generoſo animo & vidit & amavit ſucceſſorem Parenti â Deo deſtinatum; contentus, modo in Rege haberet amicum & ſui ſuorumqve Patronum, & in aula Regia locum â Rege ſecundum. 1 Sam. XXIII. 17. ואנכי אהיה לך למשנה. Scilicet, qvanqvam vix videatur credibile, populum, qvi Deum ipſum Regem habebat, eoqve regnante proſpere & ex voto agebat, potuiſſe ambire regem, & præferre Imperium huma-

num divino; revera tamen populus Iſraeliticus pertœſus erat regiminis qvo hactenus uſus fueret, captuſqve inani & difficili ſplendore imperii regii. Huic igitur populi delirantis deſiderio Deus ſatisfacere & regimen Regi tradere decrevit, ita tamen ut jus, novum Regem conſtituendi hactenus ſibi ſervaret in Davide; atqve adeò ἀφανισμὸς Theocratiæ ſenſim ſenſimqve contingeret. Hæc rerum iſtarum forma, hæc conditio juxta tenorem ſcripturæ fuit, qvicqvid de monarchia ebræorum in familiis Patriarchalibus dicat ADRIANUS HOUTUYN in monarchia ebræorum (c). Neqve ignotum fuiſſe hoc divinum

(c) HOUTUYNUS probare ſuſtinet, fuiſſe imperium monarchicum in popolo ebraico, ab Abrahamo usqve ad diſperſam gentem. Suſtinet hanc ſuam ſententiam per periodos & intervalla temporum eundo & monſtrando: Monarchiam obtinuiſſe in intervallo ab Abrahami vocatione ad usqve Moſen, c. I. temporibus Moſis c. II. p. 6. Joſuæ usqve ad Othnielem c. III. p. 60. temporibus deniqve Ducum. In præfatione ait. Error â Theologis profectus eſt, qvi jura nec civilia nec publica didicere. -- Naturæ humanæ transſcendunt limites, qvi Theocratiam fuiſſe volunt. Neqve enim mortalium qvisqvam, cui mens ſaltem mediocriter ſana, negavit unqvam, imperaſſe Deum populo per naturæ leges: ſed qvomodo aliis tunc gentibus imperabat, vel invitis & nunc toti univerſo imperat. &c. Enimvero, qvod familias Patriarcharum concernit, qvibus monarch-

num conſilium de novo Succeſſore conſtituendo poſt obitum Saulis, Jonathanis allatus ſupra â nobis locus, imo totum iſtud Jonathanis cum Davide commercium loqvitur, in qvo & cauſam eius geſſit, qvam diu inter aulicos degeret & eandem continuavit cum in exilio verſaretur: qvinimo denuo integerrimum affectum declaravit, cum oberrantem in deſerto inviſeret, 1. Sam. XXIII. 16. novoqve perpetuæ amicitiæ & fidei promiſſo erigeret. Hæc Jonathanis fuit de Davide opinio, qvam ut ipſi manifeſtaret, eumqve qvantum in ſe erat Regni candidatum declararet, ſuamque de ſucceſſione ſpem nullam eſſe publice fateretur, tradidit Davidi ornatum,

narchicum imperium tribuit Houtuynus, fatendum qvidem eſt, fuiſſe in patribus familias ſimulacra qvædam jurium imperii, ſed qvis hinc colliget majeſtatem & imperium monarchicum? unde ludere dicendus eſt Houtuynus in vocabulis principis atqve imperii. In reliqvis Principibus & Ducibus Deus pariter ſibi reſervavit ſumma imperii jura, cum Deus ad Saulis atqve Davidis usqve tempora vel cœleſti judicio, vel factis humanum morem excedentibus populo de Ducibus proſpexerit. Vid. WITSII & SPENCERI diſſertationes de Theocratia Iſraelis qvarum hæc exſtat in libro de legibus ebræorum ritualibus, illa in miſcellan. S. P. II. p. 920. ſq. & RECHENBERGII diſſert. de ficta hebræorum monarchia ante Saulem Adr. Houtuyno J. C. Batavo oppoſita in diſſertationibus hiſtorico-polit. T. I. Diſſert. XIII. p. 334. ſq.

ſum, regio principe, regniqve ſucceſſore dignum.

IV. Et in iſta qvidem hæreſi fuiſſe Jonathanem, cognoſci ulterius poteſt ex judicio Parentis de eodem. Sauli qvidem non prorſus ignota erat iſta in Regno ſuccesſio, cui deſtinatus erat Davides, & ad qvam olim capeſſendam â Samuele inauguratus erat Bethlehemi. Sed ut ſolent hominibus carnalibus & in ſenſum reprobum datis nunqvam placere viæ Domini, carni & ſangvini parum opportunæ, Saul pariter aegre iſta ſummi Numinis conſilia admittebat, qvæ in ſuum opprobrium & familiæ ſuæ â ſede regia excluſionem tendere facile augurabatur. Hinc illæ perſecutiones contra innocentem & pium Davidem, etiamſi interdum ad mentem redire & divinum agnoſcere & vereri nutum videatur. 1.Reg. XXIV. 21. Maximè vero indigne ferebat iſtud Jonathanis cum Davide ſtabilitum fœdus, ejusqve de ſucceſſione abjectum animum: qvod vel docet increpatio illa durior, qva Jonathani non ferendum cum Davide commercium objicit כי בחר לבן ישי, qvod elegerit ſibi filium Iſai, ſeu pro electisſimo amico agnoverit, etiamſi ſcire deberet regnum nunqvam ad ſe deventurum, qvam diu Davidi ſpes regnandi eſſet. Ait: לא תכון אתה ומלכותך, non con-

conſiſtes neqve regnum tuum 1. Sam. XX. 30. 31. Imo vero iſtam קשרה combinationem mutuam, ſolenni veſtium traditione obſignatam, tanqvam conſpirationem & conjurationem traducit in ſui ipſius & familiæ ſuæ interitum verſurum: ובכרת בני אכם בן ישי &c. כי קשרתם כלכם עלי. 1. Sam. XXI. 8. Manifeſta eſt hæc Saulis illuſio, qva conſpirationem reliqvis miniſtris & Jonathani ipſi objicit ob iſtam קשרה ſive combinationem in verbis noſtris deſcriptam, qvæ fundamentum fuit eximiæ amicitiæ & declaratio ſimul de ſpe ſucceſsionis prorſus abjicienda, & in Davidem â Deo ipſo electum transferenda.

V. Hanc igitur Jonathani opinionem ſediſſe circumſtantiæ hiſtoricæ ſatis demonſtrant; ſed ſolennia iſtius actus idem uberius confirmant: confirmant ipſa veſtimenta in Symbolum renunciationis, & abjectæ, ut hodierno ſtylo loqvar, prætenſionis depoſita, & in ſignum transferendi imperii Davidi tradita, qvod contra ſpem atqve opinionem hominum & aulicorum inprimis fuit, qvi non poterant non ſibi perſvadere, Jonathanem hanc Davidis fortunam & ſucceſsionem torvo & invido oculo reſpecturum fuiſſe. Attendere hæc videtur in ſuo ad h. l. commentario KIMCHIUS, qvi addit; כי ברצון גדול ובאהבה רבה התפשת בגדיו ונתנם לו,

 qvo-

qvoniam magno cum gaudio & impenſo amore exuit ſe veſtibus, easdemqve ipſi tradidit. Idem ad verba verſiculi qvinti בעיני עבדי שאול hæc obſervat: הרבוי הזה ד״ל שלא קנאו בו עבדי שאול אף על פי שנתן לו מעלה עליה. Eſt hæc exaggeratio, qvaſi diceret, non inviderunt ipſi ſervi Saulis, etiamſi pallium ſuum (Jonathan,) ipſi dederit. Noſtrum jam erit præſidium noſtræ obſervationis in antiqvis rerum monumentis qværere. More ſcilicet receptum fuit antiqviſſimis temporibus & populis, qvorum morum gens æmula & regis cupida imitabatur, ut qvi ſibi ſpem faceret, imperio aliqvando potiundi, peculiari ornatu præ reliqvis ſeſe conſpiciendum daret & qvem aliqvando defuncto Rege regnum haberet ſucceſſorem ſubditi ſcirent, & animi ad ipſi obtemperandum atqve obediendum aſſvefierent. ATHENÆUS, ubi mentionem facit donorum Themiſtocli â Perſis oblatorum inter eadem etiam numerat ϛολὴν γάμβριον Deipnoſophiſt: L: I. c: XXIII. In notis obſervavit IS. CASAUBONUS, p.m. 69. non ſolum ex ÆLIANO & HESYCHIO ſimilem morem dandi legatis veſtes, qvæ proprie δωροφορικαὶ dictæ fuerint, ſed præterea etiam addit: diverſæ conditionis diverſas donaſſe

donaſſe veſtes, pro eo honore, qvem cuiqve delatum vellent. Lege qvippe & moribus diſtincta fuere apud Perſas veſtimenta: alia fuit Regi propria veſtis, alia Regis *cognatis* conveniens, alia ejus generis & *affinibus*, alia amicis & proceribus. Similem morem etiam in aulam Imperatoris orientis translatum fuiſſe ex Codino Curopalata aliqvando pluribus ſe expoſiturum eſſe promittit. Qvandoqvidem igitur Cognatis & affinibus propriæ & peculiares veſtes fuerunt, neqvaqvam dubitandum eſt, primogenito principi, qvi regni futurus moderator præſumebatur ornatum præ reliqvis ſingularem competiiſſe. Neqve tamen in meris conjecturis ſubſiſtit hæc de veſtibus Candidati & præſumtivi regni hæredis aſſertio, ſed aperta extant rei teſtimonia. SVETONIUS in Julio Cæſare c:XXII. refert: Pompejum ex veſtium iſtarum uſu in ſuſpicionem affectati imperii veniſſe. Conf: in not: CASAUBONUM. Qvam vero cautum ſit â Regibus, ne privati aut ſubditi regiis veſtibus induerentur ex PLUTARCHO conſtat, qvi refert: adeo ſibi reges & principes veſtimenta ſua vindicaſſe, ut qvicqvid potius paterentur, qvam ut regiam veſtem concederent cuipiam ex dilectiſſimis. Refert ſcilicet Tiribazo monſtraſſe in venatione qvadam Artaxerxem Candym ſuum lacerum, & qvid

agendum eſſet, rogaſſe, cum ſubjeciſſet, alium ipſe indue, hunc mihi dona: ita fiet, addidiſſe regem, hunc tibi Tiribaze dono ſed gerere interdico. Veſtem qvidem regiam & pretioſam dono dabat amico, ſed uſum ejusdem interdicebat. Ut conſtaret, ſe nolle aliqvem ex ſubditis regio incedere habitu. Imo addit PLUTARCHUS ὐ γὰρ ἐξῆν. Non fas fuiſſe. Verba ejus in vita Artaxerxis p. m: 1013 hæc ſunt. Ἐν θήρᾳ τινὶ τιριβάζυ δείξαντος αὐτῷ τὸν κάνδυν ἐσχισμένον, ἠρώτησεν ὅ, τι δεῖ ποιεῖν. ἐκείνυ δ' εἰπόντος. Ἄλλον αὐτὸς ἐνδῦσαι, τῦτον δ' ἐμοὶ δός. ὕτως ἐποίησεν, εἰπὼν, δίδωμι μὲν ὦ τιρίβαζε σοὶ τῦτον, φορεῖν δὲ ἀπαγορεύω. τῦ δὲ τιριβάζυ μὴ φροντίσαντος (ἦν γὰρ ὐ πόνηρος, ὑπόκυφος δὲ καὶ παράφορος) ἀλλὰ τόν τε κάνδυν εὐθὺς ἐκείνου ἐνδύντος, καὶ δῶρα χρυσὰ καὶ γυναικεῖα τῶν βασιλικῶν περιθεμένυ, πάντες μὲν ἠγανάκτυν (ὐ γὰρ ἐξῆν) ὁ μέντοι βασιλεὺς κατεγέλασε καὶ εἶπε. Δίδωμί σοι καὶ τὰ χρυσία φορεῖν ὡς γύναικι, καὶ τὴν στολὴν ὡς μαινομένῳ. Romana præterea antiqvitas receptiſſimam nobis conſervavit conſvetudinem, ex qva lux noſtris his obſervationibus accedit. Nimirum ii, qvi magiſtratus dignitatem ambiebant, ſolebant

bant animo ſuo conceptam ſpem veſtitu prodere, qvi cum erat candidus, effecit, ut vel hodie qvi munus aliqvod ambiunt etiamſi nigris veſtibus induantur, candidati audiant. Eloqvar hæc verbis HENR. TEELMANNI in comment: crit. & Theologico. p. 311. Roma ſuos habuit candidatos â candidâ toga qva induebantur, captantes auram popularem & munus ambeuntes. Vid. Macrob. Libr: 1. ſaturn: c: 16. qvam etiam additâ cretâ ſplendentem efficiebant. Unde Polybius maluit vocare Candidatorum togam λαμπρὰν qvam λευκὴν, hinc Perſio cretata ambitio. Plutarchum veſtem illam vocaſſe καθαρὸν obſervavit Bayſius de re veſtiaria. Forte etiam חורים albati ſeu candidati ebræorum huc trahi poſſunt ex Nehem: XII. 1. ſq. IV. 14. Eſther. VIII. 15. Pſalm. LXXXVIII. 6. qvi opponuntur τοῖς חשוכים Proverb: XXII. v: ult. conf. pluribus TEELMANNUS l. c. LIPSIUS L: I. c: XIII. electorum. DILLHERRUS Diſſert: T: I. p. 501. Certe valde ſe probabilitate ſua commendat conjectura BYNÆI, qvi hiſtoriam Chriſti ab Herode albis veſtibus induti ex hoc capite illuſtrat, qvaſi voluerit Herodes Chriſtum ludibrio populi exponere iſtâ veſte, tanqvam aliqvem regni candidatum, qvi ad regnum aſpiraverit, ſed irrito ex mente ſua, conatu. Vide ejus

Chri-

Digitized by Google

Chriſtum crucifixum c: XVI. §. XXX. Ubi ad qvædam loca ex Hippocrate & Photio provocat. Conf: SAGITTARIUS in hiſt. paſſ: p. 451. Ex qvibus adeo ſatis luculenter patet, multis populis fuiſſe uſu receptum, ut vel regni vel muneris alicujus magni candidati peculiaribus induerentur veſtibus. Jam vero, cum in hac mutatarum veſtium Jonathanis & Davidis hiſtoria pariter de veſtitu Regii Principis ſit ſermo, neqve ſolum dicatur de Jonathane; effeciſſe eum ut Davides magis ornatus incederet, ſed proprias veſtes ſumſiſſe eaſqve Davidi tradidiſſe ויתפשט־ ויתנהו לדויד non eſt dubium qvin Jonathan regii Principts ornatu inceſſerit, ſed etiam haſce veſtes inter ſolemnia fœderis tradiderit amico ſuo optimo. Declarare igitur ſimul voluit, ſe ipſum agnoſcere pro candidato regni, abjecta omni ſpe de ſucceſſione, qvæ ipſi hæreditario jure videbatur competere, majoris æſtimans nutum qvem agnoſcebat divinum, qvam propriam imperandi cupidinem.

VI. Ipſæ præterea veſtes Davidi traditæ ſatis commonſtrant, non fuiſſe iſtam veſtium traditionem ita comparatam, ut ſolum inopiæ Davidis ſuccurreret, ſed illuſtriorem, ſolennem atqve ſymbolicam. Ornamenta enim qvæ Davides accepit, adeo erant viris illuſtribus

pro-

propria, ut iſti præcipue competerent qvi ſpem imperio potiundi haberet. Scriptura nominat מעיל, מרום, חרב, קשת, חגר. Certe מעול iſtud ſatis comprobat. Communi qvippe omnium gentium conſvetudine receptum fuit, ut Reges & Principes lautioribus & ſplendidis veſtibus induerentur, adeoqve cum cæteris dignitate & ordine præcederent, elegantiores pariter amictu apparerent. Inter vero illuſtriora Principum ornamenta locum obtinuit מעיל chlamys ſeu pallium, paludamentum, latus clavus, aut ſi qvo alio nomine appellare malis iſtud veſtium genus, qvod reliqvis ſuperindui commodè poteſt, & cum μηλώτῃ græcorum & ſono & vi vocis convenit. Cujus formam acutè ut ſolet LIPSIUS exſculpſit ex loco STRABONIS qvi regioni alicui formam chlamydatam tribuit. ἡ δ' οἰκȣμένη χλαμυδοειδὴς ἐν τȣ́τῳ νῆσος ἐλάττων ἢ ἥμισυ τȣ̃ τετραπλεύρȣ μέρȣς ȣ̃σα. h. e. Terra autem habitata eſt ut Inſula, formam chlamydis gerens in illo (atlantico oceano) minor ſemiſſe, ut pars qvadrilateris exiſtens. Vid. LIPSIUS de milit: Rom: L:II. §.12 & qvæ prolixe hanc in rem diſſerit OCTAVIUS FERRARIUS de re veſtiaria P:II. L:III. c:VI. p. m: 102. ſq. Neqve tamen hic ornatus Regius inter peregrinas nationes ſolum obtinuit ſed &

inter

inter Judaicam. Nam & Sauli fuit מעיל, cui David præſcidit כנף in antro latitans. I. Sam: XXIV. 5. Regum qvoqve Principes utriuſqve ſexus hoc veſtitu incedebant. De Jonathane noſter id teſtatur textus; de filia Regis teſtatur II. Sam: XIII. 18. כי כן תלבשנה בנות המלך הבתולות מעילים, filiæ enim Regis iſtis palliis induebantur. Videantur plura de hoc regio ebræorum ornatu FR. FORT. SCHACHUS ſacr: eleochr. myr: III. c: XLII. qvod de majeſtate amictus Regum Iſraelitarum agit. p. 1012. ſ. Reliqvas veſtes nomine מדים complectitur ſacer ſcriptor, qvibus eas deſcribit, qvæ corpori preſſius adhærebant. Nam non poſſum non hîc diſſentire ab eruditiſſimo FULLERO, qvi miſcellaneorum L: VI. c: II. integro p. m: 691. ad II. Sam: X. 4. ſtatuit, eſſe מדים veſtes ſummas extimaſqve, ἐπιβλήματα idcirco â græcis cognominatas, qvod omnibus aliis eſſent ſuperjectæ & ſuperinductæ ad pluvias frigus & reliqva aeris & viarum incommoda propulſanda. Hinc מד vere & ἐτύμως, ait; non tantum denotat מלבוש veſtimentum, (ut apud Kimchium in Lexico,) verum etiam מלבוש מדה i. e. veſtimentum menſuræ eodem prorſus intellectu, qvo I. Chron. XXVI. 6. איש מדה i. e. vir menſuræ explanatur â Kimchio איש מדה גדולה.

גדולה, i.e. vir menſuræ magnæ & â R. Salomone ſimpliciter איש גדול i.e. vir magnus. Fateor LXX plerumqve vocem μανδύας (d) adhibere ad exponendum ſignificatum vocis מד, qvæ veſtem illam laxam fluentemqve ſeu pallium ſignificat, iſtudqve ipſum græcum vocabulum apprimis quoad ſonum convenire cum מד ſive מדה. Solent enim græci Dageſch forte ebræorum in ſua lingua interdum compenſare per N. Interim hoſce interpretes pro judice hujus controverſiæ agnoſcere non eſt opus. Forte boni iſti viri ſibi placuerunt iſtâ vocum harmoniâ, etiamſi græcorum μανδύαι & ebræorum מדים veſtimenta fuerint longe diverſiſſima. Præterea repugnat ordo ſacri ſcriptoris, qui & ordo naturæ eſt huic FULLERI expoſitioni. Voluit enim in deſcribendo iſto veſtitu, ab iis veſtibus, quæ exteriores erant & in oculos incurrebant, tranſire ad veſtes reliquas, corpus propius attingentes, quod & ſacer codex in enarrando ſummi Pontificis ornatu obſervare plerumque ſolet. Quod vero denique vim vocis מד attinet, eſt מד â מדד metiri, ſed non inde ſequitur eſſe מד veſtitum menſuræ maximæ, ſed

(d) Si qvis plura de hoc veſtium genere ſcire avet, non ſolum cognoſcere eas poteſt ex HESYCHIO, POLLUCE, SVIDA, ſed & qvi omnia huc ſpectantia congeſſit OCT. FERRARIO de re veſtiaria P: II. L. I. c: III. L: II. c: IV. p. 73.

ſed menſuram poterit pariter notare corpori aptatam, veſtem corpori commenſuratam, quomodo Dauides מרת ימי dies â Deo ſibi menſuratos, non incertos aut parum numeratos, ſed numeratos atque menſuratos dicit Pſ: XXXIX. 5. Non equidem hæc veſtium genera præciſe Regum Principumque erant. Nam & vilioris ſortis homines habebant veſtimenta מדים dicta v: I. Sam: IV. 12. Interim etiamſi genus veſtium utrinque idem eſſet, differebant tamen ſine dubio pretio atque ornamentis; etſi & id modicum magis fuerit ſub initio regii ſplendoris, quam deinceps temporibus Davidis imperantis ejuſque filii, qui uterque in amplificanda regia majeſtate, & quidquid ad eandem augendam facere poterat, ſtudioſior fuit. Conferantur hic quæ diſputantur â J. FRISCHMUTHO in de Rege eligendo & deponendo. CARPZOVIO in notis ad Schickardi משפט המלך p. m. 137. ſ. CUNÆO de Rep. ebr: L: I. c: XIV. De majeſtate veſtitus Salomonis inprimis videatur PINEDA de rebus Salomonis L. IV. c: V. n: 4. 5. FR. F. SCHACHO l. c. coll. P. KEUCHENIO in annotatis ad N. T. p. 50. & qui ad Matth: VI. 29. & Cant: VII. 2. commentati ſunt. Sufficit has Jonathanis veſtes fuiſſe regium Principem decentes, quas ſolenniter deponere & tradere Davidi hoc actu voluit.

VII.

VI. Videamus de reliqvo ornatu Davidi tradito. Regius ornatus ſua cum regio ſplendore ſenſim ſumſit incrementa, neqve dubium qvin idem cum regiis Principibus ſit factum. In textu noſtro occurrunt חרב, חגר, קשת. Non eſt opus multis agere de קשת & חרב. Nam ut illa dudum inter arma militiæ recepta fuere, ita viris principibus pariter fuere in uſu, qvod vel Davidis leſſus in obitum Saulis & Jonathanis compoſitus teſtatur, in qvo Jonathani קשת & Sauli חרב tribuitur. Sed de חגר Cingulo non poſſum non monere: referendum iſtud inprimis eſſe inter Regum atqve Principum ornamenta, qvibus præcipuè utebantur, qvando res bellicæ erant gerendæ. De profanis non addam verbum præter ea qvæ ex ADRIANO TURNEBO adverſ: L: XXII. c: XX de cinctu Gabino notavi. Obſervavimus, ait: Romanos Magiſtratus & Pontifices eo cinctu uti ſolitos, cum belli cauſa operabantur, ſacris ſe devovebant pro exercitu: portas Iani aperiebant: aut amburbia faciebant: deniqve cum rei ſacræ operam dabant belli cauſa & cerimonia qvadam ſacra defungebantur. Lucanus L: I.

Turba minor ſeqvitur ritu ſuccincto Gabino &c.

Certe ex ſacris non uno loco apparet, eos non ſolum qvi ſacris præerant, ut

ſacris operari commode poſſent cingulo uti fuiſſe ſolitos, ſed Reges adeò & Principes in primis bella gerentes. Ita de Meſſia & in ſuis defendendis & hoſtibus bello aggrediendis ſtrenuo dicit David. Pſalm: XLV. 3. qvod cingendus ſit, & ex cingulo gladius demittendus. Eximius vero locus eſt de regio Meſſiæ cingulo Jeſ: XI. 5. diverſo qvidem vocabulo ſed ejuſdem omnino ſignificatus. Qvinimo adeo illuſtre fuit cingulum iſtud in ornatu Regum atqve Principum, ut jam temporibus Jobi de Deo, qvi Reges throno ſolio imponere & de eodem dejicere poteſt dictum ſit, qvod cingula Regum & conſtringat & ſolvat Job: XII. 18. Hoc igitur cingulum regii Principis ornamentum, novum traditi juris ſymbolum fuiſſe merito ſuſpicor, qvamvis & hoc non vulgare conditæ amicitiæ & connexionis animorum emblema fuiſſe dici poſſit, prouti Deus ipſe emblemate hoc cinguli uſus eſt ad declarandam arctam ſuam & intimam cum Iſraele conjunctionem. Jerem: XIII. 11. Taceo oſculum, qvo uterqve non ſolum ſtabilitam amicitiam candide confirmavit ſed Jonathan qvoqve præludere forte voluit oſculo, qvo excipiendus eſſet Davides jam fuga vitæ conſulturus, cum rediturus aliqvando eſſet tanqvam Rex â ſubditis. De qvo ſolenni Regem oſculandi more vid: Gen: XLI. Pſalm: II. 12.

II.12. 1 Sam: IX. 1. 1 Chron: XXIX. Confer. qvæ de his locis & tota hac materia habent SCHACHUS l. c. Myroth: III. c: XXX. p. 965. B. CARPZOVIUS l. c. p. 76. JOH. NICOLAI ad Sigonium de Rep: ebr. p. m: 507.

IIX. Iſte vero ritus peculiari ornatu incedendi ad declarandam ſuam de occupando aliqvando Imperio ſpem lucem qvoqve capit ex hiſtoria paſſionis Chriſti. Cum enim illuſtre de Regno ſuo teſtimonium elocutus eſſet Chriſtus, occaſionem inde ſumſerunt impii Prætoris ſervi, exponendi benedictum Soſpitatorem noſtrum ludibrio populi tanqvam affectantem regnum. Chlamyde enim coccineo Eum velabant, coronam ſpineam capiti ſanctiſſimo imponebant, arundinem in manus dabant & velut novum Regem ſubmiſſo genu abominando ſarcaſmo venerabantur. Videatur SCHACHUS l. c. p. 1017. BYNÆUS Chriſti crucifixi Cap. XVI p. 364 & plures alii, qvi hiſtoriam paſſionis ex antiqvitatibus illuſtrarunt. Recordor præter ea, qvæ â laudatis his aliiſqve antiqvitatum ruſpatoribus allata ſunt facti alicujus qvod PHILO narrat in libro in Flaccum. Operum p. m: 751. de qvodam cui nomen Karaba, homine ſtolido & puerorum Alexandrinorum ludibrio, qvem regio more ornarunt, ut Agrippæ Herodis Regis nepoti ægre facerent. Verba Philonis hæc ſunt.

ἥν τις μεμηνὼς ὄνομα καραβᾶς ȣ̓ τὴν ἀγρίαν καὶ θηριώδη μανίαν, ἄσκηπτος γὰρ ἄυτη γε καὶ τοῖς ἔχȣσι καὶ τοῖς πλησιάζȣσιν. ἀλλὰ τὴν ἀνειμένην καὶ μαλακωτέραν. ȣ̓͂τος διημέρευε καὶ διενυκτέρευε γυμνὸς ἐν ταῖς ὁδοῖς, ȣ̓͂τε θάλπος, ȣ̓͂τε κρυμὸν ἐκτρεπόμενος, ἄθυρμα νηπίων καὶ μειρακίων σχολαζόντων. συνελάσαντες τὸν ἄθλιον ἄχρι τȣ͂ γυμνασίȣ, καὶ στήσαντες μετέωρον, ἵνα καθορῷ τὸ πρὸς πάντων, βύβλον μὲν ἐυρύναντες ἀντὶ διαδήματος ἐπιτιθέασιν αὐτȣ͂ τῇ κεφαλῇ, χαμαιστρώτῳ δὲ τὸ ἄλλο σῶμα περιβάλλȣσιν ἀντὶ χλαμύδος, ἀντὶ δὲ σκήπτρȣ βραχύ τι παπύρȣ τμῆμα τῆς ἐγχωρίȣ καθ' ὁδὸν ἐῤῥιμμένον ἰδὼν τις ἀναδίδωσιν. ἐπεὶ δὲ ὡς ἐν θεατρικοῖς μίμοις τὰ παράσημα τῆς βασιλείας ἀνειλήφει, καὶ διεκεκόσμητο εἰς βασιλέα, νεανίαι ῥάβδȣς ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντες ἀντι λογγοφόρων, ἑκατέρωθεν εἱστήκεσαν, οἱ μὲν ὡς ἀσπασόμενοι, οἱ δὲ ὡς δικασόμενοι, οἱ δ' ὡς ἐντευξόμενοι περὶ κοινῶν πραγμάτων. εἶτ' ἐκ περιεστῶτος ἐν κύκλῳ πλήθȣς ἐξήχει βοή τις ἄτοπος, μάριν ἀποκαλȣ́ντων. ȣ̓͂τως δέ φασιν τὸν κύριον ὀνομάζεσθαι παρὰ σύροις. &c. Ex his adeò etiam narrationibus apparet mos ſeqventium

tem-

temporum,qvo peculiari ornatu incedebant, qvibus imperandi ſpes erat. Non poſſum igitur non in eam opinionem ire, hanc veſtium donationem, Davidi â Jonathane oblatam magis fuiſſe ſolennem, qvam ut ſoli amiciendo Davidi aut declarando amori inſervirent, ſed fuiſſe ſolenni ritu factam, ut exinde tum Davidi conſtaret, qvid Jonathan de regni Iſraelitici fatis & ſucceſſione ſperaret; tum ut declararet publicè, ſe non invidere viro, qvem Deus elegerat in Regem iſtud regnum, qvod proximo jure ſibi vindicare poſſe arbitraretur forte vulgus; ſed ſolenni ritu & animo neqvaqvam invido in virum tanta virtute conſpicuum transferre & ſuæ ſpei renuntiare.

Digitized by Google

V.

Recenſiones Librorum.

I.

JO. CHRISTOPHORI WOLFII, *Paſt. ad D. Cathar. Hamburg. & Scholarchæ* Curæ philologicæ & criticæ in IV. SS. Evangelia & actus apoſtolicos, qvibus integritati contextus græci conſulitur, ſenſus verborum ex præſidiis philolog. illuſtratur, diverſæ interpretum ſententiæ ſummatim enarrantur & modeſto examini ſubjectæ vel approbantur vel repelluntur. *Hamburgi* A. 1725. 4. *Alph:* VII. 18.

QVi omnem ſuam curam & operam impendit ad augendam ornandamqve rempublicam literariam vir ſumme Reverendus J: C. WOLFIUS egregie denuo de eadem eſt meritus editis his *curis philologicis & criticis.* Et æqvum omnino erat virum tantæ eruditionis, judicii & diligentiæ, omnibuſque iis ſubſidiis inſtructum, qvæ tanto oneri ſuſtinendo neceſſaria ſunt prodire, qui & integritatem ſacri codicis â tam multis tentatam vindicaret; qui ex divitiis græciæ & palæſtinæ oſtenderet, qvanti in ſacris ſcriptoribus theſauri ſint reconditi; qui ex tot tantiſqve viris, quorum opera in illu-

ſtrandis novi fœderis ſcriptoribus conſpicua eſt, optima qvævis in uſus omnium conferret; qui denique de rebus omnibus ultro citroque diſputatis ſubactum judicium ferret.

Ad quatuor ſcilicet inprimis capita ſunt referenda quæ in hiſce curis ſibi & propoſuit & feliciter præſtitit. Nam cum videret, non deeſſe noſtra ætate, qvi ſæpe paucorum nec optimorum codicum, interdum etiam unius autoritate innixi, qvandoqve conjecturis immaturis & luxurianti ingenio temere indulgentes ſcriptionem receptam deſerendam contenderent, qvos inter J. *Millius* unus eſt ex præcipuis, eam ſibi curam credidit impoſitam, ut contextus, qvalis veterum probatorumqve codicum ope in optimis editionibus exſtat integritati ſuæ vindicaretur. Similia aliorum inventa ad minuendam ſacri codicis autoritatem facientia, eodem modo ſufflaminavit. Hæc prima ipſi cura fuit. Alteram curam ſibi impoſitam eſſe judicavit, ut erudiret lectores, qvale de ſtylo ſacrorum ſcriptorum judicium ferre debeant. Alii enim Hebraiſmos cumulare, alii penitus amolire allaborant. Hic merito docuit, media incedendum eſſe via, paſſimque oſtendit ſcriptores N. T. loqvendi morem hebræorum qvandoqve referre; ſæpe ad antiqvitates ſacras & profanas digitum intendere, qvæ diligentius excuſſæ non pa-

 rum

rum faciunt ad res ipſas illuſtrandas & confirmandas. Cum præterea alii Barbariſmos & ſolœciſmos crepent & ſcriptoribus ſacris occinant, in eo fuit, ut quod ante Eum alii fecere, prolatis veterum locis ſimilibus, quorum autoritas & puritas in dubium vocari non poteſt, iſtorum imputationi occurreret. Tertia ipſi cura fuit, ut diverſæ locorum vexatorum interpretationes conſpectui legentium exhiberet, qvo labore qvi defunguntur hodie, catenarum, qvas antiqvi conficere ſolebant, operam referunt. Notum eſt, qvid in hoc genere præſtiterit *Matthæus Polus in ſynopſi criticorum*; ſed Noſter non commentatores ſolum qvosdam contulit eorumqve cogitata expoſuit, ſed omnes eos conſuluit, qui quocunque modo recentiori hac ætate aliqvid ad illuſtrationem ſacri codicis N.T. contulerunt, qvorum poſt præfationem catalogum exhibet. Ampliſſimus omnino hic fuit campus, cum conſtet, qvot eruditi & elegantioris ingenii homines ſuſcepto qvaſi liberali certamine variis locis lucem ex Philologia ſacra accenderint. Neque tamen hîc volumina ſolum majora contulit, ſed & ex libellis academicis & ſcriptis minoribus optima qvævis obſervata hîc protraxit. Qvarta denique ipſi cura fuit, ne Lector inter varias opiniones & interpretationes anceps hæreret, ut oſtenderet, qvæ præferenda

eſſet

eſſet reliqvis. Qvod eo quidem magis erat neceſſe, qvo major eorum eſt numerus, qvi novas, inſolentes & portentoſas opiniones proferre laudi ſibi ducunt. Qvo in ſcribendi genere verſari nemo poterat majori cum fructu & laude qvam WOLFIUS, Cujus modeſtia & candor eruditioni non cedit.

Hæc ſatis qvidem nobis mentem & ſcopum viri ſumme reverendi declarant, neqve tamen poſſumus Lectorem ante dimittere, quam ex utiliſſimo hoc libro paſſim qvædam decerpſerimus, etſi difficile ſit in tanta elegantiſſimarum obſervationum copia ſelectum facere. Cum ſingulas afferre non ſit poſſibile, contra vero dubium, qvas afferre aut omittere velis, cum omnes mereantur attentionem.

Inſcriptio ſtatim Evangelii Matthæi curam S. R. Autoris exercuit. Nam cum de hoc titulo diſputetur, an ab ipſo Matthæo ſit profectus, negantibus id R. *Simone*, *J. Millio*, *Car. le Cene*, *Vitringâ*; affirmante contra *Ant. Coulan*, videtur ipſi cum temperamento hæc qvæſtio ſolvenda. Nomen Matthæi ipſum additum â ſ. ſcriptore dubitat qvidem, at Evangelii appellationem ab ipſo profectam credit. Nomen vero Matthæi eo tempore â Chriſtianis additum putat, qvo cetera Marci, Lucæ, Johannis acceſſerunt, ut ſcilicet illud ab his & hæc â ſe invicem diſtingvi poſſent. Agit de

nomine

nomine Ευαγγέλιον variiſqve ejus notionibus, ita ut oſtendat autores, qvi vim & ſignificatum ejus cum cura perqviſiverunt. J. *Jenſium* imprimis laudat qvi in ferculo literario p. 2 obſervat, nulla voce qvam τῷ Ευαγγέλιον plenius clariuſqve doctrinam Chriſti declarari potuiſſe, qvia ſummæ cujuſqve ſortis & felicitatis annuntiatio ἐυαγγέλια & ἐυαγγελίζεσθαι dicta ſit. Tria inter alia memorat qvæ putat ſummæ felicitatis genera hæc: *prolem maſculam primum genitam, abſolutionem in cauſa capitali & victum debellatumqve hoſtem.* Atqve de his vocem hanc â græcis adhiberi locis idoneis oſtendit. De eo qvoqve diſqvirit, qvomodo hæc tituli verba vertenda ſint. *Bezam* merito reprehendiſſe *Caſtalionem* ait, qvi verterat: *Evangelium autore Matthæo*, J. vero *Elſnerum* approbat, qvi qvemadmodum *Polybio* αἱ κατ' Αννίβαν πράξεις res geſtæ Annibalis vocantur, ita Evangelium κατὰ ματθαῖον recte dici cenſet Evangelium Matthæi aut â Matthæo ſcriptum. Qvibus in compendio addit, qvæ de Matthæo ipſo, de tempore ſcripti ab eo Evangelii diſputata ſunt ab aliis. B. G. *Olearium* producit contra *Whiſtonum* diſputantem, qvi ſtatuerat, temporis ordinem in texenda narratione â Matthæo fuiſſe obſervatum ſed qvi hodie in tredecim priori-

prioribus capitibus, disjectis ſcilicet hinc inde obſervationibus, turbatus fuerit. P. 4. ſq. docet verba vers: 1 βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ χριστοῦ, non ad totum Matthæi volumen referri debere, ſed potius ad ſtirpem & originem Chriſti humanam, qvam Matthæus capite hoc primo exhibet, eademqve cum Moro ex *Geneſ.* V. 1. ספר תולדות illuſtrari. Non ferri poſſe *Harduinum* ait, qvi *in operibus ſelectis* iſta phraſi non ipſum Matthæi commentarium, ſed adſervatum in templo codicem genealogiarum ex qvo divus ſcriptor ſua hanſerit, indicari cenſet. Hanc enim conjecturam petitam, ait: magis ex ingenio qvam ex rerum argumentis, neqve phraſin huic opinioni patrocinari, qvippe qvæ non magis eſt allegantis ſcriptum alienum, qvam apud Marcum ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου & in libro Tobiæ βίβλος λόγων τωβίτ. *Millium* pariter refutat, qvi vult nomen χριστοῦ omitti hic debere. De cetero non nauci habendam hanc de genealogia Chriſti â Matthæo & Luca expoſitam narrationem eſſe contendit; Idqve vel ex eo patere addit, qvod *Nicolaus* qvidam *Antonius*. Gallus, primum Pontificius, deinde Calvinianus, Judæorum tandem ſuperſtitionem amplexum ſe eſſe, profeſſus eſt, eo qvod ſatisfacere non poſſet dubiis ex collatione Genealogiæ

Chriſti

Chriſti â Matthæo & Luca diverſimode textæ, ſibi obortis. P. 36 in eo eſt, ut *Matth:* II. 15 uberiori luce perfundat. Pleriqve putarunt reſpici hîc ad *Hoſeæ* XI. 1, qvibus tamen B.G. *Olearius* ſeſe oppoſuit in *obſervationibus ſuis ad Matthæum*, qvi oraculum hoc mavult exponere ex *Numeror.* XXIV. 7. Autori noſtro durius videtur de Hieronymo dictum, qvaſi is ὑποθέσει δουλεύων, ut nempe τοῖς LXX ægre fieret, iſtum Hoſeæ locum advocarit; additqve verba Hoſeæ ipſa magis qvam illa Bileami cum citatione Matthæi convenire, cum Hoſeas diſertam filii mentionem faciat, qvæ apud Bileamum nulla eſt, vaticinium qvoqve Hoſeæ facilius ad Meſſiam qvam alteram referri poſſit; inprimis cum Matthæus mentione τοῦ υἱοῦ innuere voluiſſe videatur, Deum Chriſti τοῦ παιδίου in tenera iſta ætate curam habuiſſe tanqvam filii ſui unigeniti. *Whiſtonus* vero, qvi hebræo textui Hoſeæ violentas manus inferre & dictum noſtrum ad *Jeſ.* XLI. 8. 9. referre ſuſtinet, merito hic rejicitur. Poſt varias dicti hujus expoſitiones, ex qvibus eam amplectitur, qvæ typum cum antitypo conjungendum exiſtimat, excitat *Altingium*, qvi verba Matthæi nec ex citato loco Numerorum nec Hoſeæ deſumta eſſe credidit, ſed putavit: Deum in Ægypto primum Iſraeli tribuiſſe nomen filii *Exod.* IV. 22. 23, quo tempore filiorum

Digitized by Google

filiorum nomen ipſi hæſerit, atqve hoc omne eſſe quod hîc dicitur. Nihil autem de eductione ex Ægypto, adeoqve nihil de vocando Meſſia ex Ægypto. Pag. 42 omnia ea qvæ olim & nuper ad cap: II. 18 diſputata ſunt eleganter complectitur. Inprimis *Iſebrando Eilhardo Harkenrothio* obviam it, qvi per Rachelem non Joſephi matrem, ſed urbem tribui Judæ qvondam aſſignatam & 1. Sam: XXX. 29. memoratam, intelligi putat. Ad verba Johannis c: III. 11. βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ obſervat inconſtantiam *Millii*. Deſunt nempe in qvibusdam MSC. & verſionibus nonnullis voces καὶ πυρὶ. In notis easdem ut genuinas tuetur, pro ſpuriis autem agnoſcit in prolegomenis; Cui tamen poſt *Whitbium* & *Clericum* oſcitantiam librariorum, ab ipſo *Millio* ſæpe obſervatam in memoriam revocat, & monitum *Clerici*: nullam fuiſſe rationem cur hæ voces â qvoqvam adderentur, qvippe qvæ ad ſententiam loci dilucidandam nihil faciunt, (qvæ ſolet eſſe gloſſenatum occaſio,) contra vero propter has ipſas rationes eliminari potius ut obſcuræ & inutiles potuerint. Diſqvirit deinceps de genuino harum ſenſu. Multi hæc verba per hendiadyn explicant, ut idem ſit ac ſi diceretur: *in ſpiritu igneo*, vel igne SpiritusS. id qvod *Act*: II. 3. impletum eſſe exiſtimant. Alii præterea poſt *Coccejum* addunt.

addunt, per τὸ πῦρ ſignificari inflammationem contumacis Hieroſolymæ, qvaſi duplex hoc modo innueretur, alter ſpiritus gratiæ, alter iræ, incendii & flammæ, qvi refractarios & infideles conſumat. Sed putat tamen Noſter, prædici hic miraculoſam Spiritus Sancti effuſionem in feſto Pentecoſtes aliqvando ſub ſpecie ignis faciendam. Verba qvippe hæc non amplius minas in refractarios, qvibus jam defunctus erat Johannes, ſed ſolatium ad fideles, qvi baptiſmum ſincero animo receperunt continere ſtatuit. Addit hic ſuperſtitioſas hæreticorum ceremonias, quas literam nimis prementes aſſumſerunt. De Tentatione Chriſti qvæ â Matthæo ſub initium cap. IV. narratur vid: p.66.ſ. de voce μωρανθῇ v: p.87. qvam contra differentem ab hac lectionem tuetur: De oratione Dominica tum generatim tum de ſingulis ejus partibus multa notatu digna videantur p. 125.ſ. De Doxologia v. 13. C: VI agit p. 139. Deſideratur hæc in codicibus nonnullis græcis ut & in Patribus qvibuſdam antiqviſſimis, hinc & multis habetur pro ſuppoſita. Hos inter poſt *Calmetum*, *Millium*, etiam *Pfaffium* Theologum Tubingenſem ponit, ita tamen ut dubitet an *Pfaffius* hæc ex ſua an *Grabii* mente ſcripſerit. Millius eam diſerte ſeculo, qvod Apoſtolico proximum eſt â viris apoſtolicis conſignatam & de hinc ex Liturgiis in

in Evangelium Matthæi relatam eſſe contendit. His vero opponit melius ſentientes & γνησιώτητα doxologiæ vindicantes. Codicibus enim & verſionibus in qvibus ea non legitur, alias æqve antiqvas opponit, & Patribus quibusdam alios eoſqve plures. Veriſimile quoque eſſe addit, verba hæc ex contextu Matthæi in liturgias qvam ex liturgiis in illum tranſlata fuiſſe. Pag. 189 ad Matth: XI. 2 lectionem receptam denuo defendit contra Millium, qvi vult, legi debere διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ non πέμψας δύο τῶν μαθητῶν. Hic non ſolum ad tot codices provocat qvi genuinam lectionem tuentur, ſed & ad genium lingvæ, qvi non admittit iſtam conſtructionem. Græci enim τὸ πέμπειν vel abſolute vel cum caſu quarto ponunt. Prolixus & elegans eſt ad *Matth*: XI. 11. de minori in regno cælorum qui major Johanne dicitur, ut & ad ſeqventem v: 12 de βιασμῷ regni cœlorum p. 194. 195. De ſigno Jonæ omnia quæ & dici poterant & debebant congeſta vide p. 219. Ad cap: XIII. 52 contra *Altingium* defendit τὰ καινὰ καὶ παλαιὰ recte explicari de veteri atqve novo fœdere. Contra *Elsnerum* qvoqve, qui docet, innui his verbis: qvemlibet doctorem recte doctum naturam N. T. ejuſque temporis Eccleſiæ, in cœtu ſuo habiturum & bonos novæque vitæ ex animo ſtudioſos, & malos antiqvis ſcele-

ſceleribus contaminatos quique ſe bonos mentiantur, obſervat, minus commodè impios & non emendatos homines ad theſaurum doctoris Eccleſiæ referri poſſe. Digna ſunt lectu quæ de clavibus Eccleſiæ egregiè commentatur p. 255 ad c: XVI. eleganter enim exponit quomodo ligare & ſolvere dicatur de clavibus, æque ac claudere & aperire, Pag. 259. ſ. De παλιγγενεσία c: XIX. 28. pag. 287, de operariis in vinea ad Matth: XX. 1. ſ. pag. 289; de verbis Chriſti XXIII. 32. Εγώ εἰμὶ ὁ θεὸς ἀβρααμ p. 314; De Zacharia Barachiæ filio Matth: XXIII. 35; de ſignis adventus Domini c: XXIV. 3 p. 337 de βδελύγματι τῆς ἐρημώσεως v: 15. p. 341 agit.

In Marco obſeruat ad c. III, v. 21. p. 444 ſ. verba ὅτι ἐξέστη ad populum turbas moventem & extra ſe poſitum referri debere. Eo enim modo neque vim inferri verbo, & conſuli textui, rationem quoque ſic conſtare locis parallelis Matth: XII. 22. Luc: XI. 14. Ad c: V. 9. ait: Chriſtum de nomine Dœminiaci quærere, non quod ignoraret, quam fortis & numeroſus eſſet hic Dœmonum exercitus, ſed ut major ipſi gloria, eique qui eum miſerat, redundaret, numeroſitatem ſuam eos cœgiſſe profiteri. Cumqve H. *Morus* hac occaſione dixiſſet, δαιμονιζομένους non ſemper appellari

pellari ſenſu ſtrictisſimo, qvandoqvidem *furioſi, Lunatici, epileptici, omneſqve omnino homines extraordinaria aliqva melancholiæ intemperie laborantes cenſebantur à Judæis & vocabantur Dæmoniaci, populo æqve prono exiſtente ad adſcribendum naturales morbos Diabolo, qvam Medici ſunt ad adſcribendum intemperies vexationeſqve Diabolicas Naturæ.* Addit, bene quidem agere Morum, quod dæmoniacos ſtrictè ſic dictos concedat, neque ejusmodi phœnomina de morbis aliiſque caſibus audacter interpretetur, quod recentiorum permulti faciant, interim tamen veretur, ne ſi δαιμονιζόμενοι tam late accipiendi in Evangelica hiſtoria dicantur, κριτήρια tandem dubia reddantur ex qvibus de δαιμονιζομένοις ſtricte dictis certi penitus reddamur. Præſtare adeo, in omnibus illis, qui hoc nomine veniunt Evangeliſtis, aliqvam Satanæ operationem vi ipſius vocis admittere. Ad cap. VII. v: 21. p. 470 circa verba κοιναῖς χερσὶ eleganter manus illotas communes appellari, ait. Hebræis enim, qvicqvid turpe, ſordidum ac impurum erat id commune fuiſſe dictum, eâ ratione, quod quæ publica & communia ſunt ſordeſcere videantur. Eadem etiam voce in hoc ſignificatu uſum fuiſſe *Lucianum* ex *Pſochenio* obſervat. Verba vero ſeqventia τȣτ' ἔςιν

ἀνίπτοις, quæ ſcholion redolere *Kuſtero* viſa ſunt, docet, neqve inſolens fuiſſe ſcriptoribus ſacris obſcuriora qvædam verba notioribus explicare, additis vocibus τοῦτ' ἔστιν. Ad c: VIII. 24 communem lectionem contra *Clericum* defendit, qui duram dixerat conſtructionem - ὡς δένδρα περιπατοῦντας, qvod idem præſtat circa locum cap: IX. 12. p. 484. & v: 23. p. 488 ubi J.H. *Majum* laudat, qui obſervarat, articulum in neutro genere poſitum ſolere eleganter reſponſionibus præmitti, allato Poliæni loco ad illuſtrationem verborum τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι; ut & circa v: 49, ubi *Scaliger* rejecta communi & recepta lectione legi vult πᾶσα γὰρ πυρία ἀλισθήσεται, ut πυρία ſit idem qvod Levit: II. אשה. Non vero ſolum lectionem communem vindicat, ſed & optimum ex his verbis ſenſum elicit, atque de tentationibus ſive ex cruce ſive ex doctrina carni minus arridente Dominum loqvi, interpretatur. Præſtat idem ad cap: X. v: 50. p. 500, ubi communem receptamque lectionem ἀποβαλὼν defendit contra *Sam. Battierium*, qvi legere mavult ἀπολαβών. Ad cap. XI. v: 13. exiſtimat; Dominum verè exſpectaſſe ex arbore illa fructus. *Eſuriens enim* ait: *ad eam accedebat v:* 14. *Poterat etiam ita augurari ex foliis, non repugnante tempore, eo qvod uſu venire ſolebat,*

ſolebat, ut ficus qvacunque anni tempeſtate ex arboribus nonnullis penderent. Perſvaſio autem illa fruſtrata fraudi non eſt omniſcientiæ Chriſti, alias luculentis exemplis probatæ; ſed indicio potius eſt; Dominum eo tempore uſu ejus ſe abdicaſſe, qvod non minus facere poterat, qvam idem permiſit, ut fame afficeretur. &c. v: p. 506. Ad cap. XV. 72. inter varias expoſitiones verborum καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε eam amplectitur, qvæ hæc verba de injecta capiti veſte exponit, prolatis verbis *Lamb: Boſii*, qvibus ellipſin ſatis familiarem eſſe evincit, ut vox κεφαλὴ vel πρόσωπον eleganter omittatur poſt verba quæ tegere & velare ſignificant, & ἱματιον vel καλυμμα poſt verba qvæ injicere & ſimilia deſignant. Ad cap: XVI. 8. p. 540 γνησιότητα verborum ἐφοβοῦντο γὰρ qvæ in paucis codicibus deſunt, eleganter defendit.

Sub initium curarum in Lucam multa notatu digna affert: inter alia contra *Pfaffium* poſt *Jac. Bernardum* monet, Lucam non vero Paulum Evangelii hujus autorem eſſe, neque reſpicere Paulum hoc Evangelium, ubi Evangelii ſui mentionem facit, *Rom:* II. 16. *Gal:* I. 8. *Tim:* II. 9. ſed potius doctrinam de Chriſto, quacunque ratione ſeu prædicando ſeu per literas a ſe traditam. Ad cap: I. 3. circa vocem κράτιστε de Theophilo dictam, refert, qvæ inter

Haſæum & *Heumannum* diſputata ſunt, qvorum hic docet, debere verti, per *virum excellentisſimum*, ille vero per *optimum*. Putat, æque in proclivi eſſe ſtatuere, Lucam Theophilum ſuum dixiſſe κράτιστον ad ſignificandum amorem in eum ſuum, qvam cultum quo in ejus dignitatem ferebatur, qvod non parum confirmetur ex eo, quod *Act*: I. 1. ſimpliciter eum, omiſſo illo elogio, alloquatur: ὦ θεόφιλε. vid. p. 550, ubi & de nomine Theophili agit idqve proprium eſſe probat. Ad v:69, circa κέρας σωτηρίας rejectis ſubtilitatibus eorum, qui putant, per cornu hic ſplendorem intelligi, ut ad ſplendorem columnæ nubis in V. T. reſpiciatur; aut ſalutem ſuperabundantem, habito reſpectu ad κέρας ἀμαλθείας; aut ad altaria, qvorum anſas quæ & cornua dicuntur ſupplices & miſeri arripiebant, ſolidè & ex vero ſtatuit: Meſſiam ipſum per κέρας σωτηρίας intelligi, qui ſcilicet â Maria jam conceptus in familia Davidis & eminens & illuſtris ſuſcitatus erat. Κέρας autem σωτηρίας idem eſſe qvod κέρας σωτήριον cornu ſalutiferum. Ad v:78, verba ἀνατολὴ ἐξ ὕψους contra *Abrah. Scultetum* non de germine ſed oriente ex alto intelligi debere monſtrat, atque ex *Muhlio* addit: hoc titulo reſpici ad agnum qvotidianum, qui non niſi ſole orto mactari & mactandus orien-

orientem reſpicere ſolebat. Ad c: II. 1. p.574 prolixius agit de cenſu ibi memorato, ut & de nomine κυρηνίε, item de φάτνη v: 7. Ad v: 14 ea omnia videas in compendio, qvæ tot viri eruditi de hoc angelorum cantico protulerunt. Inprimis amice ventilata inter *Hasæum* & *Lampium*, quibus ſe adjunxit *Mosheimius.* Placuit viro ſumme Reverendo in ea acquieſcere ſententia, quæ ſtatuit, phraſis, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία inſervire illuſtrationi antecedentis: Sicut enim illa de pace terræ exponit, ita poſteriorem pacem ad homines ſpeciatim ex benevola Dei voluntate pertinere indicat. *Ita*, ait: *in hoc voto cœlum cum terra conjungitur. Deo in cœlo laus, hominibus in terra pax & gratioſa voluntas vindicatur.* Ad v: 35 contra *Knachtbullum*, quem G. *Arnoldus* eſt ſecutus docet: ῥομφαίαν hic non poſſe accipi pro verbo Dei, quod ex ore Mariæ proceſſurum ſit, prout cum gladio comparatur *Heb:* IV. 12 neque poſſe intelligi incredulitatem Mariæ tanquam dubitaturæ, num filius ex mortuis in vitam rediturus ſit an minus: ſed intelligi acutiſſimum dolorem in anima Mariæ ex perpeſſione filii obortum: quo in ſenſu exteri etiam ſcriptores phraſibus ſimilibus utantur. Ad cap: XI. v: 47 rejecta *Poſſini* expoſitione calculo ſuo approbat anonymum autorem epiſtolæ, quæ in *memoriis Trivultinis* occurrit

Digitized by Google

a. 1710. p. 298. Hic obſervat: Dominum Jūs νομικοὺς & Phariſæos convictos dare hypocriſeos, eo qvod ſepulchra Prophetarum occiſorum â majoribus ornarent, & ſimul (v: *Matth:* XXIII. 30.) verbis animum â majorum ſuorum crudelitate & moribus alienum ſignificarent, cum tamen intra ſe ſcelera eorum probarent & ad eadem perpetranda paulo poſt proclives ſe & promtos præſtituri eſſent. Hoc enim ipſum inpoſterum ab iis ipſis in Apoſtolos ſuſceptum iri Matth: XXIII. 32 Dominus noſter prædicit. Ad v: 52. p. 663 τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως de interpretatione ſcripturæ accipit, atque reſpici putat, non tam ad miniſtros ſacros, quorum curæ claves templi ſolebant committi, quam ad morem Judæorum, qui clavem iis ſolebant tradere, quos docendi officio volebant defungi. Ad cap: XII. v: 29. p. 668 verba καὶ μὴ μετεωρίζεσθε illuſtrat, & poſt prolatas variorum expoſitiones definit, intelligi hic animum in rebus incertis verſantem & dubium, qui vocis ſignificutus eſt frequentiſſimus. Etſi alii potius de cura rerum inutilium, aut rerum externarum & ſuperficiariarum; alii de incitato ſtudio & impulſu quo quis in aliquam rem feratur; alii denique de magnis circa futuram felicitatem cogitationibus & præſumta de proſperis rerum noſtrarum eventibus ſpe cum tumore

tumore quodam & animi elatione conjuncta exponant. Ad c: XIV. 26. p. 685. odium de quo Chriſtus loquitur non de odio naturali & philoſophico ſed ſingulari atque Theologico exponit cum *Loeſchero*, quod in abnegatione mundi locum habet, cui *Vitringam* jungit, qui ſcribit: *Hæc eſt illa famoſa & vera ſui ipſius abnegatio, quam inter ſumma præcepta Chriſtus ponit Matth: XVI. 24.* Ad cap: XVI. ea, quæ de divite epulone & Lazaro dicuntur â Chriſto pro mera habet Parabola. *Scopum Parabolæ eſſe*, ait: *ut oſtendatur, divites ſuperbos, pauperumqve contemtores, ſtatim poſt mortem, & tandem in æternum vehementer ſine remiſſione affligi, viciſſim vero pauperes contemtos cum Abrahamo æternum gaudere. Qvod ut edocerentur Phariſæi, eorum maximè intererat, qvippe qvi & opibus valebant & earum fiducia pauperes contemtim habebant.* Ad c: XVII. 21 ſtatuit, docere Chriſtum Phariſæos: revera regnum Dei inter ipſos eſſe ortum per prædicatam ſcilicet pœnitentiam, promulgatum Evangelium & miracula perpetrata, qvemadmodum Johannes teſtabatur, appropinqvaſſe regnum cœlorum. Ad c: XIX. 12 denique exponit controverſiam inter *Mallemanſium* & *Tourneminium* occaſione hujus verſiculi enatam, cui ſe adjunxit *P. Athanaſius de Paris*, qvæ cum aliis legi poterunt, p. 735. ſ.

Qvæ ſub initium Evangelii Johannis prolixius dici poterant, ea ex *Lampii* commentario analytico exegetico, cujus quatuor priora capita jam in lucem prodierunt, peti jubet: cui ſcilicet ampliſſima prolegomena præmiſſa ſunt. Ubi dein eos monſtrat, qui cauſas attulerunt, qvare Johannes tam in Prologo quam alias λόγȣ nomen Chriſto dederit, obſervationem â D. E. *Jablonski* factam dignam judicavit quam afferret ad c: I. v: 14. p. 782. *Chriſtum dici* λόγον 1) *objective, qvia eſt objectum verborum Propheticorum.* 2) *effective, qvia eſt verbum Patris ad nos & noſtrum ad Patrem.* 3) *præceptive, qvia nos docet, ac deniqve* 4) *eſſentialiter, qvia â Patre genitus eſt inſtar verbi.* Dum in illuſtrando v: 14. p. 789 verſatur, *Raphelii* obſervationem laudat, qui allatis variis ex *Xenophonte* locis oſtendit: innui hoc vocabulo eos, qui eodem utuntur contubernio cibumque una capiant & conviventur, ut ſenſus ſit: apoſtolos, ut Chriſti contubernales cum eo bibiſſe & comediſſe. Addit tamen ſe non dubitare, qvin Johannes ad σκήνωσιν Dei per columnam nubis in tabernaculo reſpexerit, ut λόγος in carne, tanqvam in tabernaculo quodam commoratus & ſic inter homines familiariter verſatus eſſe dicatur. Ubi ad caput V. 4. deventum eſt, γνησιότητα hujus commatis, & cauſas, cur in quibusdam codicibus deſit,

deſit, exponit, & de miraculo hujus piſcinæ graviter diſſerit. *Eqvidem rationibus omnibus probe ſubductis, ita de hoc momento ſtatuendum eſſe intellexi: qvicqvid hic actum ſit, divino nutu actitatum eſſe. Hinc pendebat angeli motitantis acceſſus, qvem, ut certo tempori non alligatum, ægroti qvovis tempore exſpectabant: hinc vis aqvæ, hinc unius tantum hominis, qvi primus deſcendiſſet, ſanatio &c. In conjecturam præterea venio, hunc ſalutis fontem ſub temporibus Meſſiæ adventantis demum ideo apertum eſſe, ut intelligerent Judæi, ſui rerumqve ſuarum curam Deo adhuc eſſe & eadem opera de Meſſia, promiſſo illo ſalutis fonte Jeſ: XII. 2. cogitare occiperent.* Verſiculo 28 deinceps merito contra *Herm: Deuſingium* agit, qvi hæc verba non de reſurrectione corporum ſed de reſurrectione ſpirituali agere aſſerit. Communem tamen ſententiam ſuſtinet tum ex eo, quod hæc verba ad *Daniel.* XII. 2. reſpiciant; tum qvod contextus ſermonis eam reqvirat: Reſuſcitationem ſcilicet, de qva v. 28 ſermo eſt aperte diſtingvi ab ea de qua v: 25 agitur. &c. Qvod initium c. XI. â v. 1 ad 11 attinet, vindicat ejusdem αὐθεντείαν, in qvo etiam capite v. 25 ad verba Chriſti: τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν prolatis variorum expoſitionibus., τὴν ἀρχὴν transfert per *omnino* vel *certiſſimè*, hancqve translationem vindicat, vociſque hujus uſum eum apud

 ſcriptores

ſcriptores exteros eſſe oſtendit. In exponendo v: 59 de die Chriſti Abrahamo viſa ita ſtatuit p. 900. *Dies Chriſti infert omne tempus ἐνανθρωπήσεως ejus, geſti muneris, paſſionis item, reſurrectionis & adſcenſionis in cœlum. Hoc tempus Abrahamo viventi oculis corporis conſpiciendum datum eſt ope divinæ ἀποκαλύψεως ſingularis, qvod vox ἰδεῖν repetita, deſiderium Abrahami vehemens tale qvid videndi, ac cum his ἀμέσως conjuncta exultantis gaudii ſignificatio, credere jubet.* &c. Cap. XII. 32 ὕψωσιν Chriſti inprimis alludere putat ad ejus crucifixionem, collato Joh. III. 14. Neqve tamen excludendam eſſe, addit, reſurrectionem, quæ mortem ex cruce relatam inſecuta eſt, cujus qvippe vi homines inprimis ad Chriſtum pertracti ſunt. C: XIII. 34. ἐντολὴν καινὴν exponit de præcepto præcipuo & illuſtri, ut Matth: XXVI. 29. *Jud:* V. 8 *Pſalm:* XCVI. 1. novum dicitur quod eſt præcipuum & illuſtre. Ad Cap: XVIII. 6. in nuperam G. L. *Oederi* interpretationem inqvirit, contendentis, homines nefarios non coactos ſed ſponte ſua humi procubuiſſe, eamqve rejicit, atqve miraculum hoc vindicat, qvod ex divina hoſtium proſtratione ſatis eluceſcit. Cum Johannes c. XIX horæ ſextæ mentionem faciat, multa obſervatu digna conqvirit & prolixior eſt in conciliando

Marco

Marco cum Johanne qvam forte in ullo alio loco. Deniqve c. XXI. 25. adducta eorum opinione, qvi hyperbolen hic qværunt, ait; alios vocem κόσμος, alios verbum χωρεῖν ita interpretari, ut phraſis, prout jacet, facile admitti poſſit. Qvorum cogitata vide p. 999.

Ut deniqve ſpecimina qvædam ex curis, qvas S.R. Autor in actus apoſtolorum impendit demus, ordo jubet. Sed non niſi tria verba faciemus ſeu tres locos ſeligemus, ne nimium excreſcat opera. Scilicet c. II. 5, p 1024 diſqvirit ad verba ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, unde tanta Judæorum freqventia Hieroſolymis fuerit. *Pearſonium* duas afferre cauſas ait, nempe feſtum Pentecoſtes & imminentem Meſſiæ, tunc â multis expectati adventum: *Ligtfootum* poſteriorem tantum rationem admittere. Sed contra ſtatuit: per Judæos ibi κατοικοῦντας in univerſum indicari illos, qvi veteri ſede relicta tunc temporis Hieroſolymis habitabant & in poſterum qvoqve habitare conſtituerant. Hanc ſcilicet propriam verbi κατοικεῖν notionem eſſe, de commoratione autem ad tempus facta παροικεῖν & παρεπιδημεῖν proprie adhiberi. *Luc.* XXIV. 18. 1. Pet. I, 1. & II. 11. Lucam qvoqve ipſum τοὺς κατοικοῦντας verſ. 5. ab ἐπιδημοῦσι Ῥωμαίοις v. 10. diſerte diſtingvere. Cap. III. v. 19. p. 1056 inqvi-

inqvirit, quinam ſint illi καιροὶ ἀναψύξεως: Alii nempe de tempore judicii extremi, alii de tempore gratiæ Evangelicæ, alii de tempore glorioſi ſtatus Eccleſiæ in his terris accipiunt. Remittit hic ad *Vitringam* de tribus his ſententiis differentem, ita ut tertiam amplectatur. Noſter vero ſtatuit, & ἀνάψυξιν & ἀποκατάστασιν idem, nempe tempora judicii extremi denotare; tempora enim refrigerii immediate conjungi cum miſſione Filii â Patre exſpectanda. Hanc autem miſſionem non de ea, qvæ ad nativitatem aut gratiam, ſed de ea, quæ ad judicium peragendum ſpectat, intelligendam eſſe, patere ex v. 21. ubi de Chriſto dicitur ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι. &c. Tertius deniqve locus ſit c. VII. v. 53. ubi verba εἰς διαταγὰς ἀγγέλων ponderat. Alii intelligunt Prophetas, alii זקני העם, ſeniores populi, qvos Moſes *Exod.* XIX. 7. convocaſſe dicitur, alii deniqve Spiritus cœleſtes, qui propriè in Scriptura S. ſic dicuntur. Cum vero quidam credant, angelos ita ſolum huic negotio adfuiſſe, ut teſtes eſſent, quidam legis promulgationem ab iis profectam eſſe ſibi perſvadeant, expenſis iis quæ hinc inde diſputantur, addit: *Hactenus in eorum partes propendeo, qvi nudam angelorum præ-*

ſentiam

ſentiam hic innui contendunt; διαταγὰς vero retulerim ad alias circumſtantias hujus negotii, qvas divino nutu angeli in hoc negotio curarunt, inter qvas numero tonitrua & fulgura, ſonumqve tubarum. p. 1118. ſ.

Nobis jam non licet eſſe prolixioribus. Sciat igitur benevolus Lector, magnas grates debere eruditum orbem ſumme Reverendo Autori, quod curas ſuas tam inſigni & utili labori impendere voluerit, cui aggrediendo nemo magis erat idoneus. Optamus vero, ut curas in reliquos ſacri codicis novi fœderis libros impenſas videre quantocius liceat.

II.

Specimen Biographicum de Antiqvariis Sveciæ, in qvo Johannis Hadorphii, Eliæ Brenneri, & Islandorum curæ enarrantur, Auctore NICOLAO DAL, Hufvedi Filio. Stockholmiæ, ex officina Henr. C. Merckell, 1724. 4to. 15. pl. c. 2. figg. æn.

SI laudem unquam meretur Virorum præſtantisſimorum induſtria, qva in eruendis explicandisque antiquitatum monimentis verſantur: tùm certe eadem illis deneganda non eſt, qvando patriæ carisſimæ hanc

hanc operam navant atque impendunt. Qvid enim illuſtrius aut dignius eſſe poteſt, qvàm honori ac gloriæ natalis ſoli ita ſtudere, ut qvicquid illud habet vel lapidum, vel titulorum, vel iconum, vel codicum, vel inſignium, vel ſigillorum, vel numiſmatum, ex veteri ævo reſiduorum, ſqvalore ac ſitu liberetur, eductumqve è tenebroſis latebris in memoriam & uſum poſteritatis nova luce circumfundatur? Habuit Anglia ſuos *Lelandos*, *Camdenos*, *Spelmannos*, *Dugdalios*, *Sommeros*, *Whartonos*; Gallia *Chiffletios*, *Mabillonios*, *Baluzios*; Germania *Freberos*, *Goldaſtos*, *Meibomios*, *Schilteros*, *Leibnitios*; Dania *Wormios*, *Bartholinos*, *Bircherodios*, *Sperlingios*; aliæ regiones alios, qvi hoc patriæ officium fideliſſime præſtiterunt. Nec deſtituta fuit unquam SVECIA ingeniis talibus, qvæ quanti hæc res eſſet ponderis atqve momenti, optime perſpicerent, omnesque propterea nervos intenderent, ut conquiſitis ætatis priſtinæ reliqviis recens patriæ decus atque jubar adderetur. Qvorum uti ſtudia ac merita, ut ætatem ferant, par eſt: ita rem omnibus bonis atque intelligentibus gratiſſimam feciſſe merito cenſendus eſt eruditiſſimus præſentis libri Auctor, (1) qvi eorundem memoriam comto

(1) Puerorum Regiorum Moderator ſecundus, & pluribus

comto ornatoqve dictionis genere ad poſteros transmittere aggreſſus eſt.

Speciminis vero nomine hanc tractationem inſignivit, eò qvod integram qvidem Collegii ſive Societatis Antiqvitatum patriarum deſcriptionem hiſtoricam adornaverit, (2) hac vice autem particulam illius tantum aliquam emittere potuerit, Duumviros præcipue egregios, nonnullosque ex Islandis complexam, qvorum auſpiciis res antiqvaria maxime floruit atqve exculta eſt. Illorum alter, cujus effigies æri inciſa præmittitur, eſt JOHANNES HADORPHIVS (3) in lucem editus in prædio Haddorp in Paroecia Slaka, Provinciæ Oſtrogothorum, Patre *Nicolao Johannis* filio, redituum CAROLI tum Ducis, poſtea Regis Sveciæ cognomine Noni, curatore, menſis Maji die ſexta anno 1630. qvi annus

ribus annis in Regio Antiqvitatum Collegio verſatus, cujus alias extat *Bærosia, urbs per regna ſeptemtrionis mercatura nobilis*, Stockholmiæ 1719. 8vo Svethicè edita, qvo libro patriæ ſuæ ortum, incrementa, privilegia, & hiſtoriam omnem perſeqvitur. Conf. *Act. Lit. Svec.* 1720. Trimeſtr. II. p. 47. ſq.

(2) Vid. *Act. Literar. Svec.* anni 1722. Trimeſtr. III. p. 330.

(3) De *Hadorphio* ejuſqve ſcriptis conſulendus quoque JOH. SCHEFFERVS in *Svecia literata* p. 258. ſq. & JOH. MOLLERI ad eundem Hypomnemata in *Biblioth. Septentr. Erud.* p. 436. ſq.

annus inſignis admodum eſt ob conſtitutum Antiqvariatus Trium - Viratum ex Regia Glorioſisſimi GVSTAVI ADOLPHI auctoritate, *Martino Laurentii Aſchaneo ac Johanne Henrici Axehielmio* , *Johanni Thomæ Bureo* adſociatis, ita ut huic temporis intervallo primordia celeberrimi apud Svecos antiqvitatum Collegii merito adſcribi posſint. Initio adoleſcentiæ *Hadorphius* in vicina Lincopia ſtudiis juſta diligentia invigilavit, maturiore autem ætate Upſalienſem Academiam frequentavit, ſtipendio Regio in claſſe Politicorum ſuſtentatus, usque dum communibus ſuffragiis ann. 1660. Secretarius Academiæ conſtitueretur, qvod munus per ſedecim annos ſolertisſime geſſit. Anno 1664. matrimonium iniit cum *Eliſabetha Dalina* filia *Danielis Dalini*, civitatis Skenningiæ Paſtoris atque territorii Gœſtringiæ Præpoſiti, quod cum ſeptem filiis & tribus filiabus fœcundum eſſet, ſolus ex illo numero hodie ſuperſtes eſt *Samuel Hadorphius*, Toparcha Bremervordenſis. In gratiam ſummi literarum Mœcenatis ac Regni Cancellarii MAGNI GABRIELIS, Comitis de la GARDIE receptus, ann. 1666. ſtipendium extraordinarium obtinuit, ut cœptum ſtudiorum curſum eò alacrius urgeret; cumque ann. 1666. mortuo Regni Antiqvario *Laurentio Bureo* locus vocans ipſi offerretur, rara admo-

admodum modeſtia, (qua etiam ad inqvirenda monumenta Sveo-Gothica in Anglia occurrentia *Nicolaum Hyltenium* magis ſe ipſo idoneum eſſe aſſeruit) *Olao* potius *Verelio*, quàm ſibi iſtam competere provinciam indicavit; quod tamen à ſuperioribus ita compoſitum fuit, ut partito ſalario uterque juxta prioris muneris functionem elucidandis patriæ antiqvitatibus inſudaret. Inſtaurato ann. 1667. Collegio Antiqvitatum ſeptemvirali, *Hadorphius* qvoqve locum in eodem obtinuit, ubi non ſolum labores graviſſimi ad edendum chronica rhythmica, atque ad explicandum veterum ſepulturam, rem monetariam & ſigilla ipſi concrediti, ſed Collegii etiam res domeſticæ commiſſæ ſunt. Ann. 1669. Secretarius ad Archivum Regium ab Antiqvitatibus nuncupatus eſt; Unde Acta & documenta plurima reformationem Eccleſiaſticam & Politicam præcedentia ſelegit, qvæ per inſeqvens qvinqvennium digeſſit ordinateque diſpoſuit, *Jacobi Arnhemii*, hodie Profeſſoris Hiſt. Upſalienſis emeriti, aliorumque laboribus ſociis uſus, ita ut finito opere numerarentur ultra III. millia inſtrumentorum originalium, inter ſeculi duodecimi & decimi ſexti primordia, concepta atque ſignata.

Ad itinera curioſa Collegii nomine inſtituenda electum Cancellarius ſupralauda-

tus ann. 1669. ſecum ducebat, ut illius opera circum prædia ſua Hœgentorpianum & Leckœanum, nec non in templo perantiqvi Cœnobii Varnhemenſis, memoriæ veterum reſtaurarentur. In hoc tractu per ſingulos pagos monimenta inqviſivit, cumque indicatum ipſi eſſet, ingentem coloſſum runicum rivo parœciæ Skiælſvum ponticuli loco injectum eſſe, illum à viginti boum paribus advectum erexit, & ab interitu vindicavit. Seqventi anno 1670. Sereniſſimo Principi CAROLO XImo dux extitit ad viſenda monimenta Lincopienſia, Skenningenſia, Biælboana & Vretana, per veterum templorum ædiumque rudera, & porticuum cœnobialium ruinas, Principem manu ducendo. Nec minus Magnatum cimeliarchia, inprimis *Petri Brahei* & *Magni Gabrielis Delagardii* excuſſit. Ex illius enim bibliotheca ann. 1669. deſcripſit *Hiſtoriam Alexandri Magni, ab Anonymo Rhythmis Svethicis redditam, tempore Alberti Regis ad voluntatem mandatumqve Drotſeti Regni, Boo Jonſon*, qvæ ſimul cum tabula teſtamentaria ejusdem Boo Jonſon (ſ. *Boetii Johannes Grip*) edita eſt in Viſingsborg ann. 1672. 4°. In hujus autem librorum apparatu eos ſeorſim poſuit codices MSS. qvi lumen antiqvitatibus promittere viderentur, quos Celſiſſimus Comes Academiæ Upſalienſi & Collegio Antiqvi-

tiqvi-

tiqvitatum in perpetuum legare dignatus eſt annis 1669. & 1670. iſtumqve theſaurum publico expoſuit *Hadorphius* edito *Donationis Apographo*, quod adjectis notis & uberiori titulorum explicatione typis vulgavit Stockholmiæ 1672. fol°. Eodem anno cum accuratam *decretorum, receſſuum, ac ſtatutorum* inde à tempore Magni Ladulaſii continuatam *collectionem & excerptas deciſiones practicas* cenſuræ publicæ ſubjeciſſet, præmium retulit privilegium jure nobilitatis bona poſſidendi, & Judicis territorialis per Hanekindiam officium. Mox ann. 1673. glorioſiſſ. Rege CAROLO XI. poſt nuper ſuceptum regimen more priſco iter per regnum ſuum inſtituente, *Hadorphius* ſeqvi juſſus veterum arcium deſerta, oppidorum prædiorumque origines, denominationes, privilegia, conſvetudines, migrationes, monumenta, monſtravit & expoſuit, ut ex ipſius *itineris affecta deſcriptione* liqvet. Temporis quoque opportunitate invitatus Hafniam, Daniæ caput, adiit, firmamque cum *Thoma Bartholino*, Archivario & Antiqvario Regio celeberrimo, amicitiam iniit.

Ex peregrinatione redux, *Chronica rhythmica vetera duo*, res geſtas antiqvorum Sveciæ Regum complexa, junctim Holmiæ 1674. 4to edidit, & *Regum Principumque Septemtrionalium tranſactiones, fœdera, inducias*, ex

 latinis

latinis Svethciisque originalibus deſcriptas, inſtar tomi alterius Holm. 1676. 4to. ſubjunxit, cum jam ibid. 1675. 8o. *Hiſtoriam de S. Olao* rhythmis itidem Svethicis incerta ætate ſcriptam, cum quibusdam diplomatibus & inſtrumentis Jemtiam & Norvagiam ſpectantibus, publicaſſet. Hiatum in ipſis Chronicis p. 517. occurrentem unius folii deſcriptione ex codice quodam recente Archivarii & Profeſſoris Haffnienſis, *Arnæ Magnæi*, ſanari poſſe, Autor commemorat. Anno 1676. ex veteri membrana per *Joh. Stiernhækium* comparata evulgavit antiquiſſimas *Daliæ*, itemque *Scaniæ leges*, variis lectionibus auctas, Holm. in folio. Quibus aliisque illius meritis effectum eſt, ut non modo in Secretariatu Archivi collata mercede confirmaretur, ſed & pleniore auctoritate, ad inquirendas per univerſum Regnum antiquitates, inſtrueretur. Ipſum Diploma Regium, Stockholmiæ die 28. Aprilis 1676. datum, indiculum potiſſimarum materiæ antiquariæ rerum annexum habet, dignum qui hic repetatur, ut aliis idem alibi tentaturis cynoſuræ ac moduli inſtar eſſe queat.

I. Omnis generis lapides monteſque runis ſignati, per agros, templa, pagoſque requirendi, notandi; & ſinguli decumbentes cippi runici erigendi.

II. Ve-

II. *Vetera deſerta caſtella, arces, turres, munitiones, nec non congeſti ſaxorum cumuli, cum traditionibus de iisdem.*

III. *Eminentes ſuper humum tumuli & conditoria gentilitia, ceu Regum aliorumque illuſtrium virorum ſepulchra, cum eorundem denominatione.*

IV. *Luci, fontes, ſaxa, rotundæ cacaborum figuræ petris inciſæ, aliaque ſacrificiis antiquitus celebrata, & quæ de illis fama.*

V. *Loca memorabilia ob certamina aut pugnas, ob reliquias gigantum, cryptas, oſſa, gladios, armatum, nec non alia, de quibus aliquid relationis hiſtoricæ ſupereſt.*

VI. *In templis veterum eminentium Virorum conditoria, lapides ſepulcrales, inſignia, & quæ cetera notatu digna ex inſcriptionibus, picturis, aut ſuppellectile eccleſiaſtica.*

VII. *Libri veteres, runis vel literis monachalibus exarati, chartæ monaſteriales, legum codices antiqui, hiſtoriæ manuſcriptæ ſeu ineditæ, ſigilla, atque hujus generis alia, in repoſitoriis templorum aut virorum ſpectabilium.*

IIX. *Veteres Cantilenæ hiſtoricæ & athleticæ, quarum olim crebra atque adhuc nonnulla apud plebem cantatio, diligenter inquirendæ ac connotandæ, quod haud parum veritatis contineant, qua geſta Majorum.*

IX. Antiquæ monetæ aliaque notabilia, quæ, ex humo egeſta, vel alio modo comparata, conſpicui viri ſervant.

Talibus gaudens commendatitiis *Hadorphius* nullo non anno, æſtivis præſertim temporibus, aliquam regionem tractumve peragravit, quasvis perreptando latebras, omnemque movendo lapidem, ut theſauros antiquarios reportaret; nec *Antiquorum Regum & Epiſcoporum veterum arces aulasque* præteriit, quarum ſitum & in actis priſcis mentionem *peculiari indice* complexus eſt, adſociatis ſibi ad monumenta ſcite depingenda, præter alios, juvenibus aptiſſimis *Paulo Landsberg* & *Johanne Peringer*, quorum hic Antiquarii Regii & Conſiliarii Cancellariæ munere, ac appellatione Pernigskiœldii deinceps celebris fuit. Fructus talium itinerum fuit ſpecimen Holmiæ 1680. ſolo prelo Vankifiano mandatum, quo *XXIII. monumenta Runica in territorio Fœrentuna ocurrentia* cum adjecta brevi interpretatione Svethica comprehenduntur; cujus editione Rex ipſe adeo eſt oblectatus, ut novos typos runicos fundi ſuisque ſumtibus comparari juſſerit. *Hadorphius* quoque monumentorum icones ſculpturæ affabre mandari ſubinde curavit, ad ſubtiliores cœlaturas æneas *Truilum Arvidi*, Veſtervicenſem, adhibens, figuras autem lapidum ſe-

ſepulcralium & runicorum ligno , quod convenientius obſervaverat, incidi jubens magnaque figurarum talium vi perfecta (4) *Commentarium, juxta ſeriem, qua Joh. Meſſenius in Tumbis, ſeu libello de Inſcriptionibus ſepulcralibus, fuit uſus,* ſcribere orſus eſt, ſed imperfectum reliquit: quod poſtea damnum reparavit ſucceſſor digniſſimus *Joh. Peringskiœldius* (5) ornatiſſimis Monumentorum Sveo-Gothicorum Voluminibus in lu-

(4) *Hæc ſaxa (Cerberum referentia) tanqvam præcipua quædam Antiqvitatum Hyperborearum cimelia diligentiæ debemus Hadorphianæ, à qua cippos ſaxeos plus quam Millenos, toto Regno noſtro detectos, una cum deſignatione locorum, in qvibus extant, expectare habemus.* OL. RVDBECKIVS Tom. II. *Atlant.* cap. XI. p. 662.

(5) Viri hujus celeberrimi, ann. 1720. d. 24. Mart. mortui, elogium habetur in *Act. Literar. Svec.* 1720. Trimeſtr. III. p. 82. ſq. Qvantum illi antiqvitates patriæ debeant, ſatis ſuperque teſtantur tot lucubrationes doctiſſimæ ipſius opera editæ, & præſertim *Volumina* hîc indigitata, qvorum Primum prodiit hoc titulo: *Monumentorum Sveo-Gothicorum liber primus, Uplandiæ partem primariam Thiundiam continens, cum Antiqvitatibus ac Inſcriptionibus, quæ Cippis & Rupibus vel Tumbis inciſa paſſim reperiuntur*, Stockholmiæ, 1710. fol. Latine & Svethicè. Alterum, quod Monumentorum Sveo-Gothicorum *Librum II.* conſtituit, hac gaudet inſcriptione: *Monumenta Ullerakerenſia cum Upſalia nova illuſtrata*, Stockholm. 1719. fol. Svethicè. Utrumqve plurimis figuris æneis juxta ac ligneis eſt refertum.

lucem emiſſis. *Numos* itidem *omnes, quotquot ab Amundo Rege ad Coronationem Caroli XImi* reperire potuit, ſumma cura delineari fecit, una cum ſpoliis vetuſtatis, monetis Arabicis & fractis ac incertis aliis, quam tamen operam incredibili labore privato prævertit *Elias Brennerus.* Alia plurima molitus eſt: nempe *Faſtos breves & Chronicia*, ex codicibus antiquis editioni novæ *Chronici Jacobi Gislonis*, Holmiæ 1592. 4to. olim evulgati, inſerenda; *Antiquum Sveciæ Chronicon ſolutæ orationis* accuratius, quam à Joh. Meſſenio 1615. factum eſt, ex veteri Mſs. edendum notisque illuſtrandum; itemque *Duplex Chronicon Episcoporum*, videlicet *Lincopenſium & Scarenſium, rhythmis ſive ὁμοιοτελεύτοις Svethicis comprehenſum*, decenter publicandum, cujus jam accuratiſſima editio habetur inter Monumenta Hiſtorica vetera Eccleſiæ Sveo-Gothicæ, à Max. Rev. *D. Erico Benzelio* Upſal. 1709. 4to typis vulgata. Sicubi quoque amicis ac commilitonibus, ſimili ſecum ſtudio documenta priſca ævi domeſtica indagantibus, ſuppetias ferre poterat, libens lubensque illis operam ſuam adduxit, uti teſtantur *Obſervationes de tribus Coronis* ad *Joh. Schefferum* transmiſſæ, & in fine libri ejus de antiqvis veriſque Regni Sveciæ inſignibus Holm. 1678. 4o. editæ, itemque editio *Anti-Cluverii & de Hyperboreis Diſſer-*

Diſſertationis, poſt mortem primi Antiqvitatum Collegii Præſidis, *Georgii Stiernhielmii*, cui originem ſuam utrumque opus debet, 1685. curata. Nec juris patrii ſtudium neglexit, dum non tantum è codice membranaceo *leges* vetuſtiſſimas *Veſtro-Gothicas*, auctiores ac diverſas a Stiernhielmianis, tranſcribi fecit, & *Promptuarium* quoddam *juris* ordine alphabetico ipſemet incepit, cui ex omnibus regni legibus locupletando admovit ſtipendiarium antiqvitatum, Eliam Salin: ſed & perarduum *de jure ædificandi* titulum à ſe enodatum & de integro compoſitum 1688. promulgavit, legibuſque inprimis vetuſtiſſimis in lucem protrahendis inſudavit, è qvibus *Leges Biærkœenſes*, veteris Sveciæ metropolis, in lacus Meleri inſula olim ſitæ 1687. additis *potioribus receſſibus*, *juribus aulicis & ſtatutis veteribus* inde à Magni Ladulaſii ad Guſtavi primi tempora; *Leges Gothlandiæ Provinciales*, una cum vetere relatione hiſtorica, de incolis & expeditionibus hujus inſulæ, eodem anno; *Leges civiles ſeu municipales Visbyenſes*, ex veteri membrana deſcriptæ cum nova verſione Svethica 1688; & *Leges maritimæ Visbyenſes* ex translatione Michaëlis Agricolæ, Epiſcopi Aböenſis, recognitæ 1689. editæ ſunt.

Mutata deinde fuit Collegii Antiqvitatum facies, dum Aſſeſſores in urbe domina

commorantes crearentur, & appellatione Collegii abrogata nomen *Archivi* Antiqvitatum ann. 1692. inderetur. Sub id tempus *Hadorphius*, novi ordinis Primipilus, annum climactericum magnum emenſus, nempe 1693. die 12. menſis Julii è vivis exceſſit, cujus ſupellex antiqvaria cum epiſtolarum antigraphis & operibus affectis ſucceſſori digniſſimo, *Johanni Peringero*, publice reddita fuit; relictæ vero bibliothecæ privatæ qvicqvid poſt qvinque luſtra ſuperfuit, jure emtionis ſibi adqviſivit JOH. CARTERETIVS, primarius Magnæ Britanniæ Regis Secretarius Status, Stockholmiæ annis 1719. & 1720. pro finiendis bellis agens. Ultimo loco comparatio inter Hadorphium & Mabillonium (6) inſtituitur,

(6) A Gallis ad Anglos ſi tranſgredi liceat, non incommode paralleliſmus qvidam adornari poterat inter *Hadorphium* atqve *Johannem Lelandum*, celeberrimum Angliæ Antiqvarium, eumqve κατ' ἐξοχὴν ita dictum, qvi ſimili ſtudio ac fervore, ſimili patrocinio patriæ ſuæ antiqvitates indagavit. Ita enim de eodem ANTONIVS HALL in vita illius, qvam *Commentariis de Scriptoribus Britannicis* ex autographo Lelandino Oxon. 1709. 8vo II. Tomis à ſe editis præfixit, §. 5. & 6. inqvit: *Regi Henrico VIII. Principi erudito, ita carus eſſe cœpit, ut illum non modo Bibliothecæ ſuæ præfecerit, verum etiam magnifico ANTIQVARII titulo liberaliſſime donaverit. Unus eſt inter Anglicæ ſcholæ proceres, virorum eruditorum ſemper*

Digitized by Google

tuitur, & qvidnam in his ambobus ſimile, qvid diſſimile occurrat, commonſtratur.

Anti-

ſemper feraciſſima, qui ad tanti nominis faſtigium conſcenderit:

Habeat ſecum, ſervetqve ſepulchro.

Jamqve clades infanda omnibus omnium monachorum cœnobiis imminebat, cum ecce Lelandus Regio Diplomate (cujus ipſe meminit *de Script. Brit.* cap. CCXVII. in *Joſepho Iſcano* p. 237.) *ann.* 1533. *munitus atque amplo viatico donatus, miſſus eſt, ut univerſas per totam latè Angliam Bibliothecas luſtraret, forulos omnes excuteret, libros rariores & vetuſtiores conſervaret, materiam copioſam & divitem, patriis antiqvitatibus illuſtrandis aptam & idoneam, conqvireret. Quod ille negotium non modo alacerrime ſuſcepit, verum etiam per ſexennium aut eo amplius, tàm expedite tàm dextre executus eſt, ut rem fecerit & Principi gratiſſimam & poſteritati utiliſſimam.* Ipſemet *Lelandus*, referente *Gvil. Burtono* in *Corollario Vitæ ejus*, Tom. II. de ſcript. Brit. annexo, in epiſtola quadam Henrico Regi ſcripta de ſe teſtatur, *quod nullum fuerit per univerſum Angliæ Regnum promontorium, portus vel ſinus, flumen, rivus, fluxus aqvarum, æſtus, lacus, incurſio undarum, palus, mons, vallis, planities, ericetum, foreſta, ſaltus, ſylva, civitas, municipium, burgum, caſtellum, oppidum, villa, pagus, collegium, cœnobium, abbatia, monaſterium, ædes, manerium, prædium, vel locus aliqvis notatu dignus, qvem non viderit, & quæcunque ibidem obſervanda eſſent, non annotaverit.* Atqve hanc qvidem aſſertionem ſatis ſuperque comprobat *The Itinerary of John Leland the Antiqvary*, quod cura *Thom. Hearnii* Oxon. 1710-1712. 8vo IX. Voluminib. prodiit, itemqve ejusdem *Lelandi Antiqvarii de Rebus Britannicis*

Colle-

Antiqvariorum alter, cujus memoria præſenti ſcripto renovatur, & effigies itidem itidem ære exprimitur, eſt ELIAS BRENNER, natus in *Storkyro*, Bothniæ Orientalis parœcia die 8. April. 1647. patre *Iſaaco Brenner*, Eccleſiæ ibidem Paſtore laudatiſſimo, & matre *Suſanna Verenbergia;* qvorum progenitorum continua ſeries à quinque retro ſeculis contexta in Johannis Meſſenii Epicedio *Henrici Martini Brenneri*, & enarratione ſimul cum epitaphio *Canuti Henrici Brenneri* edita, legitur. Adoleſcens annorum ſeptem literis erudiendus Neo-Carlepolim miſſus eſt, ac elapſis quatuor annis Arctopolim, à parente itidem amore hiſtoriarum patriæ tinctus, qvi Meſſenii in vicinia captivi nonnulla inſtitutione in pueritia fuerat imbutus; uſqve dum exactioris informationis capax anno ætatis decimo ſexto Upſaliam proficiſceretur. Cumque ipſi natura dediſſet ingenium avidum, non modo hiſtorias accurate cognoſcendi, ſed etiam Apellæa arte res qvasvis exprimendi-

Collectanea, ab eodem *Hearnio* ex autographis Oxon. 1715. 8vo VI. Volum. edita. Exemplo Lelandi excitatus ſimilem patriæ perluſtrationem in animo habuit *Robertus Plot*, uti liquet ex illius relatione ſive *Account of an intended Journey through England and Wales for the Diſcovery of Antiqvities and other Curioſities*, quæ ad calcem Voluminis II. Itinerarii Lelandini Oxon. 1711. 8o p. 103-111 extat.

mendi: factum eſt, ut Collegium Antiqvitatum nuper Upſaliæ inſtauratum eidem ſpartam ultro offerret, his utens verbis: *Qvod ſtipendio Academico frueretur duplici, ſumtus ad itinera facienda neceſſarios præterea acciperet, certoque annuum ſalarium in ipſo cœtu nanciſceretur, qvum aliqvandiu diligentem operam ſodalitati commodaſſet, in obſervandis ac depingendis antiqvitatis monumentis, qvæ in variis Regni regionibus extarent.* Cui Collegii voluntati conſultò acceſſit menſe Junio anni 1668.

Primas itaque curas Cathedrali Upſalenſium templo conſecrans, monumenta illius præſtantiſſima, vetuſtate vel incendio nondum deleta, ſumma arte delineavit, in qvibus fuerunt tabula ſuper arcam argenteam Erici Sancti poſita, conditorium Birgeri Peterſſon, S. Birgittæ parentis, cum plurimis lapidibus ſepulchralibus & inſignibus familiarum eqveſtrium, qvorum monumentorum aliqvot æri inciſa condecorant ſplendidiſſimum Sveciæ antiquæ & hodiernæ opus *Dahlbergianum*, ut & *Peringskiöldii* Monumenta Ullerakerenſia p. 48 & p. 88. Pari induſtria in Oſtro-Gothiam profectus Vadſteni in templo cœnobiali, quæ maxime notatu digna erant, perſcrutatus eſt, & circum jacentis qvoqve tractus memorabilia Schenningenſia, Biælboana, aliaqve in chartam redegit. Inde

per

per Smolandiam in Veſtro-Gothiam tendit ad Cancellarium Regni Magnum Gabrielem de la Gardie, in arce ſua Leckö verſantem & penes ſe Antiqvarium Hadorphium habentem, cujus mandato monumenta, quotquot in Comitatu deprehenderentur, inveſtigavit. Hinc revertens urbis Skara indicia priſca pictura ſimili imitatus eſt, rudera Gudhemenſia deſignavit, cippos Runicos in Slaka deſcripſit, Lincopiæque monumenta, & veteris templi Monaſtici Vretenſis ſepulcra Regia compari arte ſignavit, iſtoqve labore centum circiter collegit monumenta, á vetuſtate gentili pariter ac Chriſtiana in ſaxis relicta. Proximo anno 1670. mandante Collegio iteratam in Oſtro-Gothiam profectionem inſtituit, præſcripto, Vice-Præſidis *Loccenii* manu ſigilloque collegii notato, munitus, qvo indicabatur *ipſum delineatum ire cippos runicos, vetera Regum hominumque illuſtrium ſaxa ſepulchralia cum inſcriptionibus atque inſignibus, nec non monetas antiqvas & ſigilla notabilia, rogabanturqve Paſtores, tributorum exactores, conſulesqve, ut operam huic exhibendo Regiæ Majeſtatis edicto ſatisfacerent.* Cumque Vadſtenum perveniſſet Princeps hæreditarius CAROLVS XI. Hadorphio adverſa valetudine impedito, *Brennerus* ab illuſtri Gripenhielmio in arcem vocatus, Principi globoqve ſenatorum regni memorabilia

urbis

urbis in chartam relata exhibuit, ac ſingulorum inſcriptiones prælegit. Poſthæc jubente Collegio MagnumDucatum Finlandiæ petiit, ibidemqve non pauca luce digna monumenta á tenebris interituque vindicavit, quæ numero L. eleganter depicta Collegio obtulit. Specimina horum qvædam lucem adſpexerunt, nempe *Magni Ducatus Finlandiæ ac Comitatus Oſtrobothniæ inſignia* in opere Dahlbergiano, & *effigies S. Henrici Epiſcopi* in Monumentis Ullerakerenſibus p. 128. exhibita. Alia quoque picturam non concernentia in illo itinere collegit, nimirum *Chronicon de S. Birgitta*, quod cum codice D. Erici Benzelii collatum 1710. prodiit, *Pauli Juſten Chronicon Epiſcoporum Aboënſium*, *Adagia Fennonica* verſione Svethica illuſtrata & *Diſſertationem Epiſtolarem ac vocabulorum indicem, quibus demonſtratur in lingva Fennonica ſupereſſe radices ſermonis Svethici*, qvorum illa in Baronis Guſtavi Kålambii, hæc in D. Erici Benzelii bibliotheca Mſſta ſervantur.

E Fenningia redux lege necesſitatis adactus pictoris munus in Collegio abdicavit, & artificium picturæ miniatæ apprehendit; circuitioni tamen Regiæ 1673. inſerviit, & Varnhemenſis templi monumenta duodecim illuſtriora depinxit, qvæ ſerico damaſceno cæruleo involuta ſummus Regni Cancellarius

Dela-

Delagardius Regi ipſi inſinuavit, & poſtmodum Collegio antiqvitatum inferri curavit. Interim rem nummariam ſeorſim excoluit, multiſque perfectæ picturæ, non ſolum Catagraphicæ ſed etiam Heraldicæ, ſpeciminibus ita inclaruit, ut per literas Regias vocaretur, ad inſerviendum aulæ Regiæ in imaginibus pictura miniata, & Cancellariæ in teſſeris ſcutariis conficiendis. Profecta hinc ſunt ab illius arte & in pergamenis authenticis deſcripta ingenioſiſſima Comitum, Baronum, Nobiliumque Scutaria ſigna plus minus qvingenta, â CAROLIS XI. & XII. qvadraginta per annos conceſſa. Specimen vero Catagraphicæ ſupereſt, *Nomenclatura trilingvis, genuina ſpecimina colorum ſimplicium exhibens, qvibus artifices miniatæ picturæ utuntur*, ann. 1680. fol. excuſa.

Eodem anno, uxore priore *Ehrengerde Stamm* demortua, *Brennerus* ad ſecunda vota tranſiit, novamqve ſibi ſponſam adſociavit *Sophiam Eliſabetham Veber*, qvæ univerſa ſui ſexus honeſtamenta complexa, fœcunda mater, ob utriuſqve & corporis & animi partum multiplicem, rectiſſime ſalutatur, dum qvindecim liberos eſt enixa, fœtus autem ingenii ipſa numerare neqvit, meritoqve in diſqviſitionibus ac lucubrationibus *de mulieribus eruditis* utramque paginam facit.

cit. 7) Unde & in honorem illius non incelebris artifex *Carolus Guſtavus Hartmann* numum cudit 1699. cujus unum latus effigiem nomenqve Minervæ hujus Svecicæ oſtendit, alterum laurum exhibet, cum lemmate: CRESCIT CVLTVRA. 8) Inter PoëtriasSeptemtrionales hodie facile Princeps eſt, miraqve in pangendis carminibus dulcedine ac ſvavitate excellit, ſive illa vernaculo, ſive germanico, 9) ſive latino, ſive gallico,

 ſive

7) Cum V.Cl.*PetrusHedengrahn* ſub præſidio*Joh.Esbergii MulieresPhiloſophantes* exercitio Academico exponeret Upſal. 1699. 8vo (qvod & 1701. 4to recuſum eſt) non modo p. 19. *Brenneriæ* honorificam mentionem injecit, ſed & totum ſchediaſma Carmine Sapphico nomini illius dicavit. Cui propterea nitidam doctamqve illa ſcripſit epiſtolam, typis ſimul excuſam, qvæ repetitur in *Nov. Liter. Mar. Balth. & Sept.* 1699. m. Jul. p. 201. ſq. *Sebaſtianus* quoque *Kortholtus* Diſqviſitionem *de Poëtriis puellis* Kilonii 1700. editam *Brenneriæ* conſecravit.

8) Numi hujus delineatio, à *Nicol. Kedero*, Antiqv. Colleg. Aſſeſſ. communicata, exhibetur in *Nov. Lit. M.B. & S.* 1700. menſ. Decembr. p. 363. 368.

9) Cui volupe eſt, ſpecimen Germanicæ Poëſeos à *Brenneria* profectum legere, adeat Nov. Lit. M.B. & S. 1701. m. Febr. p. 42. ſq. ubi elegantiſſimum illius carmen Germanicum exhibetur, in laudem picturæ compoſitum, qvod deſcriptioni Picturarum celeberr. Pictoris Regii B. Davidis Klöcker Ehrenſtrahl præmiſſum eſt. Eodem qvoqve loco p. 73. ſq. ſiſtitur inſigne *Nicolai Kederi* carmen Gallicum, qvo clariſſimæ hujus Septemtrionis Muſæ ingenii dotes ex merito veneratus eſt.

ſive italico, ſive belgico ſermone ſint concepta; uti teſtatur *Collectio Poëmatum* illius ann. 1709. edita, annexis plurimis gratulationibus, ex omni orbis parte decimæ Muſarum oblatis. Nec vel poſt editum opus ingenii documenta reddere intermittit, ſed juxta diligentem in omni genere domus curam, literarum commercia cum eruditis variarum gentium continuat, & ab optimis qvibuſqve rogata, in Coronationes, nuptias, funera, lucubrationes, artium effectus, locorum ſitus, temporis habitudinem, juſto cum pondere verſus emittit, hodieqve annum climactericum ſupergreſſa inter reliqvos Poëtas ſe gerit

Ut feſtis matrona moveri juſſa diebus.

Poſt elapſos à ſecundis votis annos qvatuor *Brennerus* accurata Catagraphicæ Heraldicæqve documenta, folio, ut ajunt, regali, inſcripta exhibuit, faciem Regis in medio poſitam qvinqvaginta & octo familiæ, ditionum, provinciarum, Regniqve inſignibus cingendo; qvod artificium, Pacificationis Cardiſienſis tranſactioniſqve Plyſienſis confirmationi præfixum, ad Magnos Moſcoviæ Duces JOHANNEM & PETRVM Alexevitios miſſum eſt. Qvoties etiam exterarum gentium Legati aliiqve Regis, Reginarum, Principumve imaginibus erant honorandi, *Brennerus* adhibitus eſt, qvi, qvam fuerit εὐφαντασίωτος, argumen-

gumentum evidens eſt, qvod *Erici Palmſchiœldii* faciem, ad vivum nunqvam pictam, pluribus, poſt obitum annis accurate exhibere valuerit. Ipſe Rex LVDOVICVS XIV. perlatis in Galliam miniati operis Brenneriani experimentis, eundem lautioris mercedis promiſſo ad ſe pertrahere ſtuduit; at *Brennerus* à patriæ caritate diſcedere minime potuit, benè ſecum reputans, patriæ fumum igne alieno eſſe luculentiorem.

Hinc ope privilegii Regii numographico operi ſeverius incubuit, vocans in partes Chalcographum Norimbergenſem *Sertorium*, ut ita demum ſumtuoſisſimum opus, cujus ſingula folia mediocres libros pretio æqvant, duabus ſectionibus novem ſeculorum numos æri inciſos continens, titulo *Theſauri Nummorum Sveo-Gothicorum* Holm. 1691. 4to prodierit 10) cum præfatione latina de ratione & inſtituto operis, qvod ſummis elogiis proſecuti ſunt Viri maximi *Patinus*, *Cuperus*, *Bachinus*, aliiqve. CAROLO XI. Regi cum liber oblatus eſſet, literis Autorem dignatus eſt, die 31. Decembris 1692. Stockholmiæ ſcriptis, plenis juſtæ laudis & æqvi præmii, quæ in latinum verſæ hic exhibentur. Lutetiæ theſaurus hic Brenneri bombycino rubicundo

10) Conf. cl. MOLLERI ad *Schefferum* Hypomnem. p. 473. ſq.

Digitized by Google

bicundo veſtitus libris regiis adſcriptus eſt, & in Perſidem delatus per Legatum *Ludovicum Fabricium* & *Henricum Brennerum*, Eliæ noſtri patruelem, nunc Bibliothecarium Regium, 11) Schacho Sultano HVSSEIN, lingvarum Europæarum ignaro, ad cognoſcendam Sveciæ hiſtoriam profuit. Anno 1693. *Brennerus* ad conſortionem antiqvariam ex viginti annorum poſtliminio iterum adoptatus, & in locum Aſſeſſoris per diploma Regium ſuffectus eſt: initio vero anni ſubſeqventis per literas regias operi ſuo vindicare juſſus eſt numos in geſta patriæ Regum ubicunque terrarum cuſos, cui ampliſſimo inſtituto ſublevando literarum commercia inſtituit cum præcipuis in re numaria Viris, Comite Imperii *Antonio Günthero de Schwartzburg*, Abbate *Gerhardo Molano*, *Andrea Morellio*, *Baudelotio de Dairval*, *Carolo Guſtavo Heræo*, aliisque; nec ſola literarum beneficia, ſed ipſa qvoque metalla ſignata collegit, feliciſſime ad hoc uſus curioſi Periegetis *Johannis Sparvenfeldii*, & elegantiorum literarum aucupis *Guſtavi Adlerfeldii*, operis dexterrimis. Qvibus ſtudiis effectum eſt,

11) De *Henrici* hujus *Brenneri* fatis & ſcriptis vid. *Nov. Lit.* M. B. & S. 1700. menſ. Dec. p. 369. ſq. itemque *Act. Lit. Svec.* 1723. Trimeſtr. IV. p. 459. ſq. 1724. Trimeſtr. I. p. 509. ſq. & Trimeſtr. III. p. 560. ſq.

eſt, ut *duodecim tabulis* jam locupletior factus ſit Theſaurus, Brennero eodem collectore, pictore, & ſculptore. Sub finem ſuperioris ſeculi ſingulari commentario *cogitata* ſua patefecit *de mulctis attemperandis*, inſtituta comparatione & obſervata differentia inter monetam iſtius temporis & ævi Chriſtophoriani; eodemque tempore cum aliis rei numariæ ſcientiſſimis viris Numophylacium in uſum Regiæ Majeſtatis rite digeſſit. Cum Regia conflagraſſet, & fundamenta muris reficiendis jacerentur, *ſubſternendos ſolemni ritu numos indice* complexus eſt, qvem ſervat Bibliotheca Baronis Guſtavi Ralambii. Circa initium autem hujus ſeculi ex Conſtitutione Regii Cancellariæ collegii duplex munus gerere cœpit, alterum *numiſmatum cudendorum in geſta CAROLI XIImi* Collega Nicolao Kedero, alterum *cenſuræ exercendæ in figuras æneas operis Dahlbergiani.* Nec privatis unqvam amicorum deſideriis deeſſe voluit; unde freqvens ejus mentio occurrit ſcripta evolventibus *Schefferi, Svedbergii, Benzelii, Kederi, Tunii, Dikmanni, Adlerfeldii, Eenbergii, Permanni, Juslenii, Scarini, Carlgrundii, Hœkii, Schoumakeri.* Peregrini qvoqve ſæpius inſigni cum voluptate contemplati ſunt, præter Numophylacium inſtructiſſimum, cimelia antiqvitatum alia, qvæ poſſidebat, & repoſitoria

 naturæ

Digitized by Google

naturæ artiſqve operum plena 12) ut mirari conveniret, talia coacervaſſe Virum mediocris ſortis, & patria, niſi ſemel per paucos admodum dies, nunqvam egreſſum.

Inter hæc in longiſſime diſſitas Imperatoris Byzantini ditiones delatus Rex CAROLVS XII. Diplomate ad Benderam ſignato ann. 1712. nobilitatis honorem & privilegia ac inſigne novum *Brennero* contulit, qvi, cum á reditu Regis res monetaria ſurſum deorſum volvi, juxta ſubtilitatum ſoritem á Barone *Goerzio* conſcriptum, inciperet; nihil adulatus diſerte contendit, per ejusmodi molitiones exhauriri potius, qvàm reſarciri opes, & peculiari qvoqve ſcripto Regem ſubmonere inſtituit, cavendum ab utilitatis ſpecie, & reſpiciendum ad infauſtum in re ſimili tentamen JOHANNIS III. Regis, cujus numis diſcutiendis jam tum qvoqve incubabat. Ad ægritudinem hanc animi acceſſit corporis morbus, ita ut adveniente 16. die Januarii plurimum deficeret; cumque circa meridiem evigilare videretur, a conjuge aſſidente interrogatus, *ut ſeſe haberet?* vocem *benè*, ſimulqve animam tranqvilla morte emiſit, ætatis anno ſeptua-

12) Inter celebratiſſima Specie Muſéa *Brennerianum* quoque refert Vir Doctiſſ. JOH. FRID. LEOPOLD, Med. D. præmaturo nobis fato ereptus, in Relatione Epiſtolica *de Itinere ſuo Svecico* ad V. cl. Joh. Woodward, Londini 1720. 8vo edita, p. 69.

Digitized by Google

ſeptuageſimo. Celebratiſſimum ejus numophylacium, cui præter Bromelianum æqviparatur nullum, perſoluta hæredibus pecunia ſuæ poſſeſſionis fecit honoratiſſimus Mercator *Valterus Grainger*, Anglus, anno 1721. Ipſum autem *Theſauri* opus cum continuatione & Commentario luculentiſſimo perfecit, ultimamqve ipſi manum addidit doctiſſimus *Nicol. Kederus;* quod vero prodire nondum potuerit, in cauſa ſunt commutationes rei numariæ, per qvas nimis extenuati ſunt mille thaleri Imperiales, olim à Regina vidua HEDEVIGE ELEONORA editioni deſtinati. Deniqve de affectis operibus *Brenneri*, ſucceſſoribus, habituque animi & corporis nonnulla adduntur.

Appendicis loco à cl. Auctore commemorantur *Islandorum* in rem antiqvariam Sveciæ merita, ſeculi ſeptimi decimi ſpacio poſteriore collata. Cum enim jam olim Svecos inter & Islandos, ut ut longe diſſitos, commercium qvoddam literarium obtinuerit, cujus inſigne teſtimonium eſt officinæ typographicæ apud Islandos inſtauratio omnium prima ab homine Sveco, *Jona Matthiæ*, qvi tempore Jonæ Aronis, Epiſcopi Holenſis, typis propriis evulgavit *Manuale Sacerdotum*, *Evangelia Dominicalia*, aliaqve, & cujus filius ac hæres *Jonas Jonæ* integram verſionem ſacro-

 rum

rum *Bibliorum* Islandicam primus edidit: tum & ſuperiore ævo, qvi ex Svecis ad hiſtorias majorum & antiqvitates Patriæ pernoſcendas ſummo ſtudio ferebantur, uberrimum manuſcriptorum Islandicorum apparatum coacervarunt, ideoqve homines literatos ex gente Islandica, penes qvam lingvæ veteris ſeptemtrionalis genius remanſit, adoptarunt, ut horum opera eò facilius feliciuſqve veterum libros cognoſcerent.

Ex his primus fuit *Jonas Rugman*, in villa Rugſtader, diœceſeos Holenſis, natus, novennio poſt Turcarum 1627. in Islandiam aſſultum. Is caſu qvodam fortuito in Sveciam translatus eſt. Cum enim ſcholam freqventaret Holenſem, ortoqve cum Rectore litigio condiſcipulatu excluderetur, pro recuperandis ſtudioſorum privilegiis Hafniam adire paravit, atqve in itinere à Svecis, 1658. adverſus Danos bellum gerentes, captus & Gothoburgum devectus eſt, ubi ſummus Regni Drotſetus *Petrus Brahe* illum ſuſcepit, moxque in ſcholam Comitatus Viſingsburgenſis miſit, atqve inde brevi Upſaliæ ſtipendio Regio alendum curavit. Alienigenam *Verelius* amore complexus eſt, cum probè perſpiceret, maximo uſui fore juvenem ad conqvirenda redimendaqve manuſcripta vetera ex Islandia. Itaqve *Rugmannus* mox poſt reconciliatam

tam cum Danis pacem ann. 1660. Hafniam miſſus eſt, & inde in patriam Islandiam abiit, bonaque manuſcriptorum copia collecta in Sveciam rediit, cujus veſtigia ſui Regis nomine legit *Thorfæus* 1662. Nec ſine fructu *Rugmannus* curis Verelii antiqvariis adfuit, adeo ut hic fateatur in notis ad *Hiſtoriam Gothrici & Hrolfi* Upſaliæ 1664. 8° editam, utilem ſibi eundem navaſſe operam in veteris lingvæ vocibus interpretandis. Anni 1665. tempore vernali Hafniam iterum profectus *Olavi Tryggvæ Hiſtoriam* ex codice Vormiano membranaceo, nunc in Bibliotheca cl. *Magnæi*, deſcripſit, cumqve 1667. inſtauraretur Collegium antiqvitatis, *Jonas* eidem nominatim addictus eſt, ut quotannis æſtivo tempore in Norvegiam Islandiamqve proficiſceretur, ad comparanda Mſta vetera; quamvis poſthæc nullam amplius peregrinationem ſuſceperit. Edidit *Laga Greiner*, ſive fragmenta qvædam legum veterum, Upſal. 1667. 8° Verſionem Svecicam *Chronici Norvegici* ſeu Hiſtoriarum veterum Norvegorum Regum vulgo *Konunga-Sagurne*, Viſingsburgi 1670. fol. *Monoſyllaba* circiter 1400. *Islandici idiomatis* cum interpretatione latina, Upſal. 1676. 8° aliaque prelo paravit, memorante *Scheffero* in *Svec. literata.* 13) Obiit 1679. die 24. Jul. ann. æt. 43.

 Jacturam

13) p. 305. ſq. add. *Molleri* Hypomnem. p. 465. ſq.

Jaċturam illius explevit adventus *Gudmundi Olai.* Natus is eſt in Islandia ann. 1652. patre parocho, cujus poſt obitum piſcatura victum quærere neceſſum habuit, usque dum anno ætatis 22. ab *Olao Klo.*, negotiorum publicorum in Islandia Procuratore Regio, ſcholæ Scalholtinæ commendaretur, exactoque triennio amplioris ſtudiorum cultus cauſa 1678. Hafniam adiret. Ibidem cum ann. 1680. *Carolus Gyllenſtiernius*, Sponſam CAROLI XImi VLRICAM ELEONORAM Hafnia deducturus, Bibliothecam Academicam turri rotundæ aſtronomicæ junctam inviſeret, codicesque Islandicos inſpiceret: vocatus eſt ad interpretandum *Gudmundus*, quem propoſito ſalario non poenitendo invitavit *Gyllenſtiernius*, ut explicandis talibus libris ſe præſentem in Svecia ſiſteret. Annuit ille, bonaque cum magiſtratus venia 1681. Holmiam pervenit, ſtipendio regio duplici ex ærario Academiæ Upſalienſis ſuſtentandus, ut Collegii Antiqvitatum deſideriis inſerviret; moxque ditiori etiam ſalario & honore Regii Translatoris lingvæ antiqvæ ornatus eſt. Edidit *Hiſtoriam Sturlaugi laborioſi* in Svethicum verſam Upſal. 1694. itemque *Hiſtoriam Illugi Grydis alumni* pariter cum translatione Svethica Upſal. 1695. *Snorronis Sturlæſonii Hiſtoriam Regum Septemtrionalium*

cx

ex lingva antiqua in idioma Svecicum tranſtulit, qvam addita verſione latina luci expoſuit *Joh. Peririgskioeldius* Stockholm. 1697. duobus Tomis fol. Plura in antiqvitatum tabulario recondita ſunt; ut: *Lexici lingvæ antiqvæ cum explicatione latina vaſtiſſimi tomi*, *Interpretatio præcipuarum partium ex Edda Sæmundi multiſcii*, *Edda*, *Sturlæſonii* vulgò dicta, ex Mſto antiqviſſimo membran. in Bibliotheca Upſalenſi accuratius digeſta, *Promptuarium ſive Index adagiorum Islandicorum*, *Halfdani Eyſteni filii & Hrolfi peditis hiſtoriæ*; *Hiſtoria Hervoræ*, *Hadr. Junii Nomenclator vocibus Islandicis auctus*, nec non *translatio Islandica* omnium fere capitum, *Januæ linguarum Comenianæ*. Cæterum tot tantorumque urgens operum molem vitam cum morte commutavit d. 20. Dec. an. 1695.

Poſt obitum *Gudmundi* Vir qvidem celeberrimus *Arnas Magnæus*, gente Islandus, vario Studiorum ornatu præditus, & literarum Islandicarum perfecte peritus, atqve in poëmatum ſeu ænigmatum antiqvorum enodatione incomparabilis, invitatus fuit, ut colluſtrandis Sveciæ antiqvitatibus operam ſuam addiceret. At illum extraordinaria Profeſſoris & Archivarii munera, qvibus hodieqve, addita Aſſeſſoris Conſiſtorialis dignitate, ſumma cum laude perfungitur, Hafniæ reti-

retinuerunt. Interim ipſe Antiqvarius Regius *Joh. Penrigskiœldius* duplices Antiqvarii & Translatoris vices obiit usqve in ann. 1710 dum filio clariſſ. *Joh. Frid. Penrigskiœldio* hoc Translatoris munus aſſignatum eſt, cui, poſt decennium in locum Secretarii & Antiqvarii Patri ſuo ſuccedenti, *Ericus Julius Biœrner*, Medelpadus, ſuffectus eſt.

Sub inſpectione *Gudmundi Olai*, dum viveret, Islandorum plures recepti ſunt, qvi recente plenoqve ſtilo deſcriberent membranas chartasqve Islandicas, ob attractam ex vetuſtate aut incuria nigredinem, vel propter abbreviatum notandi modum, lectu difficiles; illasque operas tanto ſtudio urgeri placuit, ut ann. 1690. cum Catalogus ederetur operum Collegii Antiqvitatum, qvadraginta jam volumina parata fuerint. Talium librariorum notitia ſuppeditatur, interqve illos refertur *Helgus Olai*, Gudmundi frater, *Arngrimus Jonæ*, Gudmundi olim in Schola Scalholtina condiſcipulus, *Jonas Vigfuſius*, *Loptius Joſephius* & *Gudmundus Gudmundi*, Amanuenſium Islandorum ultimus, & qvas qvisqve chartas deſcripſerit indicatur. Alii ex Islandis in communicandis cum Svecis codicibus promti fuerunt: ut *Jonas Eghardi*, ſcientia juris haud vulgariter tinctus, & Poëta non contemnendus, Stockholmiæ 1689

regio

regio ſumtu ſepultus. qvi & ſuorum rei literariæ inſerviit, dum *Thormodo Thorſæo* Hiſtoriographo Norvegiæ ſigillatim indicavit, qvibus codicibus Islandicis Sveci vel gauderent vel carerent. Cum Eghardo in communicandis Mſtis operas ſocias fecerunt *Magnus Benedicti*, Eghardi privignus, *Islefus Thorleſius*, Paſtor in Oere Skœtulsfiordenſium, *Einarus Einarius*, Præpoſitus in Islandia Gullbringenſis, *Arnas Haqvinius*, Studioſus in juventute mortuus, *Franciſcus Jacobæus*, natione Danus in Islandia ſacerdos, & Rector Scholæ Scalholtinæ, *Thordo Thorlacius*, nepos Arngrimi Jonæ, ſcriptoris eruditi, qvi primarius videtur codicum Islandicorum tubicen extitiſſe. His incrementis Antiqvitatum Archivi ſupellex manuſcriptorum, lingva veteri ſeptemtrionali exaratorum, in tantam vim crevit, ut codicum multitudo editos catalogos Penrigskiœldianos & Thorfæanos ſuperet, nec parem eorundem agnoſcat collectionem, niſi laudatiſſimi Viri ARNÆ MAGNÆI; qvi dum pluribus hujus ſeculi annis, negotiorum Cameralium nomine, ſingulas Islandiæ regiones peragraret, indefeſſo ſtudio ingentem numerum manuſcriptorum veterum congeſſit, & præterea qvavis occaſione ſibi adqviſivit vel deſcribi curavit, quicqvid hujus generis in Bibliothecis

thecis Daniæ Norvegiæqve offendit. Eundem & nos, qvibus olim colloqviis ejus eruditis frui non ſine inſigni utilitate contigit, merito obteſtamur, velit reipublicæ literariæ, orbiqve in primis Arctoo, hanc commodare operam, ut ex divite ſua pleniſſimaque penu, qvæ ſubſidia egregia poſſidet, depromere, illuſtrandisque ſeptemtrionis antiqvitatibus impendere haud dedignetur.

III.

JOH. HENR. à SEELEN, Gymn. Lubec. Rect. Memoria Stadeniana, ſive de vita, ſcriptis, ac meritis DIEDERICI à STADE Commentarius, varia ſimul Hiſtorica, Philologica, & inprimis Teutonica complectens. Hamburg. 1725. 8vo. 1 Alph. 4. pl.

ANtiqvariis Sveciæ jungimus Antiqvarium Germaniæ, qvi & inter cultores antiqvitatum Sveo-Gothicarum bene verſatus, & ſubſidiis ex lingvis ſeptemtrionalibus petitis ad illuſtrandas antiqvæ lingvæ Germanicæ origines ita uſus eſt, ut *Varronis Teutonici* titulum jure ſummo fuerit promeritus. Eſt is Vir longè celeberrimus DIDERICUS a STADE, cujus vitam & merita, pietate

pietate quoqve ductus, decenti cura ac ſtudio luculentius deſcripſit Συνεργὸς atqve Amicus noſter optimus. Præfatio operis recenſet eos, qvi lingvæ Germanicæ ſtudium inter ipſos Germanos diligentius tractarunt, qvorum in numerum referuntur *Martinus Lutherus*, *Matthias Flacius*, *Mart. Opitius*, *Dan. Georg. Morhofius*, *Juſt. Georg. Schottelius*, *Joh. Schilterus*, *Melch. Goldaſtus*, *Joh. Philipp. Palthenius*, *Joh. Diecmannus*, *Godofr. Gvil. Leibnitius*, *Val. Ern. Læſcherus*, *Henr. Muhlius*, *Joh. Georg. Eccardus*, *Joh. Burch. Menckenius*, *Bernh. Raupachius*, *Joh. Leonh. Friſchius*, & *Joh. Auguſtinus Egenolfus*. Illis autem *Stadenius* merito accenſetur, qvi maximam vitæ partem hujus lingvæ ſtudio tranſmittendam putavit, incredibili diligentia id aſſecutus, ut in hoc genere paucos agnoverit pares, ſuperiorem ferè neminem.

Qvæ igitur de Viro hoc doctiſſimo ejuſque laboribus literariis ſcire intereſt, ea ſeptem capitibus comprehenſa exhibentur. Capite Imo *Vita* ipſa *Stadenii* candide exponitur, præmiſſa brevi Virorum homonymorum notitia. Natus nimirum eſt Stadæ ann. 1637. d. 13 Octobr. patre *Nicolao von Stade*, Cive ac Mercatore, & matre *Catharina*, *Juſti Schumacheri* filia. Ex patria ſchola verno anni 1658. tempore in Academiam Juliam ſe contulit, ſan-

ctiori-

ctioribus literis excolendis conſecratus, doctiſſimorumque Theologorum *Gerhardi Titii* ac *Ioachimi Hildebrandi* prælectionibus eruditus. Mutata deinceps ob graviſſimas cauſas ſtudiorum ratione, juris & æqvi ſcientiæ percipiendi ergo *Iohannem Binnium* atqve *Enochum Glaſerum*, magnumque inprimis *Conringium* doctorem elegit. Ann. 1661. iter Svecicum ingreſſus eſt, Vpſaliamqve adiit, *Iohannis Schefferi*, hoſpitis ſui, nec non *Ioh. Loccenii* & *Olai Rudbeckii* inſtitutione uſus. Seqventi anno Vir Illuſtriſſ. *Svanto Bannerius*, Baro & Senator Regius, eundem Holmiæ literis non tantum ſecretioribus ſcribendis, ſed filio etiam *Carolo Guſtavo* inſtituendo præfecit, cum quo 1667. Upſaliam rediit, *Olao* inprimis *Verelio*, Antiqvario celeberrimo, innoteſcens, æqvè ac Holmiæ magno literarum Gothicarum Statori *Georgio Stiernhielmio*. Atqve ex hoc Commercio cum Viris lingvarum ſeptemtrionalium peritiſſimis enata ipſi occaſio pariter & cupido eſt, in lingvam antiqvam Germanicam curioſius inqvirendi, qvem in finem etiam Svecicam, Danicam, Islandicam, Anglo-Saxonicam, Belgicam, aliaſqve lingvas ſibi reddidit familiares. Officio functus eſt duplici, per literas CAROLI XI. Svecorum Regis ann. 1668. d. 2. Jun. Secretarius Conſiſtorii Regii per Ducatus Bremæ & Verdæ primum conſti-

conſtitutus, deinde vero ann. 1711. mens. Jul. Archivarii per eoſdem Ducatus ſpartam nactus, quam & ad vitæ finem uſqve ornaſſet, niſi peracerba funeſti belli fata eundem patria excedere, atqve Hamburgum & mox Bremam ſeſe conferre coëgiſſent. Ex matrimonio, qvod ann. 1670. d. 15. Nov. cum *Eliſabetha Gertrude*, *Georgii Kelleri*, Regii Svecici per Ducatus Brem. & Verd. Secretarii Status, filia iniit, ſuperſtites ſunt DIDERICVS, natus 1674. d. 8. Febr. Extraordinarius jam ad Comitia Imperii Ratisbonenſia Ablegatus Svecicus, à Carolo XII. in ordinem Nobilium cooptatus; JOHANNES FRIDERICVS, natus 1678. d. 2. Dec. Bremæ in templo Cathedrali Petrino Paſtor; EBERHARDVS HENRICVS, natus 1681. Regiminis Regio-Electoralis in Stadenſi Civitate Secretarius; CAROLVS CHRISTOPHORVS, Civis & Mercator Hamburgenſis; & ANNA ELISABETHA, *Michaëlis Georgii Diecmanni*, Regio-Electoralis Judicii Aulici & Dicaſterii, qvod Stadæ eſt, Secretarii Conjux. Noſter deniqve Bremæ, ubi annos exilii tùm pietatis exercitiis, tùm ſcriptorum doctiſſimorum elaboratione conſumpſit, ann. 1718. d. 19. Maji octuagenario major deceſſit.

Capite II^do^ agitur de *Subſidiis à Stadenio ad lingvæ Teutonicæ ſtudium adhibitis*, qvæ in *edita* & *inedita* diſpeſcuntur. Inter *edita*,

 Centu-

Centuriam fere explentia, eminent: Verſio perantiqva IV. Evangeliorum Gothica & Anglo-Saxonica, a *Franc. Iunio* edita Dordraci 1665. 4to & Amſt. 1684. 4to qvi liber primus fuit, qvem adjecto ad lingvæ Tentonicæ ſtudium animo legit *Stadenius;* D. N. Ieſu C. SS. Evangelia àb Ulphila ex Græco Gothicè translata, cum verſionibus & Gloſſario edita per *Georg. Stiernhielmium*, Stockholm. 1671. 4to; *Willerami* in Canticum Canticorum Paraphraſis gemina, edente *Paullo Merula*, Lugd B. 1598. 8vo; *Franc. Iunii* Obſervationes in Willerami Paraphraſin Cantici Canticorum, Amſt. 1655. 8vo; *Otfridi* Evangeliorum liber *à Matth. Flacio* editus Baſil. 1571. 8vo, inter rariores libros rariſſimus; *Tatiani Alexandrini* Harmoniæ Evangelicæ antiqviſſima verſio Theotiſca, *à Ioh. Philipp. Palthenio* edita Gryphiſw. 1706. 4to; Biblia Germanica Aug. Vindel. 1467. fol. De Biblie, uth der uthlegginge Doctoris Martini Luthers yn dyth düdeſche vlitich uthgeſettet, Lübeck 1533. fol. Editiones aliæ bibliorum, Belgica, Svecica, Danica, Islandica, Finnica; 'Επινίκιον Rhythmo Teutonico Ludovico Regi acclamatum, cum Normannos ann. 883. viciſſet, interpretatione & notis illuſtratum *à Ioh. Schiltero*, Argent. 1696. 4to; Pſalmi Davidis *à Notkero Labeone* Translatione & Paraphraſi Teutonica expoſiti, cum interpret.

pret. & not. *Schilteri*, Argent. 1698. fol. Incerti Poëtæ Teutonici Rhythmus de S. Annone, è membrana veteri editus *à Mart. Opitio*, Dantiſc. 1639. 8vo; *Caedmonis* Paraphraſis Poëtica Geneſios ac præcipuarum ſacræ paginæ hiſtoriarum, edita *à Fr. Iunio*, Amſt. 1655. 4to; Chronicon Saxonicum ab *Edmundo Gibſon* evulgatum Oxon. 1692. 4to maj.; Heptateuchus, liber Job, & Evangelium Nicodemi Anglo-Saxonicè, è Mſſ. codicibus edit. ab *Edwardo Thwaites*, Oxon. 1698. 8vo maj. aliæqve huc ſpectantes lucubrationes *Gvil. Somneri*, *Georg. Hickeſii*, *Olai Verelii*, *Olai Rudbeckii*, *Iacobi Iſtmenii Reenhielm*, *Petri Salani*, *Ioh. O. Stiernhœck*, *Ioh. Loccenii*, *Bonaventuræ Vulcanii*, *Olai Wormii*, *Andr. Veleji*, *Petri Reſenii*, *Marqv. Freheri*, *Ioh. Iuſt. Winckelmanni*, *Ioh. Georg. Eccardi*, *Georg. Caſp. Kirchmaieri*, *Melch. Haiminsfeldii Goldaſti*, *Marci Zuerii Boxhornii*, *Adr. Schrieckii*, *Ioh. Gorop. Becani*, *Petri Lambecii*, *Roberti Sheringham*, *Gysberti Iapyx*, *Frid. Lindenbrogii*, *Henr. Spelmanni*, *Steph. Baluzii*, *& reliqvorum*. Inter ſubſidia *inedita* referuntur *Hugonis de Trimberg Renner*, qvi liber editus qvidem eſt, at in Mſto ab evulgato differt, *Azige Boek der olden Freſen*, *Gloſſarium Mſtum Latino-Theotiſcum*, qvod inter Lindenbrogiana in Bibliotheca Hamburgenſi extat, *Gloſſa Hrabani Mauri*, aliaqve.

Capite III. de *Stadenii Scriptis editis* diſſeritur, qvæ ſunt:

1. *Fragmentum antiqvæ lingvæ Theotiſcæ, qvo continetur Colloqvium C. cum Samaritana, cum interpretatione & notis;* qvod editioni Verſionis Theotiſc. Harmon. Evang. Tatiani Alex. addidit *Ioh. Phil. Palthenius*, Gryphisw. 1706. 4to.
2. *Specimen Lectionum antiqvarum Francicarum ex Otfridi, Monachi Wizanburgenſis, Libris Evangeliorum, atqve aliis Eccleſiæ Chriſtianæ Germanicæ veteris monumentis antiqviſſimis collectum, cum interpretatione latina*, Stadæ, 1708. 4to maj. 8½ pl. Præcipuæ obſervationes, qvas *Stadenius* huic Specimini manu ſua adſcripſit, exhibentur p. 118-128.
3. *Præfatio, Manuali Eccleſiaſtico, oder Kirchen-Hand-Buch*, Stad. 1710. 8vo maj. edito, *præfixa*.
4. *Verſio Germanica libri Svecica lingva à Magn. Gabr. Blockio contra falſa Vaticinia ſcripti*, Stad. 1711. 8vo maj. 12. pl.
5. *Erlaüter- und Erklärung etlicher Deutſchen Wörter, deren ſich der theure Mann Gottes, Doct. Mart. Luther in Uberſetzung der Bibel in die Deutſche Sprache gebrauchet*, Stad. 1711. 8vo 12. pl. & longe auctior cum variis additamentis Brem. 1724. 8vo 2 Alph. 15. pl.

6. Ex-

6. *Explicationes Vocum qvarundam Theotiſcarum Gloſſarii MSti Latino-Theotiſci Rabani Mauri*, qvæ *D. Ioh. Diecmanni* Specimini Gloſſarii Mſcti-Latino-Theotiſci, qvod Rabano Mauro inſcribitur, illuſtrato inſertæ ſunt, Brem. 1721. 4to.

Capite IV. *Stadenii Scripta inedita* enarrantur. Concernunt ea potiſſimum editionem *Otfridi*, qvam moliebatur, ſublatis ſphalmatibus editionis Flacianæ ope Codicis authentici Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis, ad formam ſpeciminis editi, adornandam, qvorſum conſ. *Car. Frid. Pezoldi* peculiaris obſervatio *de Laboribus Otfridianis Diet. von Stade* Miſcell. Lipſ. Tom. V. p. 56. ſq. inſerta. Hinc à *Stadenio* in Mſto relicta ſunt: *Otfridi Volumen Evangeliorum* ex editione Flaciana deſcriptum, ſed ad codicem authenticum Bibl. Cæſ. emendatum, fol. *Liber Emendationum & Variationum Lectionum Codicis Vienienſis* ex reviſione I. P. Schmidii, 4to; *Introductio Hiſtorico-Critica in Otfridum*, novæ editioni deſtinata; *Latina verſio integri Voluminis Otfridiani*, fol. *Grammatica Otfridiana; Index ſive Catalogus Vocum in Otfrido occurrentium*, fol. *Index major, ſive Gloſſarium Otfridianum*, fol. Sed ad alios etiam Auctores, nempe *Willeramum*, *Poetæ Teuton. rhythmum de S. Annone*, *Hrabanum Maurum*, notas, indices, gloſſasque adornavit,

Digitized by Google

mavit, & varia etymologica congeſſit, qvæ omnia hactenus memorata ære redemta in Bibliothecam Regio-Electoralem Hannoveranam cura V. cl. *Ioh. Georg. Eccardi* ann. 1723. m. Jan. tranſierunt. Hiſtorica qvoqve nonnulla ad Ducat. Brem. & Verd. pertinentia collegit, & Diplomata ac Documenta varia vel accurate deſcripſit, vel diligenter cum editis contulit. Inter *affecta & promiſſa Stadenii* numerantur *Ottonis Caſmanni* liber aſceticus, inſcriptus: *Traurigen Gewiſſens Troſt, Friede, und Freude*, Nova editione publicandus, *Specimen Lectionum antiqvarum Francicarum alterum* ex Otfridi Libris Evangeliorum, cum aliis.

Capite V. & qvidem Sectione I. ſuppeditatur *brevis notitia Virorum Doctiſſimorum, qvibuscum Stadenius habuit literarum commercium* qvales fuerunt *Ioh. Anderſonius, Ioh. Diecmannus, Ioh. Georg. Eccardus, Ioh. Henr. Eggelingius, Ioh. Alb. Fabricius, Alb. zum Felde, Henning. Ioh. Gerdeſius, Ioh. Henr. Heubelius, Iuſt. Ioh. Kelpius, Gerh. Meierus, Ioh. Conr. Metzgerus, Ioh. Phil. Palthenius, Ioh. Riddarſtierna, Ioh. Ern. Riſtius, Ioh. Phil. Schmidius, & Ioh. Chriſtian. Schröterus.* Sectione vero II. exhibentur *Stadenii ac laudatorum doctiſſ. Virorum Epiſtolæ, vel integræ, vel excerpta ex iisdem*, numero LXXII. Multa in his occurrunt memoratu digna, præſertim

qvoad

qvoad ſtudium Etymologicum lingvæ Teutonicæ, ex qvibus nonnulla delibare juvat. Epiſt.I. ad *Gerh.Meierum*, Bremæ qvondam ad D. Stephani Paſtorem, ſcripta Stad. d. 5. Maj. 1694. *Stadenius* laudat & comprobat inſtitutum illius, qvod ſvaſore illuſtri Leibnitio *Gloſſarium Teutonicum ſive Saxonicum* colligendum ſuſceperit, aſſeritqve ſe in ea eſſe hæreſi, origines lingvæ Germanicæ non rectius, qvam ex veteri Gothica, Francica, Alemannica, Anglo-Saxonica, Belgica deduci poſſe, qvæ formalem genuinæ ſignificationis notitiam oſtendant, & qvò qvis plurimarum Teutonicæ lingvæ dialectorum notitia ſit in ſtructior, eo faciliorem eſſe viam in illis inveniendis; nec Germanicam vel Græcæ vel Latinæ lingvæ originem debere, ſed has potius ex illa profectas, aut ad minimum omnes unam matrem, qvam ſive Scythicam, ſive Gothicam, ſive Celticam appellare liceat, agnoſcere. Ep.VI. ad eundem *Meierum* Stad. d. 4. Jan. 1695. ſcripta, *Stadenius* memorat, inter Verelium atqve Schefferum optime olim, cum ipſe Upſaliæ ageret, conveniſſe, ſed poſtea ob rem nihili, an *Upſala*, vel *Upſalia* ſcribendum ſit 1) perpetuum

Z 4

1) In Documentis antiqvis plurimis *Upſala* exprimitur, nempe in duabus Bullis Papæ Alexandri III. ann. 1163. in qvibus *Eccleſie & Urbis Upſalenſis* fit mentio, in diplomate Swercheri Regis Sveorum, 1200. qvod *Sanctę*

petuum diſſidium exortum fuiſſe. Epiſt. X. Kamp.1695.d.27.Aug. ſcripta *Ioh.Iuſt.Kelpius*, PræfectusOttersbergenſis, *Stadenio* relationem ſiſtit de Monumentis veteribus qvibusdam Chaucorum, ex ſaxis prægrandibus congeſtis. Epiſt. XI. ſcripta Brem. d. ult. Aug. 1695. *Ioh.Henr.Eggelingius* Secretarius Reip.Bremenſis, *Stadenio* apographum Gloſſarii *Hrabani Mayri* mittit, additqve ſub finem: „Cæterum „cum legas in titulo Gloſſarum harum, eas „eſſe *Hrabani Mayri*, ſcias ita re vera ſcriptum „in exemplari Viennenſi, atqve ideo hactenus „male vocatum eſſe noſtrum à pleriſqve *Mau*-„*rum*, qvi ex *Majori* (Maiir vel Mayer) neſcio „qvem formarunt *Maurum* ſeu Æthiopem. „2) Ego vero donec hic fiat albus, ero Tuus candidus.

Sanctæ matris Upſalenſis & Ville Upſalenſis meminit, in Diplomate Erici Regis Sveorum, 1224. qvod *Upſalenſem Archyelectum* nominat, aliiſqve, de qvibus vid. JOH. PERINGSKIOELD Libr. I. *Monumentorum Sveo-Gothic.* p. 164. ſq. Sigillum qvoqve Capituli Eccleſ. Upſal. qvod autographis impreſſum reperitur circa ann. 1253. & 1259. eadem ratione hanc vocem legit, qvippe cui inſcriptum: *Sigillum capituli Eccleſie Upſalenſis*, apud *Peringsk.* l. c. p. 176. Catalogus tamen Parochiarum in perantiqvo codice membranaceo ante III. ſecula ſcriptus ap. *Peringsk.* p. 14. itemqve Regiſtrum antiqvum Mſtum Eccleſ. Upſal. ap. eundem p.191. & 193. habet *Upſalia.*

2) Conf. tamen, qvæ de appellatione *Mauri* habet *Stadenius* in *Illuſtratione & Explicatione Vocabulorum Germanicorum Verſionis B. Lutheri*, p. 37. ſq. Præf. edit. ſecundæ.

„candidus. Ep. XIII. Brem. 3. Non. Octobr. 1695. ad *Stadenium* ſcripta, *Gerh. Meierus* accedit principio à Stadenio poſito, qvo ex veteri Gothica, ſeu Scytho-Scandica, Francica, Alemannica, &c. rationes vocum derivandas eſſe exiſtimaverat, additqve ipſam hujus principii veritatem adeo evidentem eſſe, qvam ſolem in meridie lucere; ab hiſce dialectis & Græcam & Latinam ſuas ratiocinationes mutuari fas eſſe, cetera miſere hallucinaturis harum lingvarum patronis. Ep. XX. ad *Ioh. Diecmannum* Superintendentem qvondam Gen. Ducatus Brem. & Verd. Stad. prid. Cal. Nov. 1703. ſcripta, *Stadenius* occaſione Bibliorum Letticorum, qvæ Rigæ 1689. 4to prodierunt, monet, lingvam hanc plurima habere Germanica, qvædam Græca, & nonnulla Latina, qvorum omnium ſpecimina ſubjicit. Ep. XXI. ad *Ioh. Phil. Schmidium*, Conſiliarium Comitum Leininga-Weſterburgenſ. Viennæ per annos complures commoratum, ſcripta 1705. d. 9. Maji, *Stadenius* fatetur, transmiſſas à laud. Schmidio diſcrepantias lectionum Otfridi Voluminis Evangeliorum Flacianæ editionis, & Mſti in Biblioth. Cæſ. Vindobon. extantis, egregio prorſus ſibi eſſe adjumento, verum Autoris ſenſum, qvod fieri antea non poterat, pluribus locis aſſeqvendi; monetqve idem, Lambecium in veteri dialecto Teutoni-

ca ſ. Francica haud eqvidem ſatis apte fuiſſe verſatum. Ep. XXIV. ad *Stadenium* Vienn. d. 11. Febr. 1707. ſcripta, *I. P. Schmidius* de animadverſionibus ſuis Criticis ad Lambecium ſuper Evangelia Otfridiana exponit, cenſuræqve ſuæ in præſtantem infinitis paraſangis literatura & ſuperantem Lambecium exercitæ rationes affert. Ep. XXX. ad *Ioh. Phil. Palthenium* 1707. d. 14. Nov. ſcripta, *Stadenius* narrat, ſe ultra bis millia erratorum in Flaciana editione occurrentium, ſenſumqve turbantium, ex Codice Viennenſi authentico reſtituta habere beneficio Dni Conſiliarii Schmidii, qvi in recenſendis Mſtis tum callentiſſimus, tum accuratiſſime diligens ſit; id unicum vero conſilium ſuum hactenus remorari, qvod tam pauci hæc ſtudia ament. Ep. XXXI. ad *Stadenium* 1707. d. 15. Nov. ſcripta, *Palthenius* memorat, nactum ſe eſſe exemplum *Dialogorum Bodini*, in qvo hiatus qvidam occurrat, qvem ſuppleri ex Mſto Diecmanniano velit. Reſpondet *Stadenius* Ep. XXXII. d. 27. Nov. 1707. Dn. D. Diecmannum integrum exemplar non poſſidere, nec niſi ea, qvæ ipſi ad Diſputationem ſuam neceſſaria erant, ex illo libro deſcripſiſſe. Exemplum autem illud, unde ſua tunc hauſerit, fuiſſe B. Dn. Conſiliarii *Hakelbergii*, Miniſtri qvondam Ducis Br. Luneburgenſis, Cellis, cujus unicam filiam Ill. Dn. Baro

de

de Strahlenheim uxorem duxerit, fratremqve dicti Dni Hakelbergii, Præfectum Montanum in Zellerfeldt, id ipſum exemplar ad ſe recepiſſe, & forte adhuc poſſidere. Aliud itidem exemplar extare in Bibliotheca Academiæ Helmſtadienſis. Ceterum noſſe ſe ſympatriotam qvendam Hamburgi agentem, & praxin juris exercentem, *Hinzium* nomine, qvi exemplar Hakelbergianum olim ſua manu deſcripſerit, ex qvo defectus ſuppleri poſſit. Ep. XXXVIII. ad *Palthenium* 1708. d. 22. Sept. ſcr. *Stadenius* affirmat, Theſaurum Lingvarum Septentrionalium *Hickeſii* non ſine ſphalmatibus prodiiſſe. Ep. XL. 1708. d. 31. Octobr. ſcr. *Stadenius Palthenio* indicat, totum Otfridum cum Præfatione, Rudimentis Grammaticis Franco-Theotiſcis, & Indice, qvatuor impleturum eſſe Alphabeta. Ep. XLIV. 1709. d. 21. Octobr. ſcr. *Eggelingius Stadenio* mittit ſpecimen, ex antiqvo Mſſ. membranaceo Friſico penes *Joh. Chriſt. Schröterum*, Paſtorem Ovelgünnenſem, excerptum, qvod Seculo XIII. ſcriptum eſſe *Stadenius* Ep. XLV. judicat. Ep. LIII. Hamburg. 1711. d. 29. Nov. ſcripta, *Joh. Anderſonius*, qvem Reſp. Hamburgenſis Conſulem meritiſſimum, literæ autem Mœcenatem certiſſimum venerantur, Stadenio indicat, poſſidere ſe in Bibliotheca ſua Verſionem Vulgatæ dialecto Saxoniæ infer. Coloniæ

duobus

duobus Voluminibus in fol. ſine mentione anni editam, qvæ talibus gaudeat criteriis, ut dubio procul primis ſub initium Typographiæ impreſſis libris ſit annumeranda; nec minus ex Bibliotheca Gudiana ſe obtinuiſſe Codicem qvadratum Mſſ. *Hugonis von Trimberg, Renner* inſcriptum, qvi ab edito toto cælo differat.

Caput VI. ſiſtit *Miſcellanea Stadeniana*, i.e. Obſervationes varias ex libris & Mſtis *Diderici à Stade*, qvarum prima *Stadenius* refellit ſententiam *Hickeſii*, Evangelia Gothica non eſſe *Ulphilæ*, ſed alius cujusdam Teutonici hominis, ſtatuentis; ultima vero ſive XXXVI. exhibetur initium ſpeciminis ſecundi Lectionum antiqvarum Francicarum ex Otfrido, cum notis adjectis. Caput deniqve VII. complectitur Elogium Stadenii, ſive doctorum Virorum judicia de *Stadenio*, ejuſqve laboribus, lata.

Plura ipſius libri lectio dabit. Nec dubium eſt, ſi methodo curaqve ſimili celebrium Virorum vitæ porro conſcribantur, qvin res literaria plurimum inde emolumenti ſit perceptura.

VI.

VI.
VITA
GEORGII WALLIN
Epiſcopi per Norlandias occidentales eminentiſſimi.

MOrtuus eſt anno, qvi proxime elapſum anteceſſit, 1723, ætatis octogeſimo, eminentisſimus Epiſcopus ſeu Superintendens GEORGIUS WALLIN, cujus memoria nobis omnino inſtauranda videtur; Neqve ſero hæc fiunt, cum vita ejus in munere parentali & reliqvis, qvæ in laudem tanti viri dicta & ſcripta ſint, haud ita pridem typis demum expreſſa nobis fuerint transmiſſa. Scilicet *Reverendiſſimus hic in Chriſto Pater ac Dominus* Dn. GEORGIUS WALLIN *SS. Theol. Doctor, Superintendens Diœceſios Norlandiarum Hernöſandenſis eminentiſſimus, Conſiſtorii ibidem Eccleſiaſtici Præſes & Gymnaſii Regii ſcholarumqve Ephorus* a. 1644. d. 1 Maji natus, anno v: 1723. d: 8 Julii denatus, multis qvidem nominibus celebrandus eſt, duplici tamen in primis ſuâ videlicet & filii gloriâ; qvi licet exili loco oriundus non modo ſacerrima honorum faſtigia in vita ipſe conſcendit,

verum

verum & poſt mortem orbi reliqvit progeniem pari fortuna digniſſimam. 1) Qvi qvantum ſui deſiderium reliqverit verbis exprimam diſerti oratoris, qvi parentandi munere defunctus eſt. *Occidit cum illo certiſſimum ordinis noſtri Palladium & Exemplar ſanctimoniæ verè candidum, ſub cujus tutelari auſpicio per qvatuor integra luſtra inter ignes & arma, inter hoſtium comminationes & clandeſtina molimina, inter ſpem atqve metum ſincera enituit virtus, Pietas glorioſa, concentus cleri ſvaviſſimus & Artium Liberalium æmula cum exteris ambitio, atqve qvantum patitur noſter ſeptentrio, decus ſpeciociſſimum.* &c.

Progenuit beatum hunc Præſulem *Angermannia*, qvæ multos viros edidit Muſis notiſſimos, atque inter eos *Angermannum*, *Stigzelium & Steuchium* omnes Archiepiſcopali lituo & mitra conſpicuos enixa eſt, anno poſt natum Chriſtum ſexenteſimo, qvadrageſimo & qvarto, ipſis Maji calendis in villa qvadam Paræciæ *Wibyggeroenſis*, *DOCKSTAD*. Paternum genus non qvidem ambitioſa majorum ſerie ſuperbum ipſi contigit, ſed tamen antiqva

1) Vitam, munera, ſcripta ſumme reverendi G. WALLIN. Filii, fautoris & amici noſtri æſtumatiſſimi, qvem Rex nuper adſcivit in aulam, ut divina ibi eloqvia enunciet, vide in programmate, qvod Dn. D. *Martinus Chladenius* cum Doctor Theologiæ iſte creandus eſſet, ante biennium Wittebergæ conſcripſit.

antiqva ſimplicitate & vitæ ſanctimonia cœlo ſuisqve ſatis notum. Pater enim *Nicolaus* ruſtico operi à cunabulis admotus fundum modici agelli â majoribus acceptum diligenti exercuit cura. Mater, *Chriſtina* appellabatur, cumqve Parentes in tenera ſtatim ætate animadverterent, Beatum noſtrum gemellos ætate antecellere, decreverunt Bono cum Deo vivaciſſimam hanc ingenii vim Muſis penitus devovere. Proinde filium domeſtica informatione, qvantum licuit, inſtructum, poſtqvam impleviſſet *annum ætatis undecimum Hernoſandiam* ablegarunt, ut capacis ingenii aviditatem maturioribus incrementis ſaturaret. Et hîc adeo crevit mentis cum corpore robur. Cumqve ob ſortis anguſtiam literarum ſtudia cum ruſticatione partiri neceſſum haberet, juſtitiumqve æſtivale, qvod, ſtato tempore, ſacris Muſarum operantibus concedi ſolet, in opere agreſti conſumeret, ſuo docuit exemplo, qvam amica paupertati ſit ſapientia & Parnaſſo familiaris vita ruſtica. Luſtro hinc admodum peracto, præceptorum ſuffragiis ad ſubſellia Gymnaſtica translatus fuit, ubi induſtriam, qvam in trivio inferiori manifeſtaverat ita exercuit, ut inter commilitones principem utiqve obtineret locum. Poſt *qvartum* demum *annum* ex decreto abiit *Upſaliam*. In hac perantiqva & illuſtri Muſarum

ſarum ſede freqventiſſima commilitonum corona cinctus, æmula alacritate omnes aſſeqvi, imo prævertere indies geſtiebat. Hinc in literis proficiendi ardorem non extinxit *naufragium*, qvod, altero poſt adventum ad Academiam anno cum ſumma rei familiaris jactura & extremo vitæ periculo paſſus eſt. Ruptis enim carinæ compagibus, vix arrepta tabula, ad importuoſum litus, per infidas cautes enatare valuit. Inde confecto pedibus itinere reſtauravit jucundum cum Muſis commercium, in qvo exoptatiſſimos fecit progreſſus, præeuntibus *Stigzelio*, *Brunnero*, *Lithmanno*, *Scheffero*, *Nordenhielmio*, *Loccenio*, *Celſio*, *Rudbeckio*, viris eruditione & fama longe lateqve celeberrimis. In congreſſu eruditorum ſemper freqventiſſimus, ſemper princeps erat, atqve adeo eruditionem ſuam in ſtudiis tam Philoſophicis qvam Theologicis viris modo laudatis comprobatam dabat, ut poſt binos in arena publica labores, *alterum* de *ſubſelliis Logicorum* deſumtum, alterum *de Atmoſphæra*, *Magiſteriali* titulo exornaretur.

Non multo poſt Miniſterii Eccleſiaſtici onera læto tremore excepit. Cum enim e roſtris ſacris admirabili cum facundia & ſpiritu verba faceret, factum eſt, ut ex improviſo & nihil tale cogitantem illuſtriſſimus

Comes

Comes *Guſtavus Baner* in ſuam evocaret aulam, vixqve anno evoluto, cum Holmia eſſet inviſenda, celſiſſimus Comes *Nicolaus Brahe* eum adoptaret, & per tres admodum annos Beati noſtri ſanctimoniâ atqve integritate, tam in doctrina qvam moribus mirificè delectaretur. Neutiqvam tam repente hîc eſſet dimiſſus, niſi publicum interveniſſet diploma, qvo *prætorianos milites* primum, & *ſatellites* dehinc *Regios* ſanctiſſimâ ſui miniſterii curâ & fide proſeqvi in mandatis accepit. Vertebatur Illi jam tum annus ætatis ſextus atqve trigeſimus, cum domeſticæ ſolitudinis pertoeſum in ſui amorem alliceret omni virtutum ac gratiarum venuſtate Cultiſſima virgo INGRIDA GADD, ex qva triplicem ſuſcepit prolem, duos filios & filiam unicam. Nemo tamen ex eadem ſuperſtes eſt præter filium Parentis nomine ac fortunâ digniſſimum. Fungebatur hactenus cæleſtiſſimo munere inter ſatellites Regios, innotuere vero & ſvavitas eloqvii & vitæ Sanctimonia & fatorum varietas glorioſiſſimo Regi CAROLO XI, qvæ effecerunt, ut vertente vix dum anno intermyſtas aulicos â ſacris eſſe juberetur. Qvam vero nullo ſuo pruritu ſed cœli auſpicio ad ſplendidam hanc provinciam evocatus ſit vel hæc documento ſint. In confinio veris ac ætatis, tempore anni jucundiſſimo, Sacra Regia Majeſtas relicta metropoli ad prædium

Kungſohr Regiâ magnificentiâ ſplendidum evolaret: cumqve nullus adeſſet præco qvi inſtante feſto dominicali ſacra Regi perageret, arceſſitus eſt ê vicinia Wallinus ſatellitiæ Cohorti illic hoſpitanti affixus. Qvem qvam primum ê roſtris ſacris perorantem audiit CAROLUS illas in viro muneris dotes,illam feſtivitatem lingvæ & ê divino penu exſurgentem orationis vim ſenſit, qvam ſuis auribus ſuaqve pietate dignam cenſuit: Unde facile patet, qvam pene neſcius ad auguſtisſimam hanc raptus ſit ſpartam. Per integros qvatuor annos eminenti hoc munere functus ſummaqve Regis clementia & perenni purpuratorum omnium favore uſus erat, cum *Gevalienſis Eccleſia Eum in ſui Ducem â* Rege expoſtularet. Dimiſit qvidem Wallinum tunc aula Regia,ſed dimiſit,ut Gevalienſium petitis ſatisfieret ægerrime, dimiſit, ut brevi repoſceret. Erat ille annus 1685,qvoEccleſia Gevalienſis hoc Præſule nanciſcebatur, neqve ultra cogitare, aut aliqvid ambire decreverat Noſter,ſed in hoc faſtigio ſenecescere,demori. Enimvero ut olim, ita denuo ex improviſo Sacra Regia Majeſtas juſſit,ut in aulam rediret & ſummus poſtea in aula Regia Antiſtes eſſet, neqve tremendam hanc provinciam adiiſſet, niſi id jusſiſſent & obſeqvium Regi debitum, & certa, de genuina & divina vocatione perſvaſio. Relicta igitur *GevaliaHolmiam* denuo

intravit,

Digitized by Google

intravit, ut divina coram Rege eloqvia enuntiaret, neqve ſolum piiſſimi Doctoris ſed & optimi Ducis exemplum manifeſtaret, cumqve cura & prudentia, pietatem, ſanctitatem & laborum tolerantiam conjungeret. Hîc per integros duodecim annos ſub duobus Regibus & duabus Reginis ea gratia, illaqve & famæ & fidei integritate ambulavit coram Deo, coram Rege, coram orbe, ut omnibus probaretur, CAROLO nempe XI tam carus erat qvam qvi cariſſimus. Liber ubiqve aditus, colloqvium familiare & asſiduum. Superſunt etiamnum certiſſima gratiæ regalis indicia, literæ integræ manu Regia exaratæ & in caſibus graviſſimis expoſtulata conſilia. Exſtat, memoria indelebili, annus ſeculi ſuperioris *ſupra nonageſimum tertius*, qvo ſeculare feſtum poſt centum omnino annos, qveis â Pontificali vertigine repurgatus Chriſtianiſmus Arctoi orbis triumphaſſet, ſumma feſtivitate redintegrare juſſerat Sacra Regia Majeſtas; cui, ne qvid Regalis magnificentiæ deeſſet, ipſe Rex Auguſtiſſimus *Doctorali mitra* ac immunitate, Noſtrum inter lectiſſimos Theologos, coornavit. Accedit qvod Rex piisſimus, morti vicinus, qvum inter preces ardentiſſimas, inter ſanctiſſimi Numinis lectiſſima oracula, ſancto viatico refectus, ultimum orbi diceret vale, *Wallinum ſuum* ſibi ſolitarium acciri juſſerit. Cum qvo dies ac

ac noctes ſimul exegit, qvam diu corpus ægrum lectus detinuit. Brachium enim Antiſtes noſter ſupremus purpurata culcitra munitum per ſex integros dies ac noctes regio capiti ſuppoſuit, & altera manu pectori regio admota animum ad æterna commigrantem alloqvio permulſit. Adeo Rex glorioſiſſimus, qvi per univerſum ſeptentrionem tot noverat viros fide maximos, probitate conſpicuos, inter unius *Wallini* ſuſpiria & brachia ſpiritum emittere maluit. CAROLUM deinceps XII ſtuporem illum orbis gemina demeruit virtute. Qvippe etſi ſenex, caſtra tamen Regis aliqvamdiu ſeqvi, non grave ſibi duxit.

Ceterum, deficiente ſenſim corporis ac virium alacritate, Regium obtinuit diploma, ut *Epiſcopali inſula* condecoraretur. *Gothoburgi* ſedes eo tempore vacua erat, qvam ſuffragiis Cleri & Regis indulgentia munitus impleviſſet niſi amor patriæ *Hernæſandiam* devocaſſet, poſt obitum ſancti patris *Dn. Julii Micandri* de novo Antiſtite ſollicitam. Ad hos lares hancqve provinciam adiit anno vertentis ſeculi tertio. Hac in dignitate conſtitutus & ſolo & cælo vixit, publicæqve ſimul & privatæ necesſitudini ſatisfecit. Animo & in ſecundis & adverſis fuit prorſus æqvabili, ut beatum ab afflicto ægre diſtingveres. Audiamus hic oratorem ante laudatum. *Novimus omnes*, ait: *qvalia*

qvalia in nos omnes & totam deniqve patriam per aliqvot luſtra inundarint diſcrimina, qvæ calamitates, qvot damna; Novimus, uti, anno abhinc ſecundo, hoſte, incendio, armis, exilio & egeſtate cuncti affligeremur; illius vero funeſtiſſimæ ſtragis pars haudqvaqvam exigua erat Venerabilis noſter ſenex. Eodem anno ac menſe, imo eadem propemodum die ac hora, exitiali morbo correpta decubuit ejus conjux nobiliſſima, ſimulqve elanguit ac defecit, qva minax hoſtis maria noſtra myoparonibus inſidioſe ſulcans viciniam proſtravit omnem. . . . Inceſſit propior hoſtilis impetus, & una hora tum funus Nobiliſſimæ Conjugis nuper frigeſcentis, tum præcipua fortunarum cum domo ac laribus ferali incendio delevit, inqve cineres ac favillas convertit. Delituit interim Beatus noſter Epiſcopus inter luſtra ferarum & ſaltus impervios, ut hoſtium vim effugeret. Verum ea conſtantia, eaqve animi firmitate illud exilium, hancqve copiæ familiaris jacturam cum morte uxoris pertulit, ut vix aliqvid ſubinde triſtioris & in rugas coarctatæ frontis obſervare potuerint domeſtici. &c. Lectioni ſacrarum literarum & ſtudiis ita erat deditus, ut noctes etiam inſomnes duceret, qvod vero reliqvum erat tempus ita terebat, ut rura ſua obumbularet, & fragantisſimo florum ſuffitu recrearetur: ut illum merito *ad honores lucubrando emerſiſſe & ruſticando conſenuiſſe dixeris.* Nullus fere annus præteriit, qvin Eccleſias hinc illinc inviſeret, ut

docentium ſimul ac diſcentium induſtriam pernoſceret. Biennio etiam ante beatum obitum ad extimos veluti ſiderum cardines & ultra octogeſimum â ſede ſua lapidem provolavit. Iter vix vegeto corpori ſatis aptum, adiit ,tamen iſtudSimſon noſter, ut vulpeculas in vineam Domini clanculum irrepentes ſua autoritate jugularet aut certe compeſceret.

Qvamvis autem ceteroqvin firmisſima præditus valetudine eſſet,in hac tamen ultima ſacri muneris expeditione ita ſubito deficiebant vires, ut ſemianimem fere reducerent comites. Rupta procul dubio ex pectoralibus venis qvapiam,qvam levior tusſis ſubinde ſuccutiens non coaleſcere ſivit, ſanie & tabo illi ora demum miſcebat. In hac deficientis qvotidie ſangvinis jactura, vitam,qva ſolitus erat pietate & tolerantia traxit uſqve ad initium menſis Julii, qvum ſuppurantis præter conſvetudinem cruoris profluvium ultimam vitæ lineam adeſſe moneret, qvam octava iſtius menſis die attigit, ſacro munitus viatico, inter ardentisſimas preces & ſuſpiria. Sic igitur annum agens octogeſimum per tot honorum gradus & incommoda vitæ, per tot rerum diſcrimina feliciter eundo, diem finiit ſupremum, ut ſimul auſpicaretur felicisſimam & nullo die terminandam in Chriſto beatitudinem.

VII.

VII.

Nova Literaria.

WISMARIÆ.

Vitam Anno hoc currente die 25 Januarii cum morte commutavit CHRISTIANUS BENJAMIN OTTO Vratiſlav. Sileſius. ad ædem Nicolai hactenus Paſtor meritiſſimus & Conſiſtorii Aſſeſſor. Magna oris facundia ſermones ſacros protulit, ſcriptiſqve clarus fuit. Inter qvæ numeranda ſunt: במת משיח את עשיר, *ſepulchrum Chriſti cum divite*, qvod Præſes ex Jeſ: LIII. 9. Lipſiæ a. 1700. d: 10 april. deſcripſit, *Reſpondente Johanne Henrico Sommer.* סמבטיון ſive *flumen Sabbathicum ex putidis Judæorum lacunis profluens*, pro loco in facultate Philoſophica impetrando diſputatione hiſtorica excuſſum.

Der hohe und über alle Wismarſche Hügel erhabene Berg des HERRN zu Nicolai/ auff der neuen Cantzel der Gemeinde zu Nicolai in Wismar, nach ihren kläglichen ruin von fünff Jahren, am XXV Sonntage nach Trinitatis 1708, nach Gelegenheit des ordentlichen Sonntages Evangelii, als ein Bild des **neuen Predig-Stuls** erbaulich vorgeſtellet.

Leipzig und Görlitz/ bey Jacob Rohrlachen A. 1709. pl: II.

ROSTOCHII

Hoc anno typis Schwechtenii exſcripta eſt *collectio I. Recenſionum actorum eruditorum aliorumqve memorabilium in alma Roſtochienſi.* in 8vo pl: 16.

Acceſſit nuper ad nos V. CL. I. H. à SEELEN, Gymnaſii, qvod Lubecæ floret, Rector, *Licentiatus Theologiæ* creandus. Exigui hujus, qvo nobiſcum commoratus eſt, temporis ſpatio ſeqventia exhibuit eruditionis ſuæ ſpecimina.

Diſſertationem Theologicam Hypotheſin Exegeticam *de Jona Ænigmatico* examinantem, Præſide D. J. J. WEIDENERO, pro impetrandis primi in Theologia gradus, qvem Baccalaureatum vocant, tertio Calendarum Septembris. pl: 8.

Diſſertationem Theologicam inauguralem ex Epheſ: II. 11. 12. *Ideam Ethniciſmi* ſiſtentem, Præſide J. J. WEIDENERO, pro Licentia conſeqvendi ſummos in Theologia honores d: IV Sept. pl: 10½.

Diſſer-

Diſſertationem Theologicam hypotheſin exegeticam *de Diluvio ænigmatico* examinantem, reſpondente J. H. *Twietmeiero* Roſtoch. d: IIX. Sept: pl. 3.

Præmiſit Dn. D. J. J. WEIDENERUS actui huic inaugurali Programma conſtans pl: 3. ½.

GRYPHISWALDIÆ

D. BRANDANUS HENRICUS GEBHARDUS magno cum ſtudio verſatur in exponendis Prophetis minoribus. Anno 1724 prodiit HOSEAS ENUCLEATUS d. i. **Einleitung in die Weiſſagung Hoſeä** worinnen der Text kürtzlich paraphraſirt, und die gegebene Erklärung befeſtiget wird, mit angehängten Elencho wider die Jüdiſche und Chiliaſtiſche Auslegung. Nebſt einer Vorrede Herrn D. von KRAKEWITZ, Greiffswald in 4to. *Alph.* I. pl: 17. ½. Præf: pl: 3. it. JOEL ENUCLEATUS, oder **Einleitung in die Weiſſagung des Propheten Joels** / worin nebſt einer kurtzen Paraphraſi die **TEXT-Worte** erkláhret, und derſelben Zuſammenhang gezeiget wird, mit angehängten beſcheidenen Elencho, wider die

Jüdiſche und Chiliaſtiſche Erklärung. Roſtock. a. 1724. pl: 18.

A. 1725. prodiit AMOS ENUCLEATUS, das iſt: **Erklärung des Propheten Amos**/ worinnen der Text kürtzlich paraphraſirt und die gegebene Erklärung befeſtiget wird, mit angehängten beſcheidenen Elencho wider die Jüdiſche und Chiliaſtiſche Auslegung. Lüneburg 1725. 1. Alph: pl: 1.

OBADIAS ENUCLEATUS prodiit Gryphiswaldiæ. a. 1723. cui adjicitur: Ein Zuſammenhang der Weißagung altes und neuen Teſtaments. pl: 13.

A. 1725. MICHÆAS ENUCLEATUS. &c. opponitur hæc expoſitio non chiliaſticis ſolum ſed & ſocinianis detorſionibus. Roſtoch. Alph: I. pl: 13.

CHABAKUK enucleatus prodiit *Lipſiæ* a. 1724. adjicitur qvæſtio: Ob noch vorm jüngſten Tage eine groſſe Bekehrung der Juden zu hoffen ad Rom: XI. 25. 26.

GEDANI

In Athenæo qvid præſtetur, videri poterit

terit ex Catalogo lectionum qvi ſub initium novi anni proponitur. In nupero ſpem ſuam conceptam annuntiavit Dn. D. J. G. ABICHT, *ſtudia Philoſophiæ naturalis & Matheſeos cura Magnifici Senatus reſtauratum iri.*

Idem vir admodum reverendus diſputationem publicaverat anno ſuperiore, *de miniſtris Eccleſiarum in Religione Diſſidentium* de qva vide ſupra Volumine I. p.177. Huic oppoſitum fuit *Examen placidum diſputationis Theologicæ de miniſtris in Religione diſſidentibus, qvam anno nuper elapſo D. Joan. Georg. Abicht in celeberrima Gedanenſi civitate Athenæi Rector, tam luci publicæ, qvam opponentium examini ultro propoſuit, cum omni moderatione per P. GODEFRIDUM HANNENBERG Soc. Jeſu. Poſnaniæ.* 1725. 8. *pl.* 2. Monet, citatam Diſputationem prodiiſſe adverſus opuſcula illa, *Demonſtratio ſepticollis, qvod Diſſidentium miniſtri non ſint Presbyteri, &* **Tittel ohne Mittel.** In præfamine ait: *Fateor, Tractatus hujus Autorem Virum eſſe ſingulari moderatione, una cum inſigni Eruditione atqve Librorum notitiâ (verbo, qvalem decet eſſe Gedanenſem) præditum; nec non Doctrinam ſuam ordinariam, Lutheri inſiſtendo Principiis, plus aliis enucleaſſe,* & mox iterum: *Ita temperabo ſtylum, ut neminem prorſus fero-*

citer

citer pungere (niſi forte ſalutariter compungere) *valeat.* Laudatæ Diſputationi ſubjunxerat Vir Cl. *Gottlieb Schelgvigius* Profeſſor publ. & bibliothecarius epiſtolam more recepto gratulatoriam ad Reſpondentem. In ea qvædam deprehendit, qvæ bilem qvodammodo moverunt, concludit enim Præfamen his verbis. *Et qvamvis D. Gottlieb Schelgvigius in ſua Acclamatione aliqvot moribus, juxta Plauti an Plaudrii loqvendi modum, ſcripta mea laceraverit, ac provinde acutiore ſtylo reprimi mereatur, parco nihilominus Viro pro hac vice, qvia Gedanenſis eſt.* Idem in fine placidi examinis remittit Lectorem ad Tractatum ſuum cui titulum fecerat: D. Lœſchers abgenutzte Fuchtel.

REGIOMONTI

Proſtat impenſis hæredum Hallervordii der THORNSCHEN TRAGOEDIE Erſter actus, darin nebſt vorläuffiger accuraten Beſchreibung der Stadt Thorn, und Vorſtellung ihrer bisherigen Regierungs-Form, imgleichen des daſigen Kirchen- und Schulen-Staats, eine gründliche und umſtändliche Nachricht von dem daſelbſt A. 1724. den 17. Julii erregten Tumult / aus authen-

authentiqven Nachrichten und glaubwürdigen Documenten gegeben wird. Der THORNISCHEN TRAGOEDIE zweyter actus, darinn eine gründliche und umſtändliche Nachricht von der Anno 1724. im Sept. zu Thorn wegen des erregten Tumults gehaltenen INQVISITIONS COMMISSION, und dem darauf beym Königl. Aſſeſſorial-Gericht in Warſchau den 16 Nov: gefälten Harten DECRET, aus Authentiqven und glaubwürdigen Documenten gegeben wird. Der THORNISCHEN TRAGOEDIE dritter Actus, darinn eine umſtändliche Nachricht ſo wohl von der A. 1724. den 7 Dec: in Thorn geſchehenen blutigen MASSACRE, als auch der in denen folgenden Tagen vollzogenen Execution, aller übrigen im Decret wider dieſe Stadt fortgeſetzten puncten, aus authentiqven und glaubwürdigen Documenten gegeben wird. Nebſt beygefügter Lebens-Beſchreibung und Portrait des enthaupteten Præſidenten Johann Gottfried Röſners. Pl: 18. Lege & ſtupeſces.

RIGÆ

Sermo funebris THEOPHANIS de qvo mox, in germanicam Lingvam translatus, excuſus eſt â Sam. Laur. Frölich pl. 2. 4to

 Ut

Ut &, Des allerdurchlauchtigſten, grosmächtigſten und unüberwindlichen PETRI des GROSSEN, Käyſers und Souveraines vom gantzen Ruslande. &c. &c. &c. Vater des Vaterlandes Perſonalia, welche nachdem das Käyſerl. Leichen-Begängnis in der Reſidence St. Petersburg mit allen Solennitæten am 10 Mart: curr. anni vollenzogen worden. In dem Liefflàndiſchen General-gouvernemente am folgenden 30 Maji, als den zum Gedächtnis Sr. Majeſté exeqvien angeordnete Feſt-Tage: In allen Kirchen und Gemeinen dieſes Hertzogthums bey Volck-reicher Verſammlung, auch aller Anweſenden Hertzinniglicher Trauer und Leidweſen abgeleſen ſind. Gedruckt zu Riga a. 1725. fol. pl. 5.

PETROBURGI

Ex typographia Petroburgenſi d. 14 prodiit ſermo funebris, in æde Petri & Pauli pronunciatus â THEOPHANE, Pleſcovienſi & Narvenſi archiepiſcopo, lingva vernacula, cum exeqviæ celebrarentur PETRI I. Magni, invictiſſimi Ruſſorum Imperatoris.

HOLMIÆ

Typis J. L. HOORN exſcripta eſt concio funebris in obitum ſumme venerabilis GEOR-

GEORGII WALLINI de pretioſa ſancto-rum morte, qvam publice recitavit *Johan Omnberg*, Titulus eſt: Helgonens Döds Dyrbarhed, når Konge. Maj:ts Tro-Mann och Höchförtiente Superintendens öfwer Hernöſands Stift, för thetta Höch-wördige, men nu Hoos GUDH ewinner-ligen Salige Herren Doctor GEORGIUS WALLIN, Efter en Höchberömlig gudelig Wandel, och ſalig Döhd i Sâ brâds Kyrka, uthi en Mycket folkerijk och anſen-lig Förſambling, then 27 Auguſti âhr 1723 blef begraven af IOHAN OMNBERG, Kyrkioherde och Probſt i Nordingrâd och ther til lydande Förſamblinger pl: 15. in 4to.

Excuſa ſimul ſunt & oratio parentalis & carmina, inter qvæ venuſtiſſimis verſibus ſcripta eſt *arctos pullata* â viro & armis & literis claro GUSTAVO LITHOU ſignifero Oſtro-Botv. compoſita, qvæ ſeptingentos & prope qvinqvaginta verſus complectitur.

LUNDINI SCANORUM

Prolixam non minus qvam eruditam Diſputationem philologicam habuit in audi-torio novo inferiori d. 29 Maji M. JOHAN

Digitized by Google

ENGESTRÖM *Scanus*, Reſpondente *Johanne Meiſnero.* Titulus eſt: *Spiritus Bene haadam aſcendens ſurſum, & ſpiritus habbehema deſcendens deorſum, ex verſu* 21. *capitis III. Eccleſiaſtæ, vero & genuino ſuo ſenſui reſtitutus*, pl: 13. Tria complectitur capita hæc diſputatio, qvorum *primum* exhibet ipſum dictum cum variis ſententiis; *ſecundum*, expoſitarum ſententiarum refutationem; *tertium*, veram expoſitionem v: 21 oſtendit, cum probatione ejus philologica & ex antecedentibus & conſeqventibus. Sententiam ſuam hanc proponit p. 80. *Per ſpiritum filiorum Adam aſcendentem ſurſum intelligitur ſpiritus piorum ad æterna gaudia promovendus, & per Spiritum habbehema deſcendentem deorſum intelligitur Spiritus impiorum, ad æternos cruciatus & tartara relegandus.*

FLENSBURGI

Hoc ipſo anno 1725. d. 17. Jun. diem obiit ſupremum celeberrimus vir D. BALTHASAR. KRYSINGIVS, qvi & Lubecæ & Flensburgi praxin Medicam exercuit. Prout vero in rebus medicis experientiſſimus erat, ceu curioſa diſſertatio inauguralis de *Odontalgia Tractatu ſedanda*, Kiloni 1701. d. 8. Octobr. habita, loqvitur, ita aliis, qvæ eruditum virum decent atqve ornant ſcientiis, non vulga-

Digitized by Google

vulgariter erat tinctus. Conſcripſit lingva vernacula opus, qvod peritiam Beati viri in rebus metallurgicis ſatis prodit, plane abſolutum, ſub titulo: *Hercyniæ deſcriptio*, preloqve paratum. Immortuus vero eſt conficiendæ translationi Poematum BARTASI elegantisſimi inter Gallos Poetæ, qvæ proſtant titulo: *La ſepmaine de GVILLAVME DE SALVSTE Seigneur* DU BARTAS duobus voluminibus comprehenſa, qvorum primum ſeptimanam primam, altera ſecundam complectitur. Specimen poeſeos Kryſingianæ ut & reliqva Ejusdem ſcripta & merita in literas videri poſſunt in J. H. a SEELEN Athen. Lubec. P. III. p. 257. ut & in Programmate WALDSCHMIDIANO.

KILONII

DN. D. HENRICVS MVHLIVS in eo eſt ut *Bibliothecam cimbricam* adornet, ita luci publicæ exponendam, ut qvovis trimeſtri ſpatio faſciculus prodeat.

DN. D. MARTINVS FRISIVS edidit *Fundamenta Theologiæ Theticæ, ſelectioribus dictis probantibus, eorumqve, ubi opus eſt, exegeſi, & obſervationibus præcipuis inſtructa*, typis hæc exſcripta ſunt *Hamburgi apud Th. Ch. Felginer*. a. 1724. 8. pl. 17. Delinea-

tionem hanc auditoribus in calamum dederat, jam vero, ut in præfatione ait: *Remotis cunctis qvæſtionibus curioſis minorisqve uſus, & poſthabita ſimul inepta illa farragine terminorum & diſtinctionum, qvæ verâ & debitâ deſtituuntur utilitate publici juris facit, ut Auditores heic incipiant, & plura deinceps ſuperſtruant.*

Promittit Idem Jægeri Theologiam foederalem publico denuo exhibere, cum inſcriptione *Jægerus illuſtratus, emendatus & adauctus.*

M. PHIL. FRIDERICVS HAHNE, Bibliothecæ Kilonienſis adhuc Præfectus, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ & profanæ Profeſſor publicus ordinarius conſtitutus, muneris initium fecit oratione inaugurali, qva *Principem & in ſui temporis & ſuperioris ævi hiſtoria illuſtrem decantavit.* Spes qvoqve eſt, fore, ut Profesſiones Juris vacuæ duobus viris celeberrimus mox ornentur.

LVBECÆ

D. GEORGIUS HENRIC. GOETZIUS, Superintendens, edidit: Vermiſchte Nachrichten des ſeel. Herrn **Paul Gerhards**/ von

von Gräſenhaynichen, Geiſtreiche Hauß-und Kirchen-Lieder betreffende. pl. 7.

JD. Evulgavit nuper *Epiſtolarum* ad MARTINUM CHEMNITIUM â NICOLAO SELNECCERO *ſcriptarum Specimen*, cui commentationem præmiſit *de* NICOLAI SELNECCERI *odio*, *qvo Pontificios excepit*. Propoſita hæc ſunt in placidi colloqvii argumentum CHRISTIANO NICOLAO MöLLENHOFF, Lubecenſi. pl. 5. ut &

Recitationes de *Colloqviis Eccleſiaſticis* qvibus interfuit NICOLAUS SELNECCERUS, ejusdemque *Symbolis*, vulgo Leibſprüchen, in Athenæo Lubecenſi D. XVI. Octobr. a. 1724. & D. XIX. Octobr. a. 1723. auditas. pl. 6.

Die nöthige Selbſt-Erkäntnis eines Chriſten, in denen gewöhnlichen 8. Catechißmus-Predigten vorgeſtellet. Derſelben ſind beygefüget Anmerckungen über die letzte Lieder-Andacht der Getödteten in Thorn. it: Fortgeſetzte Anmerckungen über die letzte Lieder-Andacht der Getödteten in Thorn. pl: 7. ½.

J.F. von HOLTEN conſcripſit, Das angenehme und Hertz-erqvickende JEſus-Bild, oder geiſt-

Digitized by Google

geiſtreiche Cantaten, über alle Sonn- und Feſt-Tags Evangelia, in welchen jedesmahl JEſus unter einem Schrifftmäßigen Bilde abgemahlet und vorgeſtellet wird. pl. 17.

ERNEST. LEOP. FRIED. BEHM, SS. Th: Candid: edidit *Commentationem de rariſſimo præcocis ingenii exemplo* CHRIST. HENR. HEINEKEN, qva viro ſumme venerabili CHRIST. HENR. BEHM, Abbati Amelungsbornenſi, Superintendenti Generali & Paſtori gravisſimo meritisſimoque, Natalem ſexageſimum tertium gratulatur Filius. Accedunt JO. HENR. â SEELEN, Rectoris, *Relatio* de C. H. HEINEKEN, nec non *deſcriptio itineris ipſius Danici*, ex autographo viri nobilisſimi, qvi itineris fuit comes. 4to. pl. 6. Obiit eruditus Infans cujus ſimilem vix dabunt ſecula præmature, die 27 Menſis Junii, anni præſentis 1725.

---

p. 330. *lin.* 21. *poſt*: 16. die Januarii, *add.* ann. 1717.

BIBLIOTHECA LVBECENSIS.

VOL. III.



LVBECAE

SVMTV IO. CHRIST. SCHMIDII

TYPIS IO. NIC. GREENII, AMPLISS. SENAT. TYPOGR. A. MDCCXXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Contenta.

I. JOANNIS MARQVARDI Oratio, in auguſtisſimo Venetorum Senatu Ann. 1635. habita. pag. 377.
II. BALTHAS. MENTZERI, Senioris, Epiſtola ad MENON. HANNEKENIVM, p. 397.
III. JVSTI FEVERBORNII Epiſtola ad Eundem, p. 403.
IV. JOH. JAC. RAMBACHII Obſervatio Exegetica, de Homine cujus cauſa DEus non amplius terræ maledicturus eſt, Gen. *VIII.* 21. p. 406.
V. ADAM. HENR. LACKMANNI de Minutiis vocum interpreti ſubinde obſervandis μελέτημα Philologico-Criticum, p. 421.
VI. JOH. CHRISTOPH. HARENBERGI Disqviſitio in originem ritus Judaici, qvo לולב ramum frondentem in feſto tabernaculorum geſtare ſolent, p. 434.
VII. Diplomata & documenta, HIERONYMI A DORNE, Patrit. Lubec. itinera vitamqve concernentia, p. 464.
VIII. Vita JO. ANDREÆ CLEFFELII, Lycei Slesvicenſis Rectoris, p. 479.
IX. Recenſiones Librorum, p. 487.
X. Nova literaria, p. 547.

I. JOANNIS

Digitized by Google

I.
Oratio
JOANNIS MARQVARDI (a)
LVBECENSIS,
habita
IN AVGVSTISSIMO SENATV
Ad Sereniſſimum Principem
FRANCISCVM ERICIVM,
VENETORVM DVCEM,
Nomine Inclytæ Nationis Germanicæ Studii Patavini.
Sub Conſiliariatu Nobiliſſimi Viri
DN. HIERONYMI A DORNE, (b)
Patritii Reip. Lubecenſis.
ANNO MDCXXXV. Die XII. Aprilis.

 Flumina

(a) Virum hunc Magnificum, ann. 1610. d. 24. April. natum, Lubeca et Senatorem et Conſulem meritis haud vulgaribus inclytum vidit, ſibiqve ann. 1668. d. 11. Aug. morte ereptum non mediocriter doluit, cujus memoriam JOH. LVDERVS ex merito celebravit peculiari ſcripto, *Athenis Lubecenſibus*, Pt. I. Sect. I. p. 173. ſq. inſerto. Neqve vero orbi erudito incognitum illum eſſe ſinit nobile opus, qvod *Tractatum Politico-Juridicum de Jure Mercatorum & Commerciorum ſingulari* inſcripſit, ac duabus Partibus Francof.

FLumina ad quæ Boreas glaciali ſtridet ſibilo, SERENISSIME PRINCEPS, SENATORES ILLVSTRISS. EXCELLEN-

Francof. 1662. f. edidit; *opere* ipſius *chronico*, *Idea boni Senatoris*, aliisqve inter ἀνέκδοτα latentibus. Memoratu autem inprimis dignus eſt ille vitæ ejus actus, qvo, dum in Academia Patavina ſtudiorum cauſa verſaretur, inclytæ Nationis Germanicæ nomine ad Illuſtrisſimam Venetorum Rempublicam miſſus, in publica panegyri ſolemnem orationem habuit, qvæ ipſi etiam Eqveſtrem dignitatem conciliavit. Juvat hac de re modo dictum Joh. Lüderum audire, qvi de noſtro hæc refert: *Dum autem Paduæ nonnihil temporis dare cogitat, inclyta Germanorum ratio legationem ad Venetiarum Ducem, Ericum, decernit, cujus ſumma fuit, ut Venetorum Reſp. Studioſorum Germanorum Paduæ juri operam dantium privilegia augeret, illisque, ut ſine præſtatione juramenti Eccleſiæ in J. V. Doctores promoverentur, licentiam concederet. Ad hanc deſtinati fuere Dn. HIERONYMVS a DORNE, ceu Præſes, et beatisſimus noſter COS. tanqvam Orator. Hic tanta morum gravitate, & linguæ dexteritate, verborumque ornatu peroravit, (ſunt verba Nationis prædictæ, Actis publicis Patavinis in perpetuam rei memoriam inſerta) ut & Ducis & XLVIII. Senatorum Purpuratorum, & Regis Angliæ Legati, Roberti Ramsey, ora animoſqve in ſe unum qvaſi converteret, omnes vero in admirationem raperet, adeo, ut omnia, qvæ peterent, impetrarent, ornato præter ſpem & exſpectationem utroqve dignitate Eqveſtri D. Marci, ann.* 1635. 25. *Aprilis, ipſo ſcil. D. Marci Evangeliſtæ die, qvo ante* 25. *annos beatiſſimus noſter COS. ſacro baptiſmatis fonte erat ablutus.* v. Athen. Lubec. l. c. p. 180. ſq.

Ora-

Digitized by Google

LENTISS. Flumina inquam, quæ algentis
Cc 2 hyemis

Orationem ipſam, Venetiis olim 1635. 4to 2. pl. ex typographia Ducali Pinelliana ſuperiorum permiſſu vulgatam, qvod rarior ſit eleganterqve conſcripta, integram hic exhibemus, omiſſa, qvæ ad *Benedictum Ericium*, Primicerium S. Marci et Ducis Franciſci Ericii Nepotem, directa eſt, Dedicatione, idiomate Italico conſignata.

(b) Splendorem Illuſtris Familiæ DORNIANÆ, qvam tot ac tanta in patriam merita jam à plurimis inde ſæculis immortalem reddiderunt, etiam ad exteros tranſtulit, perqve regiones longe diſſitas divulgavit memoratus hic HIERONYMVS a DORNE, HERMANNI Senatoris Lubecenſis filius, qvippe qvi annorum qvindecim ſpatio non modo Europæas urbes ac ditiones, verum etiam Natoliam, Syriam, Palæſtinam, Arabiam atqve Ægyptum peragravit, et præter Eqveſtrem S. Marci dignitatem Eqvitis qvoqve Hieroſolymitani dignitatem reportavit, eaqve de cauſa crucem Hieroſolymitanam inſignibus ſuis adjunxit. Ex itineribus reducem Dux Megapolitanus ADOLPHVS FRIDERICVS Conſiliarium ſuum intimum creavit, moxqve Elector Brandenburgicus Conſiliis Regiminis, Cameræ, & Conſiſtorii in Ducatu Halberſtadenſi admovit, donec à Senatu Lubecenſi Præfectus Civitatis Mollenæ conſtitueretur. Obiit ann. 1671. d. 18. Jan. Conf. LVNEBERGII MVSHARD *Monumenta Nobilitatis antiqvæ Familiarum illuſtrium, inprimis Ordinis Eqveſtris, in Ducatibus Bremenſi & Verdenſi*, p. 348. d. Hujus HIERON. a DORNE fertur eſſe Epiſtola illa, Aleppo Syriæ ad amicos perſcripta, qvam V. cl. D. JOH HENR. MICHAELIS in *Vita Petri Heylingii, Lubecenſis*, Halis 1724. 8vo edita, p. 103. ſq. exhibet. Ubi illud obiter notamus, veram appellatio-

hyemis horrore conſtringuntur, nativo incluſa alueo, lento & plane ſilenti curſu meant; placido autem imperante ſidere, ad veris aſpectum, ſoluto rigore, vberius aquarum tributum magno Oceano pendunt.

Veſtra quoque, quæ Patauium confluit, Germanorum Natio (c) pari ſubſiſtit fato: Hæc

tionem hujus viri non eſſe Heyling ſed Höling, cujus nominis qvoqve Senatorem, DIDERICVM nempe, anno 1608 et ſeqv. Lubeca noſtra habuit. Vocis autem hujus ſyllaba prior Diphthongo, vel potius Triphthongo conſtat, Saxoniæ ſuperioris dialecto incognita, videlicet ex o, a, et e compoſita, qvæ non ſcriptione, ſed ſola pronuntiatione poteſt exprimi, pluribusqve in vocibus, e. g. Sön, Bön, ſöven, aliisqve hodienum apud nos obtinet.

(c) Inſignia plane ſunt privilegia, qvibus fruuntur Germani, ſtudiorum cauſa Academiam Patavinam accedentes, qvorum tamen nomine tum qvi in Germania tàm ſuperiore qvam Inferiore nati ſunt, tum qvi in locis Germaniæ contiguis habitant, ortumqve ab antiqvis Germaniæ populis ducunt, comprehenduntur. Omnis eorum multitudo in duas veluti Claſſes ſive Facultates diſpeſcitur, *Legiſtarum* et *Artiſtarum*, qvarum illa ſtudioſos Juris, hæc Theologiæ, Medicinæ atqve Philoſophiæ cultores complectitur. Utraqve ſuos habet magiſtratus, officio aut dignitate qvadam conſpicuos; *Legiſtarum* qvidem Facultas Conſiliarium, Syndicum, Procuratores binos, totidemqve Bibliothecarios, et ſex Aſſeſſores: *Artiſtarum* autem Conſiliarium, Bibliothecarios & Procuratores duos, itidemque ſex Aſſeſſores; et qvælibet præterea eximium aliqvem Virum è Profeſſo-

Hæc etenim diuina flagitante Virgula, tam ob debachantem contagionis luem, quam ob horridos tubarum clangores, Germaniæ no-

Cc 3 ſtræ

---

feſſoribus Academiæ Protectoris loco ſibi adſciſcit. Nec deſunt Miniſtri Nationis, Pedellus, Magiſter lingvarum, Typographus, Pictor, Magister artis gladiatoriæ et Tubicen. Inter privilegia hæc potisſimum eminent: qvod Germani non à Rectore, Vice-Rectore, aut Syndico Univerſitatis, ſed à ſolo ſuo Conſiliario matriculam petant; qvod natio hæc in omnibus tàm publicis qvàm privatis conventibus primum inter Conſiliarios locum obtineat, et duo ſuffragia habeat; qvod plenaria poteſtate Conſiliarios ſuos eligendi et confirmandi gaudeat; qvod Conſiliarius Germanus ſit perpetuus Pro-Syndicus; qvod lites obortæ primo omnium à Conſiliario nationis judicentur; qvod laurea decorandi juramentum fidei præſtare non teneantur; qvod membra nationis à vectigale pro vino et frumento ſolvendo eximantur; et qvæ ſunt alia uberius dignoſcenda ex *Incl. Nat. German. Theologicæ, Medicæ, et Philoſophicæ Facultat. in Illuſtri Patavina Statutis Privilegiis, in ordinem digeſtis, & à Sereniſſ. Venetor. Principe ſæpius confirmatis, nec non in frequentiſſ. totius Incl. Nat. Conſeſſu unanimi omnium conſenſu & arbitrio denuo approbatis die X. Septembris MDCCIX.* qvæ Patavii ex typographia Pasqvati, I. N. G. A. Typographi 1710. 4to 3. pl. in lucem prodierunt; itemqve ex *Statutis et Privilegiis Juridicæ Facultatis in celeberrima et antiqviſſima Univerſitate Patavina, auctis et commodiori ordine diſpoſitis in freqventiſſimo Germanorum Conſeſſu unanimi omnium Conſenſu die XXX. Menſis Januarii Anno MDCCXVIII.* editisqve Patavii

1718.

ſtræ angulos vndique eheu perſonantes, ita in officii debiti curſu retardata fuit, vt mediis omni-

1718. 4to 4. pl. Ex qvibus ſimul patet, in Facultate Artium Nationis Germanicæ ann. 1710. extitiſſe Conſiliarium Dn. JOANNEM ADALBERTVM VEITH, Nobilem Bohemum Pragenſem, Phil. et Med. Doctorem, Almæque Univerſitatis Pro-Syndicum; Bibliothecarios Dn. FRANCISCVM PELLEGRINI VERONA, Bohemum, Phil. & Med. Doct. et Dn. VITVM ADAMVM ZOLLER, Bojum Reicherſpergenſem; Procuratores Dn. IGNATIVM IOSEPHVM LANGHOFF, Noricum Egrenſem, Phil. et Med. Doct. et Dn. ANDR. FRANC. IBL, Auſtriacum Viennenſem, Phil. Doct. Aſſeſſores Dn. MATTHIAM MADERER, Auſtriacum, Phil. et Med. Doct. Dn. IOAN. IOACH. GENNZINGER, Bojum Landspergenſem, Ph. & M. D. Dn. FRANC. XAVERIVM BEISSER, Bojum Landsperg. Ph. & M. D. Dn. MICH. THVM, Bezavienſem, Dn. AVGVSTINVM CODELLI, Goritienſem, Ph. & M. D. et Dn. MATTHIAM SCHOBER, Auſtr. Campililienſem, Ph. & M. D. Facultatem autem Jureconſultorum ann. 1718. habuiſſe Conſiliarium FRANCISCVM SEBASTIANVM, L. B. de ZINNENBERG, Eppanenſem Tyrolenſem, Almæqve Univerſitatis D. D. Juriſtarum Pro-Syndicum; Syndicum Dn. FERDINANDVM de LENGOVIO, Nob. Spyrenſem; Procuratores R. Dn. HIERONYMVM BORDES, Gallum, J. V. Doct. et Dn. NICOLAVM de ROLANDIS, Nobilem Germanum; Bibliothecarios Dn. FRANC. IVLIVM SPRENG, Eppanenſem Tyrol. et Dn. MATTHIAM de FEDERICIS, Annanienſem Tyrolenſem. Nec Lubecenſium nomen, qvod temporibus Dornii et Marqvardi in hac Natione Germanica Patavii floruit, peni-

Digitized by Google

omnibus deſtituta, membris non paucis mutilata, antiquo ſplendore penitus obnubilato, ſola in communi populorum applauſu ob Tuæ Serenitatis ſublimem exaltationem, ſine publico lætitiæ ſigno non ſine moerore emanſerit. Nunc autem benigniore quaſi affulgente ſidere, dum corporis huius langueſcentis Spiritus aliquantulum reuiuiſcant, hoc toties omnibus votis expetitum obſeruantiæ τεκμήριον diutius procraſtinare nefas eſſe duxit, voluitque id ipſum hodierna tandem luce, tarda quidem, at exuberanti erga T. S. deuotione, non verbis ad pompam fucatis, ſed patrio animorum candore, ac ſimplicitate, hoc quem vides exiguo numero teſtatum facere.

Verùm in tam latisſimo dicendi campo conſtitutus, vnde potisſimum exordiar? an ab Vrbium Orbe, vrbiumque compendio Venetiis? terret me ſitus miraculum, fatigat ſplendidisſimorum ædificiorum ſtupenda moles, inopem reddit affluens rerum omnium copia, confundit regimen huius Reipubl. diuinum,

 per

penitus in eadem fuit extinctum, dum meminimus, civi noſtro, Dn. FRANCISCO IACOBO a MELLE Med. Doct. ann. 1718. ſub Conſiliariatu GEORGII BALTHASARIS NADMESNIG, Nobilis Carinthi Villacenſis, Adſeſſoris primarii I. N. G.A. honorem fuiſſe oblatum.

Digitized by Google

per turbat conſtans per tot ſecula ciuium concordia, oculos perſtringit incomparabilis procerum horum purpuratorum magnificentia & modeſtia, elinguem reddit aureum eloquentiæ Senatorum flumen, & vel ipſum Demoſthenem cum tot Oratorum conſumpta & exhauſta facundia, ad ſingula potius obmuteſcere, quam eorum minimùm non dicam dicendo exornare, ſed nec apte quidem pro rerum dignitate verbis complecti poſſe crediderim. Quare ego illam coactus rationem inibo, quam olim peritisſimus pictor Timantes, qui cum Agamemnonis luctum acerbisſimum ob Iphigeniæ filiæ immolationem conceptum, penicillo exprimere diffideret, caput parentis velo adumbrauit, eaque quæ huc ſpectant, religioſò potius ſilentio admirari, quam intemperantius prædicare æquum eſſe exiſtimo. Hoc tantummodo attigiſſe ſufficit, Ser. T. illius Reipubl. habenis admotam, quæ ſupra communem Rerumpubl. ſuis periodis obnoxiarum naturam, externis bellis toties appetita, non a barbarorum modo vi atque impetu, ſed pœnè dixerim oculis, intactam pudicitiam tredecim fere ſecula conſeruauit, dilapſaque Cœlo non Ancylia, ſed æternæ libertatis ſecreta pignora tam ſedulo cuſtodiuit, vt libertas eadem omnibus expulſa terris, olimque fugata, hic

ſtabile

ſtabile ſolum ſedemque perpetuo conſtituerit. Iactet vsque ad faſtidium Græcia mendax Thermopylarum anguſtias contra immenſos exercitus à paucis militibus ſeruatas; aſtrepant Romanæ Rei laudatores, exigua manu fuſas ingentes hoſtium copias, reperient nusquam vnam vrbem, irruentis orbis furore non victam, non territam ſed auguſtiorem è cladibus emerſiſſe, aliisque Rebuspubl. Salutis propugnaculum incomparabili ſua prudentia exſtitiſſe. Illa enim ſemper propria huius Reipubl. nec cum aliis communia habita ſunt prudentiæ & Conſiliorum præſtantia, quibus magis quam viribus æternitas libertati conciliata eſt. Non Areopagus; non Ephori; non Curia Quirinalis quidquam ſibi huius laudis poſſunt vindicare. O Te Beatam Rempublicam omnique exemplo maiorem, Tu Idea illa regiminis perfectisſima, quam diuinus ille Plato viuis coloribus & lineamentis egregie pictam informauit; Tu tutisſimum ſubditorum refugium, Tu amicorum firmisſimum præſidium, Tu denique portus ille ſecurisſimus, ad quem tanquam ad beatorum Inſulas, tuto confugiunt omnes qui fluctuum turbulentorum æſtu agitati, opem tuam implorant. Felices hi ſubditi, qui in hunc portum nauigant, glorioſi hi Senatores, qui curſum dirigunt, beatisſimi au-

tem illi Principes, qui Tibi Moderatores Summi præſunt. At quorſum me trahunt præter opinionem huius Reginæ encomia? Eò nimirum, vt adumbrate ſaltem delineem, quanto cum maiore felicitate, Tu Princeps Sereniſſime (ad quem nunc debita qua poſſum reuerentia me conuerto) in hoc ſplendidiſſimo Maieſtatis Throno collocatus, & hac ampliſſima prudentiſſimorum patrum Corona, ſtellis quaſi clariſſimis collucente cinctus, veluti ſol, lux, & moderator reliquorum luminum ſedeas; ſed & hic mihi accidit idem quod illis, qui cum Solem intueri induxerunt, experti maximum Iubaris ſplendorem oculorum aciem deflectere coguntur. Commemoremne Majorum imagines? nulla certe hiſtoriæ Venetæ pars eſt, quę Sereniſſimæ Tuæ familiæ præclarè geſtis non fulgeat. Ad ea progredior quę ipſe Tibi, Magnanime Princeps, propria Virtute & meritis comparaſti. Si etenim de florum in plantis emicantium copia & pulchritudine fructuum auguramur abundantiam, quis adeo iudicii & rationis expers, qui non de præteritis Tuæ Serenitatis heroicè geſtis hoc tandem ſupremum honoris faſtigium ſibi perſuaſiſſet? Tu omnibus perfunctus dignitatum ordinibus, vt faſces quaſi ſyluam facerent. Tu vix poſita puerili prætexta Senator grauiſſimus. Tu Conſiliarius

rius ſumma & ſpectata ſemper prudentia eminentisſimus. Tu in iudicando Iuſtitiæ vindex, veritatis aſſertor conſtantisſimus. Obſtupuere ad Tuas grauisſimas legationes Tiberis aulaque Imperialis. Arma & exercitus Te ſuum fortisſimum Ducem agnoſcunt, nec mirum ſi toties Præfectura Dictaturaque emeritus omnibus præſides. Te ad gradus Majeſtatis non fauor luxurians, non emendicata euexere ſuffragia, ſed morum ſpectabilitas, vitæ integritas, & rerum humanarum peritia. A Te religionem hauriret Numa, Cato Modeſtiam, Liberalitatem Scipio, Cęſar Clementiam. Hæ Tibi fuere virgines illæ Veſtales, quæ in pectoris Tui templo diuinum libertatis ardorem perpetuo fouere. Tu denique pacis & belli tempore, ad gubernacula huius glorioſæ Reipublicæ ſedens, clauum tanta cum prudentia tenes, vt Te ad ſolam ſalutis publicæ curam non doctum, ſed genitum, non inſtitutum, ſed à natura imbutum, non à Comitiis electum, ſed à Diis Tutelaribus miſſum vnanimes atteſtentur prouinciæ. Quare merito ardentisſimo reverentiæ & lætitiæ zelo æſtuantes, cum Lyrico canimus:

Præſenti Tibi maturos largimur honores,
Iurandasque Tuum per Nomen ponimus aras.

Deum Ter Opt. Max. ex imis ſenſibus inuocantes,

cantes, vt Te hominum Saluti natum Optimum Principem vna cum Sereniſſima Tua familia huic Florentiſſimæ Reipublicæ, nobisque omnibus diutiſſime incolumem conſervet. Tandem ad Te Celſisſime Princeps ſupplices tendit manus Tua, quam hic clementibus oculis cernis, Germanica Iuris lytarum Natio, vt ſe cum in acceptis à Sereniſſimis Tuis Anteceſſoribus Immunitatibus, Priuilegiis & Statutis conſeruandis, & in novis quibusdam adiungendis, tum contra malitioſorum inſultus defendendis, qui temerario auſu interdum hanc tot tantorumque priuilegiis Sacram Nat. in publicis itineribus, neſcio cuius tributi prætextu ſpoliant atque diuexant, Tua Principali auctoritate iuuare non dedigneris. Inprimis autem à Te S. P. beneficium, quod Tuæ Liberalitatis integrum ſit, reuerenter & enixe petimus. Germanicæ noſtræ Nationis, quæ Patauii attinetur, alii Medicinæ, Jurisprudentiæ alii operam nauant; hinc duo corpora, hinc duo capita: Medici Collegium habent, in quo a ſtudiis Laureatam contendunt miſſionem: nos vero in reliquis coæquati, neſcio quo fato tali gratia exempti, finem laborum noſtrorum alibi maioribus mercari incommodis cogimur; Non Leges Medicæ poſthabendæ ſunt ſcientiæ, hæc tantum corporum curam, illæ vero animorum agunt:
Ciuilis

Ciuilis vnio, qua tanquam immota baſi regna & Reſpublicæ nituntur, ſolo legum nectitur vinculo, quod componere & vrgente neceſſitate diſſoluere, eſt Iuriſconſulti non Medici. Fiat itaque hoc priuilegium Iuris cultoribus commune, indulgeat tandem Tua Sereniſſima poteſtas toties noſtris repetitis precibus id, quod non cum præiudicio vllius, ſed Summo Reipubl. litterariæ, & præſertim Inclytæ Veſtræ Patauinæ emolumento coniunctum eſt. Quo conceſſo, Serenitatis Tuæ radii emicabunt, & ad poſteros vsque, Principatus Tui memoriam vigentem deducent. Natio quoque hæc tum veteribus, tum recentibus tuis beneficiis Tibi magis magisque obſtricta, vt hactenus, ita impoſterum ſe geret, vt Serenitatis Tuæ obſeruantia debita, Vrbis & Senatus hujus Excellentiſſimi dignitate & Salute, totius Reipublicæ commodis & honore, nihil prius, nihil antiquius habere appareat. Quod reliquum eſt, Tu Florentiſſima & Auguſtiſſima Venetorum Reſpublica, cujus æterna fundamenta (abſit Inuidia) ipſi Immortales Dii manibus ſuis poſuiſſe videntur, ſub SERENISSIMI Tui FRANCISCI ERICI, Principis Optimi Maximi Sanctitate, Prudentia, & bellica Virtute vti floruiſti, ita vlterius diu feliciterque VIVAS, FLOREAS.

D I X I.

Viro

Viro Genere, Virtute ac Eruditione Clariſſimo Florentiſſimoque.

D. IOANNI MARQVARDO.

POſt immenſarum ſpacia exantlata viarum
Gaudet qui reperit patria tecta redux.
Aſt ego te patrium reperi, Celeberrime, Ciuem
Ingenio clarum, Iudicioqve grauem.
Gratulor hinc animo, veſtrumqve admiror honorem,
Quem peperit Virtus, eloquiumqve tuum.
Cum Summum ante DVCEM, Supremi ante ora SENATVS
Urbe abs te in VENETA cauſa peracta fuit.
Macte animi Virtute, tibi inclyta gloria ſurget
Dent Vitæ longos dummodo fata dies.

Debitæ Affectionis ergo fundebat

Hieronymus à Dorne
Lubeca Saxo,
Almæ Vniuerſitatis Patauinæ p.t. Proſyndic: nec non Incl. G. N. I. Conſiliarius.

No-

Nobili & Clariſſimo
D. IOANNI MARQVARDO.

CVr, MARQVARDE, Tuæ petis loquelæ
A me Iudicium? Serenus an non
Eſt Ti Dux Venetum ſatis, perennem
Cui laudem Sapido ſono dediſti?
Monſtraſti ingenium inclyto in Senatu:
Qui compendium vbique, & omnis orbis
Audit: Quis modò ſis, probauit amplè.
A quo cum tuleris Tuæ brabeum
Virtutis, quid id eſt, quod hinc & inde
Quæres, qui ingenii Sacras celebret
Dotes? In patriam Tibi futuro
(Quod felix ſiet!) Orbis eſto præco.

Debit. Cult. ergo
Abrah. Golnitz. *Dantiſc.*
ſcribebat Venetiis.

Viro

Viro Nobili & Clariſſimo.

DN. MARQVARDO.

PRo Patria, Patriæque bono, Patriæque colonis
Qui auxilii gladium vibrat, is ipſe vir eſt.
Nec minus ille vir eſt, qui ceu patriota fidelis
Ad patriotarum commoda verba ſerit.
Verba, vel Hyblæi guſtum ſuperantia mellis,
Verba, vel in Regum quæ ſacra corda meant.
Scilicet hoc opus eſt, puluinar adire Deorum,
Poſſeque terreſtres voce mouere Ioues.
Feciſti hoc, (viuas!) MARQVARDE ſonanteque lingua
Dixti pro Patriæ verba diſerta bono.
Celſa ſalutaſti Veneti Ducis atque Senatus
Limina, nec vano (gratulor euge!) ſono.
Gratulor euge! Parat Tibi florida Fama coronam,
Vtque Tuum nomen ſtet maneatque, cauet.
En! vt Honos lepidè Te complexetur! vt omnis
Accinat è noſtris Natio: Viue! vale!
Viue! vale! Patriæ ceu fidus ciuis. Et olim
Cæleſtis Patriæ nobile ſidus eris.

Mente officioſa
deproperabat
Gottfried Eichorn.

Cum

CUm commodum nobis ſeſe obtulerit Vita *Marqvardi*, ipſius manu 14. pl. fol. ſcripta, cujus beneuolam communicationem Viro perqvam Generoſo Dn. HERMANNO HENRICO A DORNE, bonarum litterarum Fautori optimo, debemus: placuit, majoris illuſtrationis gratia illa, qvæ præmiſſam Orationem ſpectant, inde excerpere. Ita autem f. 21. ſeqv. verba fluunt: *Roma Venetias orbis miraculum Marqvardus iterum* (*ann.* 1635.) *acceſſit, ubi Hieronymum à Dorne, Conterraneum, Eqvitem Hieroſolymitanum, ex Oriente adventantem, offendit, et in ipſius conſortium ſe dedit. Venetiis autem ad Illuſtrem Patavinam cum prædicto Hier. à Dorne ſe contulit, Lingvæ Hiſpanicæ propter propoſitum ſibi iter Hiſpanicum inter alia operam dantes; cui ſtudio cum intentus eſſet, Inclyta Germanorum natio tandem diu illam dilatam ſalutationem & ablegationem pro impetrandis & amplificandis Germanorum ibidem ſtudio Juris litantium privilegiis, ad Sereniſſimum Venetiarum Ducem, FRANCISCVM ERICIVM, anno ſuperiore* 1631. *ad illam dignitatem evectum, decrevit. Idcirco in pleno Conventu, Conſiliario ſeu Præſide dictæ Nationis prænominato Hieronymo à Dorne, concordibus ſuffragiis Marqvardus noſter in Oratorem prædictæ ablegationis eligitur, qvi licet hanc dicendi & perorandi provinciam libenter à ſe declinare, & aliis ætate pro-*

proveƈtioribus & habilioribus relinqvere voluiſſet, nihil tamen obtinuit. Qvapropter Nationis concluſo acqvieſcens, poſt feſtum Paſchatos cum omnibus nationis inclytæ membris, inter quæ plurimi Barones, Nobiles, & eminentioris proſapiæ ac dignitatis Viri-Juvenes fuere, hoc obeundæ legationis munus in ſe ſuſcepit, Venetiisqve cum cæteris advenit, & publice præſente Sereniſſimo Duce & XLVIII. Senatoribus Purpuratis, poſt Magnæ Britanniæ Legatum Robertum Ramsey, totius „Nationis nomine tanta morum gravitate (citantur verba Nationis prædiƈtæ p. 378. jam allata) „. . *raperet. Momentum juſſi habuiſſe verba effe- „ƈtus demonſtravit. Voti enim compotes faƈti, „poſt aliqvot ſeptimanas omnia ab Auguſtiſſimo Se- „natu & Duce impetravimus, qvæ Oratione noſtra „petivimus. Hucusqve verba Nationis Germanicæ ejus libro Patavii adſcripta. Aƈta et Oratio ipſa excuſa plenius hæc omnia docent. Veriſſima autem fuere poſtrema hæc verba. Nam impetratum à Sereniſſima Republ. ut inpoſterum membra hujus inclytæ Nationis albo inſcripta, (qvod tot retrò annis non potuit obtineri, allaborantibus licet in id multis illuſtribus perſonis & Viris Juvenibus) ſine præſtatione juramenti Eccleſiæ Romanæ, exiguis impenſis, ſupremum in jure gradum aſſumere qveant, prout etiam ſubſeqventibus menſibus & annis plurimi Germani faƈto ipſo id ipſum comprobarunt, ibidemqve ſummos in Jure honores*

Doƈto-

Doctorales aſſecuti ſunt. Parum autem adhuc fuit omnia, ut deſideratum, impetraſſe, ſed et inſuper Sereniſſimus Dux ultrò non cogitantibus Hieronymo à Dorne, Præſidi, & prædicto noſtro Marqvardo, Oratori & Exoratori, ſingularis ſuæ benevolentiæ τεκμήριον *exhibere voluit, & utrumqve dignitate Eqveſtri D. Marci, qva Sereniſſima Reſpublica Principum & aliorum Legatos benè meritos honorare ſolet, ornavit, & interjectis aliqvot diebus XXV. Aprilis, ipſo ſcil. D. Marci Evangeliſtæ die, qvo ante 25. annos Marqvardus noſter certo hoc dignitatis præſagio in hanc lucem editus, publice adhibitis ſolennibus, auctis inſignibus, per Diploma aureis literis ſcriptum EQVITES AVRATOS D. MARCI creavit. Hic illi primus ad honores gradus fuit, qvos aut natura cum Illuſtr. Thuano lib. 66. Hiſtor. ſemper ob invidiam defugit, aut delatos, vt hac prima vice factum, contempſit; ut qvi ab ambitionis vitio, hoc ſeculo communi, alienus, in honeſto otio, qvo tamen ipſi haud frui licuit, ac in recta conſcientia, ſummum ſemper decus ac præſidium repoſuerit.*

Eandem Oratoris provinciam in Nationis Germanicæ commodum, cum ann. 1632. Avarici Biturigum in Gallia degeret, non ſine laude *Marqvardus* ſuſtinuit, uti

Digitized by Google

liqvet ex iis, qvæ in memorata Vita Mſta f. 16. leguntur: *In hoc illuſtri loco, qvod ſilentio præterire non licet, Marqvardus noſter in notitiam venit Proto-Principis Galliæ Henrici Condæi, ejusqve filii Ludovici, Ducis Angvinenſis, nunc Condæi, belli Ducis fortiſſimi, cujus laudes ob res in bello geſtas nulla conticeſcet ætas; qva Sereniſſimorum Principum Sangvinis Regii amicitia fretus, Nationis Germanicæ ibidem Orator electus, eoqve officio per ſemeſtre ſpatium perfunctus eſt, ut ipſius publice habitæ & excuſæ Orationes pluribus teſtantur; perorandoqve ibidem pro dicta Natione plurima impetravit privilegia, qvorum confirmationem poſtea ab ipſa Regia Majeſtate LVDOVICO XIII. glorioſæ memoriæ, per Aurelias tranſeunte, gratioſe impetratam Marqvardus noſter cum collegis ſibi adjunctis Avaricum Biturigum attulit, qva adhuc ibidem in perpetuam rei memoriam aſſervantur.*

II.

Digitized by Google

II.
BALTHASARIS MENTZERI,
Senioris, Epiſtola
ad
MENON. HANNEKENIVM.
Ex ἀυτογράφῳ.

SAlutem & officia. Et animi veſtri affectus mihi gratisſimus eſt, humanisſime, & doctisſime Domine Magiſter, amice dilecte, & honorande, & literæ, & munera: quibus æquali reſpondere menſura in omnibus non datur, ſed gratias ago debitas, & compenſare pro virili, ubi datur occaſio, ſtudebo. Noſti nundinarum Francofurtenſium ſtrepitum, qui me in ſcribendo longiorem eſſe non ſinit. Exponam igitur breviter, qvid de propoſitis à te qvæſtionibus mihi videatur. *Primo* æquipollere putas has propoſitiones: Filius hominis eſt Deus: Et: Chriſtus ſecundum humanitatem per, & propter unionem perſonalem eſt Deus. Unde poſtea deducis aliqvot conſeqventias. Sed negatur antecedens. Nam licet propoſitiones perſonales ita reſolvantur: Filius hominis eſt Deus, id eſt, Chriſtus juxta humanitatem perſonaliter, ſive per, & propter unionem perſonalem eſt Deus,

 tamen

tamen inde non ſequitur, eſſe ſimpliciter æqvipollentes. Nam Filius hominis eſt creator cœli, & terræ: Sed Chriſtus juxta humanitatem non dicitur creaſſe cœlum & terram. Qvare hæc hypotheſis dari non debet: Filius hominis, & Chriſtus ſecundum humanitatem eſſe ſimpliciter æquipollentia: itemque Filius Dei, & Chriſtus ſecundum Deitatem. Cujus rei hæc eſt cauſa: qvia terminus ille: *Filius Dei, Filius hominis* ſimpliciter notat perſonam, quæ eſt una & eadem, Deus & homo: Unde de hoc homine dicuntur divina, & de Filio DEI prædicantur humana attributa. Terminus vero alter: *Chriſtus ſecundum Deitatem*, vel, *juxta humanitatem*, notat quidem & ipſe perſonam, ſed ſimul involvit, ſive implicat naturam hanc, vel illam. Unde patet, conſequentias illas non eſſe legitimas. Legi poteſt de hac re Damaſcenus lib. 3. de orthodoxa fide cap. 4. & ſeqq. Qvod dixi, facile poteſt intelligi, ſi veram cauſam expendas, cur Filius hominis dicatur æternus, infinitus, & Deus, in carne manifeſtatus, viſus, contrectatus, crucifixus: Nempe Filius hominis eſt æternus, quia idem ipſe eſt Filius DEI in unitate perſonæ. Et Deus eſt viſus, contrectatus, crucifixus, quia idem ipſe eſt Filius hominis in unitate perſonæ. Qvam primum autem additur mentio naturæ divinæ, vel hu-

humanæ: quæ naturæ eſſentialiter differunt, & non habent eadem attributa: manifeſtum eſt, ibi non tantum notari unitatem perſonæ, ſed ſimul etiam attendi differentiam naturarum. Quare Chriſtus ſecundum Deitatem notat quidem perſonam, ſicut & hæc locutio: Chriſtus ſecundum humanitatem, notat perſonam: ſed nunquam dices eſſe illa ſimpliciter æquipollentia cum his: Filius Dei, & Filius hominis: ubi tantum perſonæ unitas attenditur, & non etiam attenditur (quod nihilominus æternum manet, & immobile) diſcrimen naturarum. Ex hoc igitur principio tota illa quæſtio deducenda, & decidenda eſt. Filius Dei eſt æternus eſſentialiter, id eſt, per naturam Deitatis. Filius hominis eſt æternus perſonaliter, id eſt, non per naturam humanitatis, ſed per unionem perſonalem, quia Filius hominis eſt idem ipſe, qui eſt Filius Dei. Sic Filius Dei eſt paſſus, non naturaliter, id eſt, in natura ſua divina, ſed perſonaliter, h. e. in ſua carne perſonaliter ſibi propria. *Secundo* quæris, an Chriſtus etiam ut homo in ſtatu exinanitionis fuerit ubique; id quod à nobis negatur. Putas id cum ipſa ùnione non convenire, quæ eſt omnipræſentiæ fundamentum. Sed optime convenit. Nam & omnipotens erat Chriſtus in ſtatu exinanitionis, neque tamen ſemper omni-

 po-

potentiam ſuam exerebat. Sic habebat Chriſtus veriſſime etiam in medio ſtatu exinanitionis majeſtatem illam divinam omnipræſentiæ, ſed non tamen ſemper eam exerebat, verum ubi, quando, & quomodo viſum fuit. Qvare ſi cogites, Chriſtum libere adfuiſſe, ubi, quando, & quomodo vellet, & illam adeſſendi divinam potentiam dependere ex ipſa unione, plenarium autem ejus exercitium fuiſſe, ut ita loquar, quodammodo ſuſpenſum in ſtatu exinanitionis: tum videbis parem eſſe rationem omnipotentiæ, & illius uſus, & majeſtatis omnipræſentiæ, & illius uſus. Salva igitur unio eſſe non poſſet, niſi concedatur, Chriſtum etiam ut hominem ſemper eſſe ut omnipotentem, ſic etiam majeſtate omnipræſentiæ præditum. Quia autem volebat, & debebat pati, & mori: Ergo ibi non exerebat ſuam omnipotentiam in repellenda vi adverſariorum (& tamen vere erat omnipotens) neque exerebat majeſtatem omnipræſentiæ (quam tamen revera etiam tunc habebat) in hoſtibus ſuis puniendis, & ad orcum præcipitandis. Oportet igitur diſtinguere inter majeſtatem omnipræſentiæ, quæ eſt attributum divinum, ut omnipotentia, bonitas, ſapientia: & inter ejus actum, & exercitium liberum. In qva tota diſputatione ſi unum illud obſervetur, diſtinguendam

dam eſſe majeſtatem omnipræſentiæ ab ipſa præſentia actuali, & libera, ſicut omnipotentia diſtinguitur ab ejusdem exercitio, & uſurpatione, tunc omnes difficultates facile tolli poſſunt. Uti jam apparebit. *Tertio* enim quæris, an omnino negandum fuerit Chriſtum affuiſſe Lazaro morienti. Omnino, inquam, negatur de præſentia humana, & viſibili, quæ juxta locorum diſcrimina etiam ipſa mutatur, ut Chriſtus non fuerit Bethaniæ, cum eſſet Hieroſolymis, & ſic deinceps. Aliter autem judicari oportet de præſentia divina, quam nulla creatura impedire poteſt. Monendum autem præſentiam divinam, tum generalem, tum ſpecialem eſſe voluntariam, & liberam. Quare Chriſtus etiam in ſtatu exinanitionis liberrime aderat quibus, & ubi, & quando, & quomodo volebat. Et ſic vere etiam affuit in medio precantium ſororum Lazari, & aliorum, ſi qui affuerunt. De hac præſentia non loquitur Chriſtus dicens, ſe ibi non fuiſſe, ſed de humana, uti dixi. *Denique* quæris de Martiniano τῷ Extra, putans ratione unionis ſtare non poſſe, ſed tamen non abſurde poſſe concedi reſpectu creaturarum. At inquam ego, nullo modo poteſt dici ὁ λόγος eſſe extra ſuam carnem, poſtquam ὁ λόγος factus eſt caro. Poteſt dici ὁ λόγος eſſe extra omnes creaturas (non ex-

 clusus)

cluſus) quia non eſt unum quid cum creaturis, ſed eſt ab illis diſtinctus, ut creator. Verum ὁ λόγος eſt cum ſua carne unum ὑφιςάμενον, & extra eam non eſt, ſed in ea habitat cum tota plenitudine ſuæ Deitatis. Pone τὸν λόγον Romæ præſentem in ſtatu exinanitionis, & nega carnem τȣ̃ λόγȣ fuiſſe eo tempore Romæ, ſed fuiſſe Hieroſolymis, recte dices carnem fuiſſe extra Romam: ſed non inferes τὸν λόγον fuiſſe extra ſuam carnem, niſi affirmare velis, Romam ibi τῷ λόγῳ præſentiorem fuiſſe propria ſua carne, & Romam feciſſe διάςημα inter λόγον, & carnem, & proinde unionem non eſſe factam ἀδιαςάτως. Sic ergo habendum: ὁ λόγος incarnatus Romæ exiſtens non eſt extra ſuam carnem, ſed eam inhabitat perſonaliter, & tamen eam non adhibet urbi Romæ, & hominibus in ea gubernandis, quoniam nondum fuit collocata ad dextram majeſtatis, ſed adhuc in ſervili forma exinanita, & ſubjecta eſt paſſioni & morti. Quare inter τὸν λόγον, & ſuam carnem nulla creatura, & ne quidem ipſa mors poteſt facere διάςημα, ſive diſtantiam, ſed λόγος vult quæri, & inveniri in hac ſua carne, & non extra eam, ſicut tota Scriptura teſtatur.

Si

Si quid ſit in his, quæ dixi, quod uberiorem explicationem deſideret, potero, per occaſionem monere, ut voluntati tuæ ſatisfaciam. Domino parenti adſcribo plurimam ſalutem, & pro ſymbolo gratitudinis mitto ei exemplar Exegeſeos, qvod amice peto, ut æqvi conſulat, & opto toti familiæ divinam benedictionem. Vale in Chriſto feliciſſime. Giſſæ feſtinanter dabam XV. Septembr. Ao. — DCXX. V. in Dno

MENZERUS, mppr.

A Dno Witvogelio nihil accepi ſive literarum, ſive pecuniæ.

III.

JVSTI FEVERBORNII Epiſtola ad Eundem.

Ex αὐτογράφῳ.

S. P.

TUæ literæ, præſtantiſſime Dn. Magiſter, amice multum dilecte, perqvam gratæ mihi fuerunt, ſatis enim tuum in me amorem oſtenderunt, cui reſpondebo, donec vixero. Quæris autem, an ſenſus literalis (ſicut & ex noſtratibus aliqvis faciat, qvem no-

nominas) ſit definiendus, qvi reſultet ex verbis non tantum proprie ſumptis, ſed & tropicis &c. Reſpondeo, illam definitionem non poſſe ſtare: qvia definitionis poſterior pars pugnat cum definito, qvod eſt ſenſus literalis, qvi eſt oppoſitus tropico & figurato, ſicut docet & Rhetorica, & nobilium Theologorum corona. Illa qvidem, cum tropum definiat locutionem, qva vocabulum à *nativa* ſignificatione in *aliam* traducitur. Nativa vero vocabuli ſignificatio eſt literalis. Sicut igitur nativa & propria vocabuli ſignificatio non eſt tropica, & hæc non eſt illa, ita *literalis* ſignificatio ſeu ſenſus non eſt figurata & tropica σημασία, & vice verſa. Hæc porro idem evincit. Annon enim, ut paucis me expediam, orthodoxi Theologi Calviniſtas redarguunt, quod in verbis S. Cœnæ deſerta *litera* confugiant ad *tropicum* ſenſum? qvo ipſo literam aperte opponunt tropico ſenſui. Quodſi vero præmemorata ſenſus literalis definitio locum habebit, tum è veſtigio Calviniſtæ regerere queunt, ſe abeundo ad *tropos* non deſerere *ſenſum literalem*, quippe qui etiam ex verbis tropicis reſultet. Et nonne noſtri Theologi ſcriptitant adverſus Papiſtas, & Calviniſtas, qui ſenſum literalem ſic definiunt? Nec ſenſus literalis recte definitur, qui ex *conſueta* vocum ſignificatione oritur,

qvia

qvia conſvetum non ſtatim eſt literale, ſiqvidem & tropica ſignificatio eſt conſveta. At inqvis, ſi ita ſtricte ſenſus literalis defi itur, fere nullum habebimus articulum fidei ſenſu literali. Nego hoc, & illuſtrationis ergo addo, qvod, qvando dicimus, omnes fidei noſtræ Chriſtianæ articulos κατὰ τὸ ῥητὸν, juxta literam extare in S. literis, tum neqvaqvam intelligamus literam pro lubitu noſtro fictam, & pictam, ſed à Spiritu S. formatam uſpiam. Et certe hanc reqvirit fidei noſtræ ἀσφάλεια, quæ tropis & figuris, literæ proprietate ubiqve & ſemper vacuis, niti nequit. Semper enim dubitare neceſſe habebit de mente loqventis, ſi tantum tropi, & figuræ adſint: quia tropicus ſenſus non facit nos certos, niſi & proprietatem ſenſus *uspiam* habeamus deſcriptam. Qvod breviter volui reſpondere, tuam Humanitatem divinæ tutelæ commendans. Curſim Giſſæ die 11. Sept. Ao. 1620.

Tuæ Præſtantiæ
addictiſſ.

JUSTUS FEWRBORN.

Præſtantisſimo, & doctisſimo viro, Dn. M. MENONI HANNEKENIO, Scholæ Oldenburgenſis Conrectori vigilantisſimo, amico meo plurimum honorando, & amando.

IV.

IV.
Io. Iacobi Rambachii (*)
Facult. Theolog. in Acad. Fridericiana Adjuncti,
Obſeruatio Exegetica de
Homine, cuius cauſa Devs non amplius terræ maledicturus eſt,
Gen. VIII, 21.

Synopſis

(*) Varia illum ſcripta, eleganter docteque concinnata, dudum reddiderunt celebrem; qvorum cum notitia qvædam imperfectior in *Biblioth. Bremenſi* Claſſ. VII. Faſcic. VI. p. 1015. ſq. tradita fuerit, non ingratum fore confidimus, ſi pleniorem heîc ſubjiciamus. Prodierunt autem illius opera:

I. *Latina* lingva

1. Diſſertationes: *De Libro Coheleth*, Hal. *De idoneo ſacrarum litterarum interprete*, Jen. 1720. *De Salomonis ad eſum potumque exhortationibus*, Jen. 1720. *De Parallelismo ſcripturæ*, Jen. 1723.
2. *Commentarii Philologico-Exegetici in librum Ruth, Coheleth, Eſther, Nehemiam, & poſteriorem librum Chronicorum*, qvi inſerti ſunt *Uberioribus adnotationibus in Hagiographos Vet. T. libros*, à Ven. D. *Joh. Henr. Michaëlis* Hal. 1720. 4to vulgatis, *Volum. II.* p. 726. ſq. p. 828. ſq. p. 1044. ſq. et *Volum.* III. p. 109. ſq. p. 577. ſq.

3. *In-*

Synopſis

Multi Chriſtum ex veteris teſtamenti libris propemodum proſcribunt, §. I. inter quos HVGO GROTIVS eminet; §. II. Alii, inter quos JO.

---

3. *Inſtitutiones Hermeneuticæ ſacræ, variis obſervationibus copioſiſſimisque exemplis biblicis illuſtratæ*, Jen. 1723. 8. qvarum altera editio reviſa, & hinc inde aucta & caſtigata ibidem prodiit 1725. 8vo.
4. *Obſervatio de ignorantia exegetica, multarum RELIQVIARVM ſacrarum matre & obſtetrice*, qvæ inſerta eſt *Biblioth. Brem.* Claſſ. VII. Faſcic. VI. num. IV. p. 1015. ſq.

II. *Germanica* lingva

1. Geiſtliche Poeſien; erſter und anderer Theil, Halle 1720. 8.
2. Poetiſche Feſt-Gedancken.
3. Exegetiſche und Moraliſche Betrachtungen über das innerliche Leyden Chriſti im Oelgarten, Jen. 1722. 8.
4. Exeg. u. Moral. Betracht. über das äuſſerliche Leiden Chr. im Oelgart. Jen. 1723. 8.
5. Der wohl-informirte Catechet, Jen. 1722. 8. edit. ſec. ib. 1723. 8.
6. Betrachtungen über das Evangelium Eſaiä von der Geburt Chriſti c. IX, 6. Halle, 1724. 8.
7. Betrachtungen über die VIII. Seeligkeiten, mit welchen der HErr JEſus ſeine Berg-Predigt angefangen, Jen. 1724. 8.
8. Betrachtungen über die VII. Verheiſſungen, welche der Sohn Gottes in denen Apocalyptiſchen Brieſen denen Uberwindern gegeben hat, Halle, 1724. 8.

9. Zwölff

JO. COCCEIVS, in multis V.T. locis Chriſtum feliciter inueniunt, vbi a paucis quæritur, §. III. Ad quæ etiam refertur locus Gen. IIX, 21. §. IV. Ubi per hominem, propter quem Deus non amplius terram execraturus eſt, Chriſtum intelligendum eſſe quinque rationibus confirmatur §. V. et quomodo Chriſtus ea in re conſiderandus ſit, explicatur, §. VI. tandem breuis loci paraphraſis ſubiungitur §. VII.

§. I.

IMpudens vox eſt FAVSTI Manichæi (1), qua *ſe vlla teſtimonia de CHRISTO in prophetis inueniſſe negat, quamuis attentius eos et curioſisſime legerit.* Sed multi tamen profecto ſunt, qui eadem ſiue cæcitate ſiue malitia laborant, atque ex veteris inſtrumenti ta-

9. Zwölff kleine theils exegetiſche, theils aſcetiſche Tractätgen Lutheri, mit Vorreden; e. g. des Theuren Mannes Gottes Mart. Lutheri erbauliche Abhandelung von der Liebe und ihrer Vortrefflichkeit, über 1. Joh. IV. 16. 17. 18. Jen. 1720. 8. edit. ſecunda ibid. 1725. 8. Des Mannes Gottes Lutheri lauteres und Apoſtoliſches Zeugniß von Chriſto für uns, aus Gal. I. 4. und III. 13. Jen. 1723. 8. Des Mannes Gottes M. Lutheri ernſtliche Vermahnung zum H. Abendmahl, Halle und Leipz. 1723. 8. Auserleſene Troſt-Brieffe des Mannes Gottes M. Lutheri, mit Hiſtoriſchen Anmerckungen, Jen. 1724. 8. edit. ſecunda; &c.

(1) Teſte AVGVSTINO *contra Fauſtum, lib. XVI. c. II.*

tabulis Chriſtum propemodum proſcribunt. Si illos audias, prophetæ nullibi de Chriſto Jeſu et regno eius diſerte ac proprie vaticinati ſunt; quamuis ſcriptores noui teſtamenti multa V. T. teſtimonia, quæ de aliis prorſus perſonis agunt, ad Chriſtum adcommodare ſoleant 2): quidquid interim contra dicat ipſe prophetarum Dominus, qui ſanctos illos Ebræorum vates *de ſe ſcripſiſſe* adfirmat Luc. XXIV, 27. 44. quidquid PETRVS in contrarium adferat, qui omnes vates, a Samuele deinceps locutos, tempora Meſſiæ eiusque adflictiones & gloriam prænunciaſſe docet Act. III, 18. 24. c. X, 43. 1 Petr. I, 10. 11.

§. II.

Inter jejunos illos atque iniquos interpretes, qui Chriſtum ex antiqui fœderis libris extinctum eunt, facile princeps eſt HVGO GROTIVS, ſua ceterum laude non defraudandus. Is ex integro prophetarum ambitu non niſi tria loca Chriſto relinquit, quæ tempus adventus ipſius directe deſcribant: e *Daniele* unum de ſeptuaginta hebdomadibus; alterum ex *Haggæo* de templo ſecundo; tertium e *Malachia* de prodromo Meſſiæ. Reliqua omnia nihil de Chriſto dicunt, niſi forte

(2) Vide, ſi placet, quæ in *inſtitutionibus* noſtris hermeneuticis contra fictas illas adcommodationes diſputauimus, *p.* 69. 156. 789.

forte ſecundum ſenſum aliquem allegoricum & adcommodatitium. Non mitius vir doctus de libris Moſaicis ſentit, qui omnium vaticiniorum, quæ umquam deinceps de Chriſto prolata ſunt, prima quaſi ſtamina ac lineamenta ambitu ſuo complectuntur. Ex eius enim ſententia in *primo evangelio* Gen. III, 15. de Chriſto promiſſo altum ſilentium. Quod *in Abrahamo benedicendæ* dicuntur *omnes gentes* Gen. XVIII. 18. eo nihil aliud ſignificatur, quam *quod gentes ab Abrahamo eiusque poſteris diſcent, unum eſſe Deum, rerum omnium auctorem. Angelus*, qui Iacobum redemit ex omni malo, Gen. XLVIII, 16. qui Moſen ex rubo vocavit Exod. III, 4. qui Iſraelitas per ſinum Arabicum duxit, Exod. XIV, 19. 24. eosdemque per deſertum comitatus eſt, Exod. XXIII. 20. ipſi angelus aliquis creatus, DEI vicem gerens, & proinde nomine יהוה hinc inde honoratus. *Stella ex Iacob, & virga de Iſrael*, Num. XXIV, 17. ſi GROTIO credimus, Davides eſt, inter reges illuſtris. Per *magnum Prophetam* Deut. XVIII, 18. abſit ut Chriſtus intelligatur; quidquid dicat Petrus Act. III, 21. 22. & Stephanus Act. VII, 37. Et ut paucis dicam, quod res eſt, nullum Moſis oraculum illuſtris vir Meſſiæ relinquit, præter illud Gen. XLIX, 10. ipſo, ut videtur, Iudæorum con-

ſenſu

ſenſu (quos cæcos duces plerumque ſequitur) deterritus, quo minus & illud in alienum ſenſum detorqueret.

§. III.

Contrariam prorſus viam ingreſſus eſt IO. COCCEIVS, vir doctus & in ſcripturis ſacris exercitatus, quem eo nomine laudandum eſſe iudicat ABR. CALOVIVS, 3) *quod pleraque oracula V. T. non cum Calvino* 4) *ſuo Chriſtianis eripiat: in multis etiam Chriſtum pio ſtudio quærat, etſi non inveniat.* Quamvis enim jam antea poſt beatum LVTHERVM, IO. BVGENHAGIVS, IO. DRACONITES, IO. BRENTIVS, VAL. HERBERGERVS, & alii, laudabili ſtudio IESVM CHRISTVM in ſcripturis ſacris quæſiverint: negari tamen non poteſt, COCCEII diligentia plures eſſe incenſos, qui in ſuaviſſimum illum laborem omnes ingenii nervos quamvis non pari omnes ſucceſſu, intenderunt. Quorum opera factum eſt, ut CHRISTVS in multis V. T. locis feliciter detectus & in lucem protractus fuerit, ubi olim non fuit quæſitus; etſi largum adhuc ſpicilegium poſteris reliquerunt. Atque ita experientia comprobatum fuit,

 quod

3) *In Bibliis illuſtr. tom. I. p.* 614.

4) De quo exſtat AEGIDII HVNNII *Calvinus judaizans.*

quod jam olim SAL. GLASSIVS 5) ſcripſit, *qvod multa ſint V. T. effata, quæ prima fronte aliud præ ſe ferre videntur; expenſa autem & in Domini timore conſiderata, de Salvatore noſtro ſive expreſſe ſive typice loquantur.*

§. IV.

Ad iſtud oraculorum ſacrorum genus etiam referenda puto verba DEI, quæ Gen. VIII, 21. leguntur: *Quum odoraretur Iehova odorem acquieſcentiæ, dixit Iehova ad cor ſuum: Non addam amplius maledicere terræ PROPTER HOMINEM: alioqui enim* (vel *etſi*) *figmentum cordis humani malum eſt inde a pueritia ejus.* In hiſce verbis, quibus noſtræ ſecuritati proſpectum eſt, plurimi nullum plane Chriſti veſtigium (niſi forte typum ſacrificii ipſius) conſpexerunt. Nonnulli 6) Chriſtum hic latere ſubdorati ſunt. Nemo, quantum quidem ſcio, id data opera demonſtrare adniſus eſt. Conabimur itaque, CHRISTO duce, ma-

5) *In philol. ſacr. lib. II. part. II. ſect. II. p.* 501.

6) Ut VAL. HERBERGER, *in magnal. Dei part. II. c. XIX.* qui & *Hieronymum*, *Mattheſium* & *Ad. Reusnerum* tamquam ſibi ὁμοψήφους laudat. CONR. KIRCHERVS, *de uſu concordant. biblicarum, uſu IX. ad Pſal.* 8. IO. WINCKLERUS, in tr. germ. *das vollkomne Alles unſrer Seelen, JESVS Chriſtus der Gecreüzigte, p.* 73. qui & ad AVG. VARENII, *decadas Moſaicas in Geneſin, p.* 439. provocat.

majorem lucem huic loco adfundere, eumque optimo noſtro Servatori reſtituere ac vindicare.

§. V.

Putamus igitur per HOMINEM illum, cujus cauſſa Deus terræ parcere promiſit, non alium hominem eſſe intelligendum, quam qui ex Maria virgine natus eſt, æternum Dei filium, unicum mediatorem inter Deum & hominem, ἄνθρωπον χριςὸν Ιησȣ̃ν 1 Tim. II. 5. de quo poſtea David Pſalmo VIII. 5. cecinit: *Quid eſt homo, quod memor ſis ejus, aut filius hominis* (ὁ υἱὸς τȣ̃ ἀνθρώπȣ, phraſi N.T.) *quod viſites eum?* Coll. Ebr. II. 6-9. En vero rationes, partim ex viſceribus verborum, partim ex antecedentibus, erutas, quæ id non tam ſuadere, quam poſcere atque imperare videntur.

I. *Talis hic intelligitur* HOMO, *in quo* DEVS *aliquid invenit, quod ipſum permovere poterat, ut terræ non amplius malediceret.* Id verba, ſi ſine præconceptis opinionibus legantur, palam loquuntur. *Non amplius,* inquit DEVS, *terræ maledicam.* Quæris quid ipſum ad hoc propoſitum commoverit? reſpondet factum id eſſe בעבור האדם *propter illum hominem.* Vides igitur, oculum DEI quum hæc promitteret, intentum fuiſſe in hominem aliquem certum, ac prorſus ſingula-

rem in quo ſufficientisſimam vidit rationem, ut iuſtam maledictionis ſententiam revocaret. Talis vero homo inter univerſos Adami poſteros, qui ſecundum conſuetas naturæ leges prognati ſunt, nusquam reperitur: utpote in quibus DEVS potius aliquid vidit, quod ipſum ad infligendam maledictionem commovere posſit, nempe illud יצר הרע *figmentum malum*, ſeu pravam concupiſcentiam, fœcundam plurimorum delictorum matrem: a qua ſolus immunis fuit DEI ac Mariæ filius, quem ut τὸ ἅγιον veneramur, Luc. I, 35.

II. *Talis intelligitur HOMO, cujus intuitu DEVS non modo maledictionis ſententiam revocare, ſed univerſam etiam naturam, in gratiam hoſtium ſuorum, conſervare, ſalva iuſtitia ſua, poteſt.* Propter hunc enim hominem DEVS non ſolum promittit, ſe non amplius execraturum eſſe terram, v. 21. ſed etiam conſervaturum ſementis ac mesſis tempora, atque tum anni, tum diei ac noctis viciſſitudines, v. 22. Enimvero quum celſisſima DEI majeſtas ab hominibus, a quibus quam maxime honorari debebat, indeſinenter ad iram provocetur; cauſſam aliquam eſſe oportet, quæ DEVM inducat, ut in gratiam eorum, a quibus nullo non temporis momento offenditur, naturæ tamen ordinem ſemel conſtitutum

con-

conſervet. Quam vero aliam cauſſam oſtendes, præter JEſum Chriſtum, & δωρεὰν ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ, Rom. V, 15. Hic nimirum ſtantis naturæ fundamentum, & quaſi lapis ille angularis eſt, cui ingentis hujus ædificii compages innititur. Hic eſt φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, Ebr. I, 3. hic eſt, ἐν ᾧ πάντα συνέστηκε, Col. I, 17. *Ita* 7) enim *totum mundi ſyſtema conſiſtit, ut in filio Dei conſiſtat, nec alium locum habeat. Per ipſum non tantum fit, ut in nihilum non recidant omnia; ſed etiam ut omnem ſuum ordinem, ſtatum, qualitates, operationes habeant & peragant.* Quod argumentum pluribus perſecutus eſt theologus, dum viveret, celeberrimus, MICHAEL FOERTSCHIVS, in diſſ. *de efficacia meriti Chriſti in regno potentiæ.*

III. *Talis intelligitur* HOMO, *qui Adamo ex adverſo opponitur.* Haud obſcure enim hac promiſſione reſpicitur ad comminationem illam, quæ Gen. III, 17. legitur, ubi Deus ad Adamum: ארורה האדמה בעבורך *maledicta ſit terra propter* TE Hic vero Deus: לא אסף לקלל עוד את האדמה בעבור האדם *Non addam amplius maledicere terræ propter hunc*

7) Sunt verba SEB. SCHMIDII, *comment. in ep. ad Coloſſ. p.* 58.

hunc hominem. Uti igitur primus Adamus cauſa fuit inflictæ maledictionis; ita alter ille Adamus cauſa ſublatæ maledictionis fuit. Ille ſua παρακοῇ maledictionis ſententiam meruit; hic ſua ὑπακοῇ eandem obliteravit, ac benedictionis auctor extitit, ut Paulus Rom. V, 12. ſeqq. pluribus docet,

IV. *Talis intelligitur* HOMO, *in quo perſpicaciſſimus DEI oculus nullam labem conſpicit, qua reliquorum hominum mentes inde a prima pueritia infectæ ſunt.* Id nimirum docet oppoſitio, quæ inſtituitur, inter illum hominem, cujus cauſa Deus non amplius terram maledictionis flagello inſectaturus eſt, & inter reliquos homines, de quibus pronuntiat, quod *figmentum cordis ipſorum ſit malum a pueritia.* Iam vero ſi a Chriſto diſceſſeris, inter omnes omnino homines neminem reperies, qui reatu & labe peccati careat. *Per unum* enim *hominem peccatum in mundum*, hoc eſt, in univerſum genus humanum, *ingreſſum eſt*, Rom. V, 12. unde *non eſt juſtus, ne unus quidem. Omnes deflexerunt, ſimul inutiles facti ſunt*, C. III. 10. 12. Solus Jeſus Chriſtus eſt, cujus figmentum cordis bonum fuit a pueritia; qui ex puriſſimi ſpiritus adflatu conceptus, nulla peccati macula conſperſus fuit, II. Cor. V, 21.

V. *Ta-*

V. *Talis intelligitur HOMO, qui non ſolum purus et & vitii expers; ſed qui ſe etiam DEO tamquam victimam pro peccatis mundi acceptiſſimam ſiſteret.* Id ex nexu verborum cum v. 20.21. adparet. Inde enim diſcimus, Deum hæc verba prolocutum eſſe, *quum odoraretur odorem illum gratum*, quem pecudes a Noa mactatæ, & in ara accenſæ, ſpirabant. Jam vero incenſa victimarum caro nidorem potius ingratum, quam ſuauem odorem edebat. Multo minus DEVS, quem ſpiritum eſſe nouimus, in illo crematarum carnium & oſſium fumo inuenire potuit ריח נחוח *odorem quietis*, qui ipſum ab ira ſua quieſcere faceret. Aliud igitur quid iſti victimarum cortici ſubfuiſſe neceſſe eſt, quod ita Deum oblectauit, vt ſtatim ſecum conſtituerit, ſe poſthac terræ non amplius eſſe maledicturum. Quid illud fuerit, Paulo interprete cognoſcamus, qui Eph. V, 2. *Chriſtus*, inquit, *amauit vos*, *& ſemet ipſum tradidit pro nobis oblationem & victimam DEO*, *in odorem bonæ fragrantiæ*. Obuerſabatur igitur DEO, quum Noa victimas illas accenderet, ἄνθρωπος Ἰησοῦς χριστὸς 1 Tim. II, 5. agnus ille Dei, portaturus peccata mundi Ioh. 1,29. omnium ſacrificiorum nucleus & antitypus; qui olim conſtituto tempore ſemet ipſum, tamquam victimam piacularem, diuinæ iu-

Digitized by Google

ſtitiæ offerre, & cum ſanguine animam in mortem effundere debebat, Eſa. LIII, 10. 12. Hinc igitur DEVS, ad miſericordiam iſtius victimæ adſpectu commotus, decernebat: Deſinam maledictione mea premere terram PROPTER ILLVM HOMINEM, qui per ſuauisſimum odorem victimæ corporis ſui, in mortem ſponte traditi, iuſtitiæ meæ ſatisfacturus, & βδελύγματα mundi expiaturus eſt.

§. VI.

Qua vero id ratione futurum ſit, vt *propter illum hominem* maledictio DEI a terra remoueatur, docet emphaſis verborum בעבור האדם Deſcendit enim vox a verbo עבר *tranſire* ex vno loco vel ſtatu in alterum, adeoque in locum alicuius ſuccedere 8). Reſpicitur igitur hoc vocabulo ad *permutationem* ac *ſubſtitutionem* aliquam, quam HOMO ille, de quo ſermo eſt, ſubiturus erat. Nimirum poſtquam primus homo limites mandati diuini

(8) CHRISTIANVS KOERBERVS, in *lexico particularum ebr. p.* 32. עבור *proprie denotat* tranſitionem *vel potius* traductionem, *& conſequenter* cauſam. *Hæc enim nihil aliud eſt, quam traductio rei in hunc vel illum effectum.*

vini *transgreſſus* 9) erat, atque ex familia DEI in diaboli conſortium *tranſierat*; eo ipſo ſe ac vniuerſam ſuam progeniem maledictioni diuinæ ſubiecerat. Neque dabatur ad amicitiam Dei regreſſus, niſi alius ſeſe in eius locum *ſubſtitueret*, hominumque peccata cum peccatorum poenis in ſe reciperet. Et ecce aderat υἱὸς εὐλογητοῦ, *filius* Dei *benedicti*, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, *factus pro nobis*, vel noſtri loco, *maledictio*, vt ſuam in nos transfundere poſſet benedictionem. Per hanc igitur admirabilem העבור האדם traductionem vel *ſubſtitutionem* hominis ſanctisſimi ac Deo acceptisſimi, factum eſt, vt DEVS terræ eiusque incolis parcere potuetit, quo minus eos maledictione ſua, (quippe in caput ſponſoris patientis effuſa) in perpetuum opprimeret.

§. VII.

Hunc igitur dicti noſtri putamus eſſe ſenſum: „Non amplius, *dicebat DEus*, torrentem iræ ac poenarum mearum in genus" humanum, quod in terra habitat, effun-" dam; quoniam ſuo tempore inter homines" com-

(9) Conf. Hoſ. VI, 7. והמה כאדם עברו ברית ipſi ſicut Adam *transgrediuntur* fœdus. Et Gen. III, 17. maledicta ſit terra בעבורך *propter transgresſionem tuam.*

comparebit filius meus vnigenitus, huma-“
na carne indutus, qui æternam ſuam ſan-“
ctitatem torrenti iræ meæ tamquam agge-“
rem opponet, translatisque in ſe hominum“
peccatis & poenis, læſæ iuſtitiæ meæ ſan-“
guine ſuo piaculari ſatisfaciet. Nam quod“
ad reliquos homines, primi Adami poſteros,“
attinet, quidquid corde ſuo effingunt, ma-“
lum eſt a pueritia; vnde ſi ex ipſorum me-“
rito cum illis agere vellem, ſubinde nouis“
inundationibus ipſis eſſet pereundum. Sed“
tantum apud me valebit meritum alterius“
Adami, vt terram non amplius percutiam,“
ſed, conſeruato naturæ ordine, benedictio-“
nem meam in illam effundam.“ Beatum igitur hominem, & aduerſus maledictionis tela ſecurum, qui hunc hominem, hunc איש את יהוה Gen. IV, 1. hunc האדם אדני יהוה 2 Sam. VII, 19. tamquam clypeum ſuum vera fide amplectitur! *Quantacumque* enim *inundatio aquarum multarum extiterit, ad eum tamen non pertinget*, Pſal. XXXII, 6.

V.

V.

ADAMI HENRICI LACKMANNI (*)

Epiſcopalis Lycei, quod Utini eſt,
RECTORIS,
de

Minutiis vocum interpreti ſubinde obſervandis,

Μελέτημα Philologico-Criticum.

Συ-

(*) Ingenii doctrinæque Specimina ab eo vulgata ſunt ſeqventia:

1. *Illuſtria merita Ordinis Eqveſtris Cimbrici in rem Chriſtianam, tam ante qvam poſt ſacrorum emendationem, in Academia Kilonienſi d. VI. Octobr. Ann. MDCCXVI. Oratione ſolemni expoſita, Lubecæ*, 1717. 4to.
2. *Miſcellanea Litteraria. Accedit Mantiſſæ loco ex edit. Lugdun. Bat. Thomæ Erpenii de Peregrinatione Gallica utiliter inſtituenda Tractatus, item brevis admodum totius Galliæ Deſcriptio, et Juſti Lipſii Epiſtola de Peregrinatione Italica.* Hamb. 1721. 8vo.
3. Vorläuffige Anzeige eines herauszugebenden Werckes, die Genealogie der itztlebenden Hochanſehnlichen Schleßwig-Holſteiniſchen Ritterſchafft betreffend. Plön, 1722. 4to.
4. *Primitiæ Utinenſes*, qvibus comprehenduntur: I. Oratio *de Libris è Scholis cum publicis tum privatis*

Σύνοψις

§. 1. Minutiae verborum non ſunt captandae interpreti.

§. 2. Nimium emendandi caſtigandique ſtudium reprehenditur.

§. 3. Arduae ἐξηγητοῦ partes expenduntur.

§. 4. Particularum et vel unius literulae uſus.

§. 5. Adverbium ἴσως minus recte per fortaſſis ſemper exponitur.

§. 6. Idem probatur ex HERODIANO, & SEXTO EMPIRICO.

§. 1.

QVemadmodum Vir ſummus, & antiquitatum Romanarum ac Græcarum ſcrutator nemini ſecundus, JOHANNES HENRICVS BOECLERVS recte omnino affirmavit alicubi (1) non minutias verborum captandas eſſe interpreti, ſed ad genium caſuum eventuumque amplitudinem

vatis eliminandis; II. Diſſert. *de Chriſtiani Falſteri Specimine emendationum in A. Gellii Noct. Attic. Lib. I.* III. Disqviſitio: *An una eademqve Comœdia per intervalla dierum repræſentari poſſit ac debeat;* IV. Comment. *de ſingulari obſervantia Veterum Germanorum erga Principes.* Lubec. 1725. 4to.

(1) Animadverſionibus in Examen verſionis HEROD. POLITIANI qvod HENRICVS STEPHANVS adornavit, notis BOECLERI in HERODIANVM ſubjunctis.

Digitized by Google

nem & propoſitum hiſtorici contextus acco-modandam expoſitionem; Ita nec mihi aliud genus interpretationis placet, de minutiis vocum interpreti ſubinde obſervandis cogitanti nunc atque agenti, & preſſe & breviter. Abeant per me quoque, qvotqvot vocabulis magis, qvam rebus diſſentiunt. Valeant eximii ingenioſique verborum aucupes, non ſine ſtomacho, & tragica literarum ſeveritate, neſcio ad qvas vocum ſubtilitates, tanquam ad ſaxum adhæreſcentes, ac decus aucupantes, ubi neqvaqvam decet. Non eſt logodaedalia, nec lingvarum peritia, nec ſcientiarum ſtudium, nec hermeneuticæ doctrina, qvæ nonnullis, iisque recentioribus, ſermonaliis audit philoſophia. Ad captiunculas qui confugiunt, nil niſi ineptias (qvod enim levius huic levitati nomen imponam?) ſectantur, plusque videntur profiteri ſe ignorare, quam ſcire. Equidem me non latet, verborum inveſtigandi ſenſus proprium eſſe interpretandi artis objectum; At cum neceſſitas haut ſemper efflagitet, ut ſingulis verbis anxie inhæreamus, ſed liberius ſubinde in hoc negotio verſari, atque paraphraſi quadam, ut vocant, uti liceat; iniquum foret luctatores audire doloſos, interpretemque ex hoc non æſtimare

re

re indicio. Quis tam audax eſt, ut reprehendere cupiat JOHANNEM GEORGIVM GRÆVIVM, cui plus literæ debent, quam verbis exprimi poteſt, quod HESIODVM interpretando, magis in eo laboraverit, ut ſua ſermoni latino conſtaret proprietas, qvam Græco, etiamſi ERASMVS SCHMIDIVS, DANIEL HEINSIVS, & alii ſemper fere ſingula verbis reddiderint ſingulis.

§. 2.

Qvae quum ita ſint, mirari ſubit, qvi fiat, qvod magna pars Criticorum id ſœpe numero emendare ſtudet, qvod nulla prorſus emendatione indiget aut caſtigatione. Nemo alienus a partium ſtudio dubitaverit, ſi in diſticho CATONIS XXXIX. Lib. IV. receptam tueamur lectionem: *Thure Deum placa*, fruſtra omnino fuiſſe MARCVM ZVERIVM BOXHORNIVM, ubi legendum præcipit: *Tute Deum placa.* (2) Ne quid dicam

(2) Vid. ejus diſſertationem de diſtichis, quæ ſub CATONIS nomine circumferuntur. Qvis autem non videt, ideo iſtam lectionem excogitaſſe BOXHORNIUM, ut tanto facilius perſvaderet lectori, eſſe utique horum diſtichorum autorem Chriſtianum, quod tamen falſiſſima nititur conjectura, ceu dudum probarunt JOS. SCALIGER in Lect. Auſonianis & GERHARDUS VOSSIUS notis ad VELLEJUM PATERCULUM. Conf. celeberrimi nominis Viri D. JOH. ALB. FABRICII *Bibl. Lat. L. IV. c. I. §. VIII.*

cam de aliis aliorum virorum alioqvin doctiſſimorum notis ſtricturisque, pari paſſu ambulantibus. Qvis enim omnes his de rebus ſeu voculis potius diſſenſiones enumeret, atqve liticulas? Haec vocabula mutandi libertas, nullis pene finibus incluſa, poſteaqvam ſemel invaluit, qvid qvaeſo mirum? tot propemodum conſpici emendationes, qvot ingenia, ac longe plures medicos, in caſtigandis autorum locis occupatos, incedere, qvam aegrotos. Hoc totum fere illud eſt, qvod tot tantaqve bella movet, tot turbas excitat, multorumqve induſtriam, qvam laudare potius fas erat, inſcite ac maligne vellicat. Domini magna ex parte verborum ſumus, et ob tenue interdum vocis diſcrimen, veluti cum variis ſomniorum ſpeciebus, viſibusque nocturnis pugnamus, nihil habentibus ſolidi, nihil veri.

§. III.

Neque tamen hoc eo valet, ac ſi interpretandi ſtudium, tanqvam parvi momenti rem, habendum credamus, de vocum minutiis vel parum vel prorſus non ſolliciti. Longe alia nobis mens ſedet, illumque nec nomen, nec titulum Hermeneutæ unqvam mereri exiſtimamus, qvicunqve a genuino verborum ſenſu recedens, non candide auctoris men-

tem exponit, ſed contrariam potius, & ſuam temere, dicam an negligenter? pronunciat ſententiam. Explicanda hic verborum vis, examinanda lingvarum proprietas, evolvendae antiqvitates, excutiendae circumſtantiae, ac vel vocula ſubinde, expendenda ſigulatim minutatimqve, qvo velut inter Scyllam et Charybdin navigantes, ad veritatis portum pertingamus ex voto, et eruamus verum ſcriptoris ſenſum feliciter. Arduæ ἐξηγητοῦ partes ſunt, qvas Pindarico ſpeciatim aſſignat ERASMVS SCHMIDIVS (3), praeclarus qvondam Græcarum litterarum aſſertor, ac vindex, qvasqve ego omnes velim ſibi in exemplum proponant, qvotqvot ad poëtam illuſtrandum interpretandumqve animum appellunt. *Pindarici* inqvit *officium eſt, reſpicere praeter ſcopum principalem praecipue* 1. *ad metrum*, 2. *ad dialectum*, 3. *ad Syntaxin, qvæ non raro ὑπερβατὰ habet*, 4. *ad Epitheta et adverbia*, 5. *ad figuras ac tropos, qvibus utitur crebrioribus, ſublimioribus, et longius petitis, praecipue, ad comparata* 6. *ad fabulas et hiſtorias qvas ſtrictim attingit.* 7. *ad diſpoſitionem, in qva praecipue attendendum, ut digresſiones a reliqvo contextu recte diſcernantur, praeſertim quum ſæpe ſint prolixiores. Ad qvae omnia ſi diligenter*

(3) In notis ad Pindarum. p. m. 113.

genter attenderit, verum intellectum facile percipiet.

§. IV.

Longum, ab inſtituto autem meo non alienum foret, ſi utilitatem qvae vel ex una interdum litera particulaqve redundat, dedita opera demonſtrare vellem. Peculiare qvid in eo ſibi vendicat lingva Hebraea, reliqvarum ſtirps et mater, ſive ſpectes antiqvitatem ſive conſideres dignitatem. Sic an ה demonſtrativum nomini adjectum, aut אל particula futuris junctum ſeu praepoſitum, utrum praefixum ב infinitivo praefixum, nec ne, et ejus generis alia innumera, qvi non obſervat, infelix erit divinorum oraculorum interpres, ac multis erroribus locum dabit et controverſiis (4). Non nunc loqvar de punctis, accentibus, vocalibus, et ejus *κόμματος* aliis, qvae ancipitem haut raro cogitandi curam afferunt, ac ſcrupuloſiorem indagationem. Sed nec minutias difficultatesqve aliarum lingvarum exterminandas puto. Latent et hic permulta ſuis occultata

 et

(4) Hoc pacto ipſas Grammaticae minutias non eſſe otioſas ſemper, qvis non videt? haut tamen curate ſatis decernunt, qvi in omnibus ſcriptis noſtris plus de Grammatica, qvam de antecedentibus et conſeqventibus conferendis ſollici ti ut ſimus, praecipiunt vid. FRANTZ: *interpret:* p. 1236.

et circum fuſa tenebris. Qvæ obſecro acies humani ingenii tanta eſt, ut omnia ſingulaqve huc ſpectantia enodare et poſſit et audeat? Qvid qvaeſo cauſae eſt, cur iſtud Mediatoris noſtri: Εὐκοπώτερον ἐςὶ κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥάφιδος διελθεῖν (5). ad funem nauticum nonnulli traxerint? nil aliud puto, niſi qvod per jota non η apud SVIDAM et ARISTOPHANIS Scholiaſten τὸ κάμηλος ſcriptum obſervaverint; non opus licet fuerit hic qvaerere novitates. Ad Judaeorum enim proverbium (6) id ipſum dictum reſpicere pridem ANGELVS CANINIVS, et ex eo JOHANNES ERICVS OSTERMANNVS (7) docuerunt. Nec diſſentit omnino doctiſſimus PAVLVS COLOMESIVS (8) ad illud ſimul ENNII provocans

(5) Math. XIX. v. 24. & Marc, X. v. 25.

(6) ולא פילא דעיל בקפא דמהטא hoc eſt, non eſt Elephas, qvi intret per foramen acus: Et, דיל מא את מפומבודיתא את דמולין פילא בקופא דמחטא id eſt: Forte tu es phombodita, ubi transmittunt Elephantum per foramen acus.

(7) Græcarum literarum Profeſſor WITEBERGENSIS, in poſitionibus philologicis, Græcum novi teſtamenti contextum concernentibus. §. 15.

(8) V. ejus obſervationes ſacras opp. ab illuſtri FABRICIO edit. p. 638.

vocans apud VARRONEM lib. de LL: **prius pariet locuſta lucam bovem.**

§. V.

Profanorum, ut vocant, ſcriptorum loca foecundam itidem nobis hic offerunt meſſem, ac poſt tot eruditorum curas laboresqve aliis relinquunt ſpicilegium. Rem aliqvot probabo exemplis, non ut illuſtrium et de republica literaria optime meritorum hominum meritis aliqvid detractum cupiam, qvod vitium procul abeſſe debet, ab aeqviſſimo politioris elegantiae cultore, ſed ut oſtendam ſolummodo, tantam eſſe vel unius voculae fœcunditatem, ut eam uno ſtatim intuitu anguſta humana mens aſſeqvi haut valeat, ſed lucem indies clariorem effulgere, ubi alii aliorum aemulantur induſtriam. Adverbium *ἴσως* in præſentia urgere liceat, qvod plerumqve per fortasſis plerisque in locis redditur. Sed hoc idem eſt, qvod doctisſimos interpretes eo interdum redegit, ut qvo ſe verterent plane neſcirent. Documentum praebet AELIANVS, qvi var. hiſtor. lib. XI. c. VIII. poſtqvam dixerat: HIPPARCHVM interfectum eſſe, qvod ſororem HARMODII qvæ Deæ caniſtrum more patrio ferret, **in** PANATHENAICIS admittere noluerit, de hac ſorore addit: *καὶ ἴσως ἀξίαν ἔσαν*

 qvod

qvod vbi JVSTVS VULTEJVS vertit: **qvae fortaſſe honore iſto digna erat,** juſtum hautqvaqvam pretium veritati ponit: Nec enim dubium erat, qvin HERMODII ſoror honore iſto digna eſſet. Non tentavit nihiloſecius medelam, qvod mireris V. C. JOHANNES SCHEFFERVS. Nihil æque mutandum duxit JOACHIMVS KÜHNIVS. Aperte vero ab utroqve diſſentit PERIZONIVS, de AELIANO perinde ac de omni elegantiori literatura, praeclare qvondam meritus, ita tamen,ut vocem *ἴσως* plane expungendam cenſuerit. Sed eiusmodi corrigendi ratione, ſi dicendum qvod res eſt, efficitur, ut ſi nunc veteres illi reviviſcerent, ſua agnoſcere ſcripta vix ipſi poſſent, prout ſuo olim tempore GERARTVS FALKENBVRGICVS recte omnino ſcripſit (9) valet hic potius, ſiqvid ego judico illud HENRICI STEPHANI: *Obſervavi* inqvit, *Græcos plerisqve in locis adhibere adverbium ἴσως* (*id eſt fortaſſe*) *item verbum οἶμαι* (*id eſt arbitror*) *in qvibus alioqui ea minime neceſſaria ſunt* (10) *ſed*

(9) In limine lectionum & conjecturarum in NONNI DIONYSIACA.

(10) Hinc Verba in Tim. AESCHINIS Ἀλλ' ἴσως ἂν τις εἴποι &c. ubi ſolertisſimus HIERO-

ſed extenuant duntaxat, vel potius qvandam modeſtiae ſpeciem prae ſe ferunt. (11) Sed ne ad iſta qvidem volo nunc confugere. Poſſumus qvippe nullo propemodum negotio commode interpretari locum propoſitum, ſi vertatur. ἴσως certe, qvandoqvidem hunc ſignificatum vocula iſthaec alias non modo admittit, ſed et videtur efflagitare. Nolo cumulare multa, adſcribam tantum Æſchinis de falſa legatione: ἴσως γὰρ οὐδὲν τῶν ἐνόντων εἰπεῖν (ὥςγε οἴμαι) παρέλιπον. Qvæ, ſi robur nervumqve orationis reſpiciamus, haut aliter reddi poſſunt qvam hoc modo. *Certe enim nihil qvod dici poterat (ut arbitror) praetermiſeram.*

§. VI.

Permovet me hoc, ut in HERODIANI hiſtor. lib. II. cap. 8. ubi ſuamet ipſa merita celebrat NIGER ille SYRIAE præfectus, & JULIANI imperium appetens, voculam ἴσως per omnino convertere malim, qvam cum ANGELO POLITIANO & aliis in illa τοῦ FORTASSE accipere ſignificatione. Dudum enim NIGER iſte, ipſo HERODIANO

RONYMUS WOLFIUS, exponit: *At vero dicet quiſpiam.* Nemo illi opinor, id circo movebit controverſiam.

(11) V. ejus annotationes in SEXTI PHILOSOPHI PYRRHON. HYPOLYP. *Libros III.*

NO teſte famam obtinuerat fortitudinis, manſuetudinis ac dexteritatis, ὡς τὸν τοῦ περτίνακος βίον ζηλοῦν. Atq; id ipſum poſtea in oratione ad populum ſuum ad inſtitutum ſic explicat; τῆς μὲν ἐμῆς γνώμης τὸ πρᾶον, καὶ πρὸς τὰ μεγάλα τῶν τετολμημένων εὐλαβὲς, ἴσως ἐστὶν ὑμῖν πάλαι γνώριμον. *Quam mite ingenium, quantaque in rebus majoribus aggrediendis noſtra cautio ſit, forſitan (omnino rectius) ipſi quoque jam pridem cognoviſtis.* Prodeat acerrimus SCEPTICORUM πρόμαχος SEXTUS EMPIRICUS, cui nihil magis itidem in ore fuit quam ἴσως, quique per illud etiam fortaſſe probare non ſemel allaboravit, vitam omnem opinionibus regi, nec certum dari ſcientiarum fundamentum, cui quis tuto inniti queat. At vero lib. 1. Cap. 1. §. 2. *inſtitutionum PYRRHONIARUM* conſiderans, dubito, an ἴσως idem hic denotet. Ita autem SEXTUS: Διόπερ ἴσως καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν ζητουμένων οἱ μὲν εὑρηκέναι τὸ ἀληθὲς ἔφασαν. *Quamobrem fortaſſe in iis etiam, quæ circa philoſophiam quæruntur, alii quidem ſe inveniſſe dixerunt.* Dicam quod rectum credo. Scilicet non exiſtimaverim acerrimi judicii philoſophum de iis rebus, quas paulo

poſt

poſt factas eſſe teſtatur, & quas nemo unus contigiſſe ignorabat, nihilominus ſcripſiſſe *fortasſis* eas accidiſſe. Hautquaquam *Dogmatici* fortaſſe dixerunt ; aut potius dicent (ſicuti nec alii) ſe verum inveniſſe, ſed dicebant certe, neque SEXTUS ipſemet eos id dixiſſe unquam dubitare poterat aut volebat. Alio itaque modo textum exponendum eſſe arbitror. Quid multis? huic voculæ citato loco notionem ſubjiciendam puto dijudicandumque pariter propono, an non SIMILITER, vel quod perinde eſt, PARI RATIONE hanc vocem convertere liceat. Sane adverbium ἴσως huic neutiquam refragatur ſignificationi. Ex innumeris aliis expende quæſo locum ex ARISTIDIS oratione in APELLAM. p. m. 127. qui de Aeſculapio ſic: Καὶ πῦρ ἴσως εἶεν ἂν εἰ τοῦτο βούλοιτο quod non incongrue redditur : Et pariter ignis ipſe fuerit, ſi vellet. Plura indicare poſſem, ſed nolo occupare paginas. Hæc igitur in præſentia ſufficiant.

VI.

Joannis Christophori Harenbergi,

Rectoris Gandersheimenſis,

Disqviſitio in Originem ritus Judaici, qvo לולב *ramum frondentem* in feſto tabernaculorum geſtare ſolent.

§. I. *Quid ſit* לולב. §. II. *Ritus ipſe enarratur.* §. III. *Origo ad victoriam contra Antiochum Epiphanem ſpectat, ob α) perſpicuitatem loci* 2 *Macc. X.* 3. et β) *quia erat ſignum victorum agitare palmas & frondes inter concentus Muſicos; γ) quia coniuncta ſaltatio, tum etiam, in ſignum pacis ac lætitiæ*, *eſt orta.* §. IV. *An ritus ſit ortus ex Orgiis ac Bacchanalibus gentilium, quia α) id innuat Plutarchus; β) indicet nocturna ſolennitas; γ) effuſio aquae ſolemnis firmet; δ) nec non faſciculi ramorum geſtatio & concuſſio; ε) et ipſe cantus tibiae ad aram.* §. V. *Illud ipſum negatur* a) *quia ipſi Gentiles horruerunt Bacchanalia.* §. VI. b) *Quia eccleſiæ veræ conditio id non permittit.* §. VII. c) *Quia horrebant & purgabant Judæi*

dæi ritus Bacchicos. §. IIX. d) *Quia Deus non eſt ſimia diaboli, ſed vice verſa Satanas eſt Dei ſimius* e) *nocturna feſti tabernaculorum ſolemnitas viguit iam æuo Eſaiæ.* §. IX. f) *Concentus Muſicus ad aram a Davide inſtitutus, alibi ſaepe ante Seleucos inter Judæos adhibitus.* g) *Libamen aquae iam Salomon induxerat.*

§. I.

לולב *Ulabh* eſt faſciculus conligatus ex virgultis dactylorum, quum primum virere incipiunt, foliis adhuc conjunctis: ex myrto, cujus folia tegebant corticem: et ex ſalicibus fluvialibus, habentibus folia aequalia et ſtipitem rubrum. (1) Olim Chaldaei *palmas* ita dicebant, vt adparet ex locis, vbi Targumiſta pro Ebr. כפות תמרים (*germinantes ſceptrumque formantes palmarum rami*) habet לוּלְבִין (2) vel pro Ebr. עלי תמרים (*frondes palmarum*) (3). At quia faſciculus ille potiſſimam partem conſtabat ex palmarum frondibus, ideo dicitur לולב (4). Sadducæi hunc faſciculum

(1) Maimonides de *faſciculo in feſto tabernaculorum geſtato* c. V. §. 6.

(2) Lev. XXIII. 40.

(3) Neh. VIII. 16. conf. Cant. VII. 9. 8. II. 12. &c.

(4) Miſchn. Tr. de *Tabernaculis*, c. 4. §. 1.

Digitized by Google

lum (5) non geſtabant, ideoqve Ebraeis illis vocibus, quas ex Leuitico et Nehemia dedi, alias ſubſtituebant notiones. Id enim certiſſimum eſt, ex Nehemiæ loco, faſciculum illum diuina olim auctoritate a Moſe non fuiſſe praeceptum. Nam ita Iſraëlitarum proceres compellaſſe traduntur ſuos: *Abite in montem et adducite ramos oleæ - - - pro faciendis tabernaculis ſecundum id, qvod ſcriptum eſt* (in Levitico). Quum igitur Iſraelitae iubentur illos ramos capere ביום הראשון, primus vero dies eſſet ſanctiſſimus, quo exire ad ramos cædendos non licebat; ideo ב illud *viciniam* notat et *propinquitatem temporis*, hoc modo: *Prope diem primum, proxime illum.* Quicquid igitur Rabbanitae de Lulabh et ramorum illorum genere ac ſpecie blaterant, illud quidem plurimi Chriſtianorum ſequuntur, ſed immerito, quia Karaei ſemper repugnarunt, recte docentes, Moſen et Eſram de ramis tabernaculi tantum loqui (6). Non proinde

(5) Aben Esra ad Levit. l. c. הצדוקים אמרו כי מאלה תעשו סוכות והביאו ראיה מספר עזרא *Sadducæi tradiderunt, quod ex eis* (palmis & tribus reliquis ſpeciebus virgultorum) *facienda fuerint tabernacula, & adducunt probationem ex libro Esræ* (Nehem. l. c.)

(6) J. Triglandus de *Secta Karæorum* c. 4. p. 31. ſq. & 186. ed. J. C. Wolfii. Buxtorfius in Synagoga c. 21. p. 448. ſq.

Digitized by Google

proinde diffiteri vlla veroſimilitudine queo, quod *faſciculus ille Lulabh* ortus ſit ex inſtitutis procerum gentis Judaicae.

§. II.

Quum autem Chriſtianorum interſit, maxime Exegetarum & eccleſiæ Doctorum, tam veterem Moſaicam, quam novam Rabbinicam rerum Judaicarum ideam pernoviſſe, (1) propterea ritum faſciculi ex ore Rabbanitarum ſuccincte hinc recenſebo. Quilibet faſciculus conſtabat olim (a tempore inſtituti) ex ramo palmæ, gemmas adhuc foliorum (2) tenente: ex ramo myrthi, in quo folia tria ſemper debebant eſſe in eodem ordine ſive contigua, ſive ex ſalicibus fluvialibus, cuiusmodi ſpecies creſcebant in deſerto, & folia habebant in extremis oris glabra caulibusque gaudebant rubris. Hae tres ſpecies in unum compingebantur faſciculum, ut ramus palmæ præ ceteris emineret. Poterat etiam faſciculus argenteo vel aureo circumdari manubrio vel ſindone obvolvi. Præter eum faſciculum ramus citreus manu altera, ſcilicet ſiniſtra, ſeorſum capie-

(1) Herm. von der Hardt in *Progr. de Circumciſionis Judaicæ Spectaculis*, quod præfixum eſt Tr. *de Circumciſione* Helmſtadii 1700. 8.

(2) Quæ adhuc erant inſtar Sceptri. Maimonid. *de ritibus ſcenopegiæ. c. 7. §. 1.*

piebatur, ex quo citrea pendebant mala, cum primis majora (3) Quando autem Judæus hunc faſciculum & ramum portare cuperet, faſciculum prævia benedictione (4) capiebat dextra, & ramum ſiniſtra & ſic egrediebatur e ſuis ædibus. Portabantur autem illi faſciculi & ramus in templo ſingulis feſtis diebus, ſolebantque illis inſtructi circuire quotidie ſemel altare exterius et dicere inciſum 25. Pſ. CXVIII. die vero vltimo feſti ſolebant illud ambire VII vicibus, qui inde *Hoſianna magnum* (ex verſus illius initio הושיעה נא *ſerua nunc* etc.) nuncupatur. At extra templum non niſi die feſto primo fasciculi ac rami illi geſtabantur. Non vero obſtricti erant geſtationis huius legi, qui tabernacula incolere nequirent. Quodſi ritus hic Moſaicae foret originis, pro typo quodam haberetur, quia, qui Hoſchianna canebant ex Pſ.

(3) Maimonides de *faſciculo in feſto tabernaculorum geſtato* c. V. §. 6. VII. §. 9. 10. 11. 13. 23. & de *ferto tabernaculorum* c. 8. *Aruch* fol. 100. col. 1.

(4) ברוך אתה יי אמ״ה אשר קדשנו במצותיו וצונו על נטילת לולב *Benedictus ſit Deus; Numen, Rex mundi, qui ſacravit nos præceptis ſuis & præcepit nobis geſtamen faſciculi*- Minhagim. fol. סא. 2. & סב. 1. edit. Francof. ad Mœn. 1714. 8. Buxtorfius in *Synagoga Judaica* c. 21. p. 459.

Pſ. CXVIII. 25. faſciculos ſuos ramosque decuſſatim ſummo cum gaudio vibrabant, ad inciſum 1. & 15 Pſalmi. Non alucinamur, ſi imitationem ritus agitationis hoc pacto a Judæis expreſſam adſerimus, nam (*) apex faſciculi primum a corpore removebatur, et ter concutiebatur; deinceps ad corpus retrahebatur, et ter concutiebatur; tum tollebatur in altum, et ter concutiebatur; tandem deprimebatur, et ter concutiebatur. Faſciculus eiusmodi debebat eſſe aridus, nec cultu idololatrico infectus (5). Non tolerabatur is dactylus, cuius apex amputatus erat vel ramus. At myrtus vel etiam ſalices, vtut amputatae, ferebantur (6). Hieroſolymis exibant, quocunque liberet, cum faſciculis (7), at non cum faſciculo ibatur, quem mutuum ſumſerant, licet cum eo, qui dono datus erat (8). Solebant etiam feminae virorum capere faſciculum vel filiorum & illis reſtituere (9). Pomum citreum quod adtinet, illud, ſi præputio

(*) Raſchi ad סוכה c. III. §. I. p. m. צב. col. 2. qui addit hoc fieri לעצור רוחות רעות *ad abigendos ſpiritus pravos* & ועללום רעים *effectus malos.*

(5) Maim. de *faſciculo* c. 8. §. 1. *Miſchn.* סוכה c. III. §. 1. (6) l. c. §. 5. (7) §. 13. (8) §. 4. (9) §. 13. *Mischn.* סוכה c. III. §. 14.

putio laborabat, non erat legitimum. (10) Nec tolerabatur pomum citreum perforatum, vel tuberculo carens, vel putridum, nigrum aut album. (11) Myrtus etiam inepta habebatur, niſi haberet tria folia contigua. (12) En myrmecia traditionum! Iſta ſunt alienisſima a Moſe, qui nonnullas ſpecies ramorum pro exſtruendo tentorio recenſet. פרי עץ הדר eſt *ramus arboris terebinthi:* Arbor erat Syriæ, cujus flos racemoſus olivæ modo, ſed rubens, folia denſa Plin. XIII. 6. כפות תמרים *Spathæ palmarum:* Folia earum ad funes vitiliumque nexus & capitum levia umbracula fundebantur l. c. c. 4. ענף עץ־עבות *ramus arboris pini:* Vid. Hermanni von der Hard, *Mesſiæ & Eccleſiæ gaudium* pag. 15. 16. ערבי־נחל *rami oleagnæ ſalicis.* Nehemias addit *ramos oleæ & oleaſtri*, vel potius myrti, ut intelligi posſit, arbores ſucculentas ac umbroſorum ramorum fuiſſe adhibitas, nec præciſe has ſpecies tantum conſtructioni tabernaculorum inſerviſſe. Nam, fatentibus ipſis Judæis, juxta quaſuis arbores tentoria illa potuiſſe conſtrui, (13) immo etiam vitibus, vuis & lini caulibus tegi. (14) Solvent Judæi, ne Nehemias obſiſtat עלי־זית *ramos*

(10) §. 2. *Miſch.* סוכה c. III. §. 5. (11) §. 7. 8. (12) §. 2. (13) Maimonides de *Tabernacul.* c. 4. §. 5. (14) l. c. c. 5. §. 3. 4.

ramos olearum & עלי עץ שמן *ramos oleaſtri* vel myrti interpretari de lignis exſtruendo tabernaculo adhibitis, alios vero ramos de geſtationis uſu, vt ſuis fucum faciant, quem lector attentus facile animaduertit. Recte igitur Buxtorfius (15) Triglandus (16) Vinarienſes cum Oſiandro (17) Leusdenius (18) nouiſſime Clericus (19) ramos illos conſtructioni tabernaculorum mancipatos fuiſſe exiſtimarunt. Liquet hinc porro, quomodo vocum notiones ſucceſſu temporis poſſint immutari, nam פרי עץ הדר de *pomo citreo* עבות *de myrto, cujus folia naſcuntur complicata & cujus rami connexi ſunt inſtar funium* explicant Judaei. Sic כפות תמרים ipſis ſunt *rami palmarum, quando germinant, antequam a ſe invicem folia hic inde ſeparantur, ſed dum adhuc ſunt inſtar ſceptri*, & ערבי - נחל *illis ſunt ſalices fluviales foliorum æqualium & ſtipitum rubrorum.* Aliter intellexerunt Sadducaei, cum Karaeis olim confuſi. Ita ſolent ſectae verum ſenſum ſenſim intorquere & notiones amplificare, minuere & commutare pro vindicandis ſuis placitis. Opus heic

(15) In *Synagoga* c. 21. pag. 448. ſq.
(16) De *Secta Karaeorum* c. 4. p. m. 186.
(17) In Levit. XXIII. 40.
(18) In *Philologo ebraeo mixto* pag. 276.
(19) *Comment. in Leviticum* pag. 274.

heic eſt limata Critica & Scepticiſmo temporario. Diſtinguenda ſunt Judaeorum tempora. Primum eſt rituum puriorum a Moſe ad deportationem Babylonicam: alterum eſt rituum paullatim vel ex neceſſitate vel ob alia momenta immutatorum, inde ad Maccabaeos: tertium eſt rituum pro ſectis variantium & Phariſaeiſmi, ad templi II excidium: Vltimum eſt Rabbaniſticum, quod ritus porro inflexit, oblivioni multos tradidit, multos diſceptationibus ſuis reddidit incertos & intricatos.

§. III.

Quando igitur faſciculus ille לולב dictus originem ſumſit? Vt mihi videtur, initium traxit ex encaeniis primis anno Graecorum 148, mundi 3840 circiter, inſtitutis (20). Encaenia illa XXV Casleu celebrabantur, quia tum templum & altare ante triennium fuerat profanatum. De illa ſolemnitate traditur (21): Και μετ᾽ ευφροσυνης ηγον ἡμερας οκτω σκηνωματων τροπον, μνημονευοντες ὡς προ μικρου χρονου τὴν των σκηνων ἑορτὴν εν τοις ορεσι καὶ ἐν τοις σπηλαιοις θηριων τροπον ησαν νεμομενοι, διο θυρσους καὶ κλαδους ὡραιους, επι δε φοινικας εχον-

(20) 1 Macc. IV. 52. 53. 54. 2 Macc. X. 3. 5. Joſeph. L. XII. c. 11.

(21) 2 Macc. X. 6. 7. conf. Joſ. *Ant.* L. XII. c. 10. ed. Lat.

ἐχοντες, ὑμνȣς ἀνεφερον τῷ εὐωδώσαντι καθαρισθῆναι τον ἑαυτȣ τοπον. *Et cum laetitia celebrarunt octo dies tabernaculorum in morem, recordantes, quomodo, paullo ante feſtum tabernaculorum in montibus & ſpeluncis ritu ferarum tranſegiſſent. Quapropter thyrſos & ramos ſpecioſos, porro etiam dactylos palmarum tenentes, hymnos obtulerunt ei, qui benigne voluerat repurgari ſuum ipſius locum.* En manifeſtam rationem, quare geſtaverint faſces arborum victricium. Antequam hoc fieret, jam Judaei ſolebant, victoriam adepti, gaudia & hymnos celebrare (22) adeo ut etiam Pſalmus CXVIII. tum fuerit hunc in finem compoſitus, uti ex loco excitato facile conſtat. Simon poſtea eamdem ſolemnitatem exercuit, ingreſſus in Hieroſolymam, a ſeſe obſidione liberatam (23) Και εισηλθεν εις αυτην μετα αινεσεως και βαιων και εν κινυραις και εν κυμβαλοις και εν ναβλαις και εν ὑμνοις και εν ᾠδαις, ὁτι συνετριβη ἐχθρος μεγας ἐξ Ισραηλ. *Et intravit illam cum celebratione & faſciculis palmarum & citharis & cymbalis ac nabliis, immo hymnis & odis, ideo quia contritus erat inimicus magnus ex Iſraele.* Simul etiam Simon, ut additur inciſo 51, quotannis ita fieri iuſſit, in memoriam eius ſolem-

(22) I Macc. IV. 24. (23) I Macc. XIII. 51.

nitatis & liberationis. Quod hymnos & concentum Muſicum adtinet, ii dudum fuerant ſigna ſummae laetitiae (24). Quid magis victoriam indicat, quam *palma? Palma nobilis terrarum dominos evehebat ad Deos.* Ipſa vero Judaeae & Syriae erat nativa filia, unde Judaei vina bibebant; Ad Europae gentes ſerius invecta erat (25). Palma ſymbolum erat victoriae in ludis Olympicis. At eiusdem illa erat ſignificatus penes Ebraeos, iam ante horum originem. Graeci ſolebant, arreptis lauri ramis, DEOS dilaudare ope hymnorum. Heſychius. ὁ της δαφνης κλαδος, ὀν κατεχοντες ὑμνουσι τους θεους. Sancti palmas tenent (26). Solebant etiam Judæi Maccabæorum ævo choreas agitare placidas, & id quidem ipſi ita ſanxerant regnante Ptolemæo Philometore (27). χορους συνισαντο ευφροσυνης ειρηνικης σημειον. *Choros conſtituerunt, ſignum lætitiæ cum pace coniuncta.*

§. IV.

Ritus illi in feſto tabernaculorum obuii praeter Moſaicos ex Bacchanalibus videntur orti Lenæis, quae quotannis ruri agebantur autumno, in gratias agendas Baccho pro felici vindemia. Id quidem Plutarchus indicat (28),

(24) 1 Esdr. V. 59. 60. 82. (25) Plin. L. XIII. c. 4.
(26) *Ap.* VII, 9. (27) 3 Macc.

(28), tam ob tabernacula, potiſſimum e palmitibus & hedera contexta, quam ob vindemiam tum maxime feruentem; addit deinde pro indiciis clarioribus aquae libamen & thyrſorum (לולבין) geſtationem & Leuitarum concentum. At Plutarchus Judaici huius feſti exiguam tenebat notionem, quare, niſi alia argumenta acceſſerint, non penitus perſuadet lectoribus ſuam coniecturam. Ille enim 1) confundit *την λεγομενην νηςειαν ieiunium ita dictum*, diem expiationis, Tisri diem x, cum feſto tabernaculorum, cibis & potionibus adfluente, die xv Tisri quotannis celebrando: 2) Putat diem vnum qui proxime feſtum antecedit, dici *σκηνην*. At ſeptiduanum erat id ſolemne ſub tentoriis gaudium. Dies ille vnus, *ἡ προτερα*, eſt ei dies ſeptimus, ſplendidisſimus ac pulcherrimus, ſed ex noſtra expoſitione pleniori, nam Plutarchus veluti per nebulam inaudiuerat, quæ hac de re ſcripſit: 3) Plutarchus feſtum illud habet pro exemplari Dionyſiorum, *ὁ καιρος εςι και ὁ τροπος Διονυσω προσηκων, tempus et modus Baccho conuenit.* At Moſes indubie ante Bacchum vixit, ſi quis fuit Bacchus. Eſto ta-

(28) *Sympoſiacon* L. IV. T. II. (pag. 671.) c. 5. Reland. de *Antiquitatibus ſacris veterum Ebraeorum* P. IV. c. 5. §. 2.

tamen, Bacchum eſſe ſuperiorem Moſe ſæculorum decurſu, vel, ſi cum Huetio heic inſanire libet, ipſum eſſe Moſen; nonne tamen luculenter edocti ſumus de origine tabernaculorum & cauſa eorum? Recordatio liberationis ex Aegypto & commorationis mirificiſſimæ in ſolitudine Arabica erat origo & ſymbolum feſti illius. Honori diuino heic conſultum erat, non Moſis, nec Bacchi. Nec Moſes ad ritusBacchicos traduxit ſuos, quia, teſte Tacito, *quo ſibi in poſterum gentem firmaret, nouos ritus, contrariosque ceteris mortalibus indidit.* Diſcreuerat Deus ſuos variis ritibus a gentium conſuetudine, ne ex ſimilitudine rituum ad dogmata praua & idola amplexanda abriperentur. 4) Tabernacula Judaei in tectis ſuis & in vrbe erigebant. (29 At Bacchanaliorum fautores ruri ſuum Lenæum celebrabant. 5) Plutarchus dum tabernacula Judaica *εκ κληματων μαλιϛα και κιττȣ διαπεπλεγμενας σκηνας*, *potiſſime ex palmitibus & hedera connexa* vocat, in maximo errore verſatur. Nam Plutarchi ætate ritus Miſchnici obtinebant. Hi ita docent (30): הדלה עליה את הגפן ואת הדלעת ואת הקיסוס (*κισσȣς*) וסוכך על גבה פסולה ואם היה ▭ סיכוך הרכה מהם ▭ או שקצצן כשרה זה הכלל

(29) Maimon. de *tabern.* c. 4.
(30) סוכה c. 1. m. 4.

הכלל כל שהוא מקבל טומאה ואין גידולו מן הארץ אין מסככים בו וכל דבר שאינו מקבל טומאה וגידולו מן הארץ מסככין בו. *Siquis tollit ſuper tabernaculum vitem, & cucumerem, & hederam* (31) *illudque ſupra vel iuxta obtegit; tunc immundum illud eſt. Verum ſi tegumentum ſit longe remotum ab illis, aut quia præcidit illa* ad terram, *tum licitum eſt. Hæc eſt regula generalis: Quidquid recipit immunditiem, nec procreſcit in altum ex terra, eo non contegunt tentorium, & contra, quicquid non recipit immunditiem, & procrescit in altum ex terra, eo contegunt et ſtruunt tabernaculum.* Si conferamus Maimonidem (32), tum innoteſcit nobis, quod non ex qualibet materia tegumentum tabernaculi fieri potuerit, ſed duntaxat ex virgultis e terra procrescentibus & ex illa avulſis, & non recipientibus immunditiem, ac *gratum exhalantibus odorem.* Adhibebantur autem ſaepius frondes ficuum, dactylorum

(31) Raſchi in h.l. vocem ignotam קיסום explicat ita: עשב המתפשט מאד ושרשיו כאילן ועוקרו כאילן וקורין האודרא ומתפשט ועולה על החומות *Eſt herba latiſſime ramos dilatans, cujus radices & ſtirps ſunt, ut arboris, comparatæ, quam vocant hedera, quæ luxuriatur & ſerpit alte per muros.*

(32) סוכה C. V.

rum & aliæ, licet fructus e ramis dependerent, ſi fructus illi nondum maturuiſſent, nam tum nondum immunditiei capaces erant. Ex hiſce nondum adparet, quomodo palmites & hederæ inter ſeſe implexæ potiſſima pars tegumenti tectoriorum fuerint. Nulla heic virgulta ſibi inuicem ſunt antepoſita. Hedera praeterea tam mas quam femina cum vtriusque ſpeciebus *odore caret*, & hominum receptaculis parum apta eſt, vtpote *ſerpentium frigori gratiſſima, vt mirum ſit, illam* vspiam *in bonore vllo habitam.* (33) 6) Plutarchus ad hæc feſtum tabernaculorum diſtinguit a feſto craterophoriæ & thyrſophoriæ, vbi Judæi thyrſos geſtantes in templum intrauerint. At errat multiplici lapſu bonus ceteroquin Plutarchus. Nam tentoria celebrabantur per ſeptiduum, totidemque dies aquæ geſtatio expoſcebat. Miſchnah: (34) סוכה וניסוך המי׳ שבעה *tabernaculum & libatio aquæ erant ſeptidui negotia.* De thyrſo Judaico idem locus commemorat Miſchnicus: לולב וערבה ששה ושבעה *Faſciculus dactylorum, et ſalicum rami*, quibus quotidie altare circumdabant, *adhibebantur per ſex vel ſeptem dies. Lulabh per ſeptem*, ſi dies primus feſti eſſet ſabbatum, nam ſabbatum in initio pellebat: *Salix*

(33) Plin. H. N. L. XVI. c. 35.
(34) סוכה c. IV. m. 1.

Salix per ſeptem dies adhibebatur, ſi dies ſeptimus foret ſabbatum, nam ſabbatum in fine pellebat. Diſtinguendum porro eſt inter thyrſum, ex mente Plutarchi intellectum, & Judaicum. Ille hederarum & pampinorum eſt faſciculus: hic non item. 7) Inſtrumenta Muſica, tubam & citharam, accommodat Bacchanalibus Plutarchus, ſed omittit nablia, cymbala & alia. 8) Nomen Leuitarum deducit a Λυσιος vel Ευιος, Bacchi cognominibus. En hominis ignorantiam vbique conſpicuam! Sunt tamen, quae opinionem Plutarchi reddunt probabilem. Sacra Bacchica erant nocturna; itidem hilaritas Judaica in atrio mulierum: Effundebatur ac libabatur aqua in honorem Bacchi; itidem fundebatur ea in feſto tabernaculorum in honorem DEI: Convenire videntur ramorum geſtatio ipſeque cantus tibiæ ad aram. Conſuetudo cum Syris, violentia Antiochi cogentis ad gentilem religionem, mens Judaica in externa libentiſſime degenerans videntur illam convenientiam & Judaici ritus ex Bacchico originem adiuuare. Inculcauit hæc omnia operoſe & eruditiſſime VIR PRAECLARISSIMVS Jo. Gothofr. Lakemacher (35) Prof. Gr. L. P. O.

(35) In *Progr.* de *Ritibus quibusdam Bachicis a Græcis ad Judæos recentiores derivatis, & ab his tabernaculorum feſto uſurpatis* 1724. 4.

O. in Julia Welſorum & tantum non flexanima argumentorum vi perſuaſit. Nec tamen piaculare erit crimen, ſi qua monuero de ea ſententia, quæ mihi ſedet, & de iis, quæ adſenſum meum pleniorem remorantur. Nolo inpraeſens nocturna alia gentilium ſacra enumerare, vnde eadem facilitate derivari Judaici ritus illi, praecipue geſtati thyrſi, origo queat. Id ſaltem ſubdere liceat, quod ſacra Gentilium non fuerint vbique eadem, quod tam ex exemplis Graeciae, Aegypti & Italiae ethnicae perdoceri poteſt, quam ex variis impoſtorum commentis & ſenatus conſultis multiplicibus elucet. Religio enim publica olim erat Politica, habebatque tot Pontifices maximos, quot vigebant res publicæ & ciuitates primariæ. Quare Bacchus quoque aliter cultus eſt in Graecia, aliter in Italia, aliter in Aegypto, ſi ſingula momenta ſolicite penſites. Erant etiam Syris ſingularia ſua Numina: erant etiam diuerſi idolorum communium cultus. Quod igitur hic & illic in ſacris Bacchicis fuit moris, id non præciſe ſigillatim Syri in cultu ſuo Bacchico exercuerunt. Teſtimoniis locupletiſſimis & ſingularibus heic opus eſt, ne ſacra vnius vel alterius vrbis tribuamus, ex norma eiusdem vniusque inſtituti, integris nationibus, idque citra documenta ponderoſa, quemadmodum

Anti-

Antiquarii hucusque plerique hoc vitio laborant. In Eleuſiniis deprehendi etiam, quae ad ritus σκηνοπηγιας ex adfinitate quadrant. At ex adfinitate illa ad originem vnius ex altero concludere nolim. Non dubito, multos Americæ ritus cum Græcis conuenire, nec tamen Americanos quicquam olim de Græcis inaudiiſſe.

§. V.

Nequeo, quae mea eſt imbecillitas, concoquere, quomodo Bacchanalia Deus in publico V. T. cultu ad ducentos vsque annos tulerit, quæ moratiores repudiabant & peſſum ibant Gentes. Hæc Bacchi peſtis olim per ſacrificulum & vatem Græcum Hetruriam & inde clanculum ſerpendo Romam conripuerat. Sacra illa erant occulta primum, deinde vulgari coepta, additaeque ſunt voluptates religioni vini & epularum vlulatusque tympanorum & cymbalorum ac licentia noctis, decurſio cum facibus ardentibus ac fanaticus furor vaticinantium. Quid ad haec Romani? Senatus conſulto illi cauebant, ne qua Bacchanalia Romae neue in Italia eſſent, niſi conditione ſub grauiſſima, qualis ſeſe vix offerebat, vt fuſe tradit Liuius (36). Quum Curtius in eo eſſet, vt recenſeret, Alexandrum per decem dies Libero patri ope-

(36) L. XXXIX. c. 8-18.

operatum habuiſſe exercitum, de militibus ad Bacchanalia prolapſis ſalſe ita ſcribit: (37) *Credo equidem, non diuino inſtinctu, ſed laſciuia, eſſe profectos, vt paſſim hederae ac vitium folia decerperent, redimitique fronde toto nemore ſimiles bacchantibus vagarentur.* Nec aliorum deſunt dextra de ritu ſiniſtro & improbo iudicia, qui ipſi erant a religione diuiniori alieni. Quin enumerantur diuerſitates, quae inter celebrationem feſti tabernaculorum & Bacchanalia intercedebant? Anne Judæi capita etiam vite & fronde hederæ redimiebant? An Baccho initiabantur, vt eisdem ſacris intereſſe liceret? An faces ardentes inſerebant aquis indeque eas ardentes protrahebant? An inuocabant DEum, ευοι, ευοι Euie! An inconditum tollebant clamorem! An ſtrepitus inſtrumentorum muſicorum erat tam creber & permiſtus, vt Judaei furerent & vaticinarentur? An feminæ in Bacchanalibus non tripudiabant? Vbi in Liberalibus ſalicum rami ad altare ſurrigebantur, vel thyrſis inſerebantur? An Bacchantes & thyrſigeri quatiebant haſtas decuſſatim & in modum *agitationis?* Vbi Ebræi ramorum faſciculis terram vel obuios concutiebant? Non vtique permiſiſſet Numen eam mortalibus inſaniam, quam, ſi talem vel minorem olim

(37) L. VIII. c. 10. n. 15. ſq.

olim per cacozeliam commiſiſſent, grauiſſime nunquam non punierat.

§. VI.

Adde quod ſoluta captiuitate Babylonica Judæi idololatriam craſſam infra ſeſe duxerint, & ad ſubtilia mentis ſcita ſectasque fuerint proniores. Nolebant Maccabaei captare Seleucidarum gratiam, ſed iis fortiſſime & obſiſtebant & refragabantur, immo pro tenaci patriorum rituum cuſtodia conſtantisſimam oppetebant mortem. Quid opus erat tot martyriis & cruciatibus, ſi cum leui inflexione Judaei Gentilismum ſuſcipere voluiſſent? Quum molliculi amplexarentur Syrorum cultum religioſum (38), Maccabaei ac Chaſidaei ne latum vnguem quidem ab auita religione diſcedere volebant, (39) immo mori, quam nouos ritus arripere, malebant. Ariſtobulus quidem Maccabaeus cognominabatur quidem Φιλελλην, *fautor Græcorum*, non neceſſario a rituum inſulſorum complexu, ſed a ſtudio linguæ & ſcientiæ Græcæ, adeo ut mihi etiam Ven. Hermanni von der Hart ſententia, de LXXrali verſione ad Maccabæum auctorem referenda, (40) videatur veroſimillima.

§. VI.

(38) 1 Macc. I. 13. 14. 15. 34. 38. 42. 43. 52.
(39) 1 Macc. I. 63. 64. II. 21. 22. 38.
(40) in *Beneficio Verſionum* p. 7.

§. VII.

Maccabæi e contrario expurgabant omnes ritus profanos, & ipſa Bachanalia, cum repurgarent templum, tantum abeſt, ut ea ſuſceperint vel retinuerint. Sævien- te ſub turbis primis in Palæſtina Epiphane per ſuos, γενομενης Διονυσιων ἑορτης, ηναγκαζοντο οἱ Ιυδαιοι κισσυς εχοντες πομπευειν τῳ Διονυσῳ, *in Dionyſiis cogebantur Judæi, ut hederas ferrent & laſcivirent Bachi in honorem* (41) at, ut additur, factum illud eſt μετα πικρας αναγκης εις την κατα μηνα τυ βασιλεως γενεθλιον ἡμεραν επι σπλαγχνισμον, *cum acerba neceſſitate in natalem Regis quovis menſe miſerandum in modum.* Sique ejusmodi ſordes & labeculæ imperito vulgo inhæſiſſent, eæ fuere elutæ & perpurgatæ, non ſolum Hieroſolymis (42), ſed etiam alibi. Quum Simon Gazam expugnaſſet, εκαθαριζε τας οικιας εν ἡς ην τα ειδωλα, *purgavit ædes, in quibus erant idola* (43). Idem ipſe fecit in arce Hieroſolymitana expugnata, nam de eo traditur: (44) Εκαθαρισε την

(41) 2 Macc. VI. 7.
(42) 1 Macc. IV. 58. Joſ. *Ant. Jud.* L. XII. c. 10. ed. Lat.
(43) 1 Macc. XIII. 47. v. 48. dicitur: εξεβαλεν εξ αυτης πασαν ακαθαρσιαν, *eiecit ex ea omnem impuritatem.* (44) v. 50. l. c.

την ακραν απο των μιασματων, purgavit arcem ſuperiorem ab *impuritatibus.* Quare etiam Syri id teſtimonii Judæis tribuunt, quod conſtantiſſime ritibus propriis infixi maneant, & quod iis porro nil Græci moris Syriacique inſtituti ſit obtrudendum. De Syris enim dicitur: (45) Ακήκοοτες, τους Ιουδαιους μη συνευδοκουντας τη του πατρος επι τα ἑλληνικα μεταθεσει, αλλα την ἑαυτων αγωγην αἱρετιζοντας και δια τουτο αξιουντας συγχωρηθηναι αυτοις νομιμα αυτων. *Audito, quod Judæi abhorrent a patris* (Antiochi Epiphanis) *ad Græcos ritus coactione & transductione, ſed quod potius contra proprium ſectarentur inſtitutum, ideoque dignos eſſe, quibus ſui ritus concederentur.* Poſſet quidem Diodorus opponi, qui de Judæis tradidit (46) quod, maxime in Perſarum dominatu, & Macedonum tempore, ex commixtione cum externis gentibus, multa de legum avitarum inſtitutis apud Judæos mutata exoleverint. At nullum addidit mutationis exemplum: & deinde teſtimonium illud de eis intelligi poteſt, quæ Judæi vel neceſſitate, vel pia ac intemerata adiunctione ritibus antiquis ſubſtituerunt vel addiderunt. Deerant

(45) 2 Macc. XI. 24.
(46) in *Ecloga* ex L. XL.

rant quædam templo ſecundo, quibus efful-
gebat primum. Veſtimenta ſacerdotalia
poſtea erant ob egeſtatem ex lino lanaque
miſta, olim meræ byſſi. Ex pia mente quæ-
dam profluxerunt e. g. feſtum altaris (47),
encænia (48) & alia, qualia etiam noſtra
habet eccleſia, ſi cum Apoſtolica contenda-
tur. Originem faſciculi & ſalicum, multi-
plicisque muſicæ ab encæniis profluxiſſe,
ſupra docui. At 1) reformatores fuere Sy-
ris eorumque ritibus infenſiſſimi; 2) Ma-
tathias & Chæſidæi malebant mori, quam hi-
lum profanæ religionis ſuſcipere: 3) immo
multi ideo interibant: 4) Qui Bacchicis ri-
tibus uſi erant, illud ob inveteratum vitæ
genus & vim formidinis fecerunt, facileque
ea dimiſerunt, ad quae tam violenter vel
externa vi vel inteſtino metu fuerant adacti,
ut fere fieri ſolet. Intererat etiam gloriæ di-
vinæ, cultum externum, qui in V. T. ma-
gnam religionis partem abſolvebat, ſervare
intactum, α) ne ſuſceptis aliquibus Genti-
lismi ritibus plebs ad ceteros fieret pronior
& ita ad quævis alia delaberetur: β) ut ali-
cubi vera exiſteret eccleſia, quæ extra Judæ-
am tum nondum excluſive quæri poterat:
γ) ne quis excuſabili modo peccaſſe dicen-
dus ſit, qui, ductum luminis naturæ ſecutus,
tum

(47) 1. Macc. IV. 56. (48) l. c. v. 59.

tum ad ſaluberrimam veritatem & viam ſummi boni adpiſcendi non pervenit, ſecus ac Paulus docet. δ) Cultus typicus Chriſti & diabolicus in vna ſede & mente non commode morantur. Vndenam igitur faſciculus ille ortus eſt? Ortus eſt ex repræſentatione & monumento victoriæ prioris, qua Syri fuſi ac fugati, veræque religioni externa profesſio patefacta erat. Victores tenuerant dactylos & ſalices, in ſignum victoriæ vibratos: læto pede humum quaſſaverant: &, ſicubi nox victricem intercepiſſet viam, facium luce itinera colluſtrarant. Tympana & cymbala militantium fuerant inſtrumenta. Victores jam Davidis, immo Moſis ætate, conſueverant hymnos ciere & clangores tubarum, aliorumque inſtrumentorum ſonitus, iungere. חליל (49) a bello non fuit aliena machina. Eſt enim inſtrumentum muſicum *cavum*, ideoque inflari ſolitum. Vt ſummatim dicam, intelligo tubam (50) olim ex bubulo cornu, dein ex ære factam, primo rectam, dein magis inflexam.

(49) Adhibebatur id inſtrumenti in σκηνοπηγιοις per quinque vel ſex dies, nam non pellebat ſabbatum nec diem feſtum inter gaudia nocturna in atrio mulierum סוכה c. V. §. 1.

(50) Ita Lutherus Jer. XLVIII 36. כחללים reddit: *Wie eine Drommete.* משרוקיתא eſt fiſtula & אבוב.

§. VIII.

Judaica religio habuit aliquid Theocratici, ab exordio ad excidium templi ſecundi, tum ratione patrocinii, tum ratione inflictæ pœnæ paternæque caſtigationis. Non fit igitur ulla ratione probabile, Deum Maccabæis tot victorias, perpaucis contra plurimos Syrorum exercitus, conceſſiſſe, mortalibus ad extrema dejectis, & pro veritatis divinæ puritate conſeruanda acerrime decertantibus, ſi citra neceſſitatem ullam, & animo contrarium ſuadente, idolatriam invexiſſent templo divino. Pectus utique Maccabæorum, illo tempore encæniorum, amore DEI unice flagrabat & unicæ veritati divinæ inhærebat. Potuiſſent illi maximam ſibi dignitatem apud Syriæ regem parare, ſi tantum quodammodo deſciviſſe a patria religione fuiſſent viſi. Quam efficaciter populus rudior potuiſſet capi & perſuaderi exemplo tantorum virorum? Quam turpis fuiſſet illa macula, debellato hoſte Bacchicos (51) ritus ſuſci-

(51) Turpitudinem Bacchanalium etiam Cretenſis Clinia & Hoſpes Athenienſis agnoſcunt apud Platonem de Legibus Lib. II. pag. 580. Μαλα ατοπος γιγνοιτ' αν ὡς γ' εξαιφνης ακȣσαντι Διονυσȣ πρεσβυτων χορος· η αρα ὁι ὑπερ τρια-

ſuſcipere, quos, ante prælium (52) felix & eventum belli, tantopere deteſtati erant? Dei eſt, ſemper alicubi puriorem ſui ſervare cultum, nec auſim, ullum tempus definire, quo doctrinam ſuam ubique contaminari ſiverit. Sub N. T. eccleſia alium induit genium, latiusque patet, ergo alicubi ritus puri & doctrinæ integræ obfuſcantur, at non ubique. Præterea ceremoniæ N. T. ſunt fere adiaphoræ, non item in V. T. Rituum pars erat cultus Levitici maxima, ejusque divina auctoritate firmati, partim ad adumbrandum Chriſtum, partim ad pueros imaginibus paſcen-

---

τριακοντα και πεντηκοντα δε γεγονοτες ετη, μεχρι ἑξηκοντα, αυτῳ χορευουσιν. A. Αληθεστατα μεντοι λεγεις. *Primo auditu perabſurdus Dionyſiacus ſeniorum chorus eſſe videtur, ſi ultra trigeſimum annum, & ad quinquageſimum jam profecti & usque ad ſexageſimum eo utantur.* Hoſpes Athen. reſpondet. *Vera loqueris.* Vide, quæſo, quomodo ſapientibus & Senioribus Judæorum, tanta ad evitandos exteros ritus perpeſſis, inconveniens ſit id tribuere, quod ſapientes Græcorum perabſurdum eſſe ipſi ſtatuerunt.

(52) Generatim poſt exilium Babylonicum idolatriam exoſi Judæi, exteros ritus ac Deorum cultus vitarunt, adeo ut ſæpius poſtea ideo Romanis præſidibus ducibusque reſtiterint, ut ex Joſepho nitide fuſiusque perorat cauſam P. Baelius in *Penseés diverſes ſur la Comete* T. II. §. 186. pag. 384. ſq.

ſcendos, partim ad ſuavitatem Meſſianæ doctrinæ, quæ jugum illud erat demtura, eo ardentius expetendam & amplexandam. Habuere igitur ritus illi ſingulares ſuos fines ſibi præfixos, ideoque ſpeciali providentia divina erant digniſſimi. Quod nocturnam porro ſolemnitatem feſti tabernaculorum adtinet, eam Maccabæi non a Bacchicis deſumſere ritibus, ſed illa Eſaiæ jam viguit ætate, ut perſpicue patet ex C. XXX. 29. ubi nocturnæ ſolemnitatis, lætitiæ commulatiſſimæ, & reditus in montem cum חליל inſtrumento muſico, diſtincta fit mentio, idque in חג *feſto tabernaculorum.*

§. IX.

Concentus Muſicus ad aram non eſt Maccabæorum inventum vel imitatio Bacchica, ſed inſtitutum ſatis antiquum. Gens DEO ſacrata a primo inde cultus ſui initio Muſicæ operam dedit eamque ad ſacra transduxit. Anceps etiam quæſtio eſt, piini, an impii, muſicæ, quæ *inſtrumentalis* vulgo audit, auctores conditoresque fuerint. Græci Latinique Mercurium, Thamitam, Amphionem & Linum, quorum ætas vel in fabulis vel infra diluvium eſt, pro inventoribus habent. At divinores litteræ Jabalem pro auctore reputant, ex Caini quidem ſanguine progenitum, at ideo, ſolo genere nec pietatem

nec

Digitized by Google

nec impietatem per ſeſe inſtillante, nec ſervatum nec condemnatum. Nec ipſe Cain omnibus perpetuo & ex aſſe pravus audit. Non ſpernenda ſunt, quæ pro ejus ad bonam frugem reductione ORTLOB in *Diſſ. de Caino non deſperante* adduxit. Jabalis noſtri parentem Lamechum M. Georg. Lud. Oederus (53) purgavit & inſtar integerrimi Patriarchæ deſcripſit. Jabalis, ut pietas, ita impietas tacetur. Noachi deinceps poſteri (an pii, an impii?) Muſicam repererunt & propagarunt. In familia Abrahami certe Muſica floruit, interque alia organa תוף *tympanum* (54). An Bacchus ad ætatem Abrahami adſurgit? Nequaquam. Fuit enim Cadmi ex Semele nepos (55). Quod ſi tres Bacchos fuiſſe exiſtimas, monſtra narrationum & inexplicabiles maeandros ingrederis (56). Quod ſi igitur tympani uſum a Baccho cum quibusdam (57) deduceremus, non tamen inde manifeſtum foret, an Abrahamus cum ſuis inde tympani ſtrepitum didicerit. Qui Huetii auſibus adſtipulantur, peſſima mon-

(53) In *Obſervationibus ſacris ad varia eaque difficiliora S. Sæ loca P. I. Obſ. I.*

(54) *Geneſ.* XXXI. 27.

(55) *Diod. Siculus* L. III. c. 64.

(56) l. c. cap. 62.

(57) Conf. Lipſius de *Militia Romana* L. IV. *Dial.* X. pag. 200.

ſtra fabularum in unicum Moſen' compingentis, illi Bacchum Abrahamo multo reddunt juniorem. Tympana porro Miriami ætate in uſu erant & quidem in ſacris (58). *Litui* חצצרות divino iuſſu facti ſunt Num. X. ſq. & quidem, ut alias rationes jam omittam, eam ob cauſſam, ut gens Aaronitica ad aram holocauſta & euchariſticas victimas concentu muſico concelebraret (59). Vſus fidium Saulo regnante, pervulgatus inter Iſraëlitas erat (60) & quidem in ſacris, loco ſacro, ac inter Prophetarum auditores (61), ubi & *nablia*, *tympana* & *cytharæ* (62) memorantur. Davides tandem, inſignis Muſicus, concentum Muſicum ad aram inſtauravit & per præfectum Muſices Aſſaphum con-

(58) *Exod.* XV. 20.
(59) Num. X. 10.
(60) Sam. XVI. 16, 17. 18, 23.
(61) l. c. X. 5.
(62) Vid. Rabbi Abr. Mutinenſis in *Schilte gibborim*, Ath. Kircherus in *Muſurgia univerſali* L. I. Lib. II. c. 4. Salomon van Till in *Kling- und Singe-Kunſt*. Dicitur Ven. Hardtius *Muſurgiam Ebræorum* adornare, opus ſane exoptandum. Nuperrime in hanc rem quædam dedit Auguſtinus Calmet in Commentario in SS., ex quo compilavit quidam, *Treſor d' Antiquitez ſacrées & profanes* ubi Tom. I. P. I. agitur de *Poëſi & Muſica*, & ſpeciatim Diſſ. II. de *Muſica veterum & inprimis Ebræorum*. Conf. *Acta Erud.* 1723. pag. 356. 57.

concinnavit ac amplificavit (63) Quod vero organum, in flari ſolitum, חליל, adtinet, illud diu ante Syros Seleucidas genti Judaicæ in uſu & amore fuit (64). Reſtat *libatio aquæ*, quam Maccabæorum ætati tribuere noſim, multo minus Bacchicis Syrorum ritibus, quia jam Eſaias luculenta ejus rei exhibet veſtigia (65), & probabile eſt, Salomonem hujus ritus eſſe auctorem, cujus rei uberiores rationes in præſens omitto, alibi expromendas. Non omnia ex Græcia. *Non omnis fert omnia tellus*. Exiſtimo igitur, geſtationem faſciculi ac ſalicum, tripudia & majorem quandam lætitiam eſſe originis mere Judaicæ, in memoriam victoriæ, & triumphi, quem eo geſtu de Syris egerant.

(63) 1 Par. XVI. 7. 5.

(64) Vid. Eſ. V. 12. Jer. XLVIII. 36.

(65) c. XXX. 29.

VII.

Diploma FRANCISCI ERICII, *Venetiarum Ducis*, qvo HIERONYMVM A DORNE, *Patrit. Lubec.* Eqvitem Auratum Divi Marci creavit; cum aliis qvibusdam documentis, itinera vitamqve DORNIANAM concernentibus.

SUb initium hujus Voluminis, dum Orationem *Joh. Marqvardi*, Venetiis olim habitam, recenſuimus, injecta qvoqve eſt mentio p. 377. ſq. Dn. HIERON. A DORNE, qvi legationis iſtius Venetæ Præſes extiterat. Multa illum præclare ac laudabiliter geſta famæ dudum commendarunt, qvorum uberior dubio procul notitia ex itinerario, qvod confecit, haurienda eſſet, ſi qvonam in angulo iſtud deliteſcat, indagari poſſet. Strictim bre-

breviterqve nonnulla de hoc Noſtro, ann. 1603. d. 23. Octobr. in lucem edito, refert *Gabriel Wolffius*, Lubecenſis, Eccleſiaſtes Mollnenſis, in Memoria ejus Lubecæ 1671. fol. 2. pl. evulgata, cui titulum fecit: *Höchſtbeſchwerliche doch glücklich vollendigte Reiſe, und ſeeligſt beſchloſſene Wallfahrt;* additqve idem carmen lugubre ſatis prolixum, pro genio iſtius ætatis compoſitum, majoris rem facturus pretii, ſi loco ejus documenta, qvæ paſſim memorat, ipſa exhibuiſſet. Ne tamen illa, qvotqvot hactenus inveniri potuerunt, penitus intercidererent, effecit cura & induſtria Viri Generoſi, ſupra jam nobis laudati, nec digne ſatis laudandi, Dn. HERMANNI HENRICI A DORNE, *Hieronymi* Noſtri ex Fratre *Hermanno* Pronepotis, qvi pro eo, qvo literarum ſtudia, qvorum & ipſe cognitione ſolida floret, affectu complectitur, eorundem uſum nobis lubens conceſſit.

Ac præcipuo qvidem loco heîc commemorare fas eſt, qvod Noſtro præcipuum exiſtimationis apud Viros Summos partæ teſtimonium fuit, Diploma nempe, qvo Sereniſſimus Venetorum Dux Eqvitis aurati dignitatem ipſi impertivit; cui ſimile omnino fuiſſe, qvod *Marqvardus* obtinuit, vix dubitamus. Seqventis illud eſt tenoris:

„FRANCISCVS ERICIVS, DEI GRA-
„TIA DVX VENETIARVM, &c. Ad
„perpetuam rei memoriam. Ex omni bene-
„ficiorum genere, qvæ in Præſtantem qvem-
„qve Virum à nobis conferri ſolent, nul-
„lum eſt, qvo magis nobis ipſis ſatisfacia-
„mus, qvam illud, qvo Viros virtute præ-
„ditos, optimisqve moribus ornatos, aliqvo
„noſtræ in eos egregiæ voluntatis teſtimo-
„nio Nobis devinciamus. Qvare cum Do-
„minus HIERONYMVS A DORNE,
„Reipublicæ Lubecenſis Patritius, Saxo,
„Almæ Univerſitatis Patavinæ Proſyndicus,
„nec non Inclitæ Nationis Germanicæ
„Conſiliarius, ob præclaras inter ſuos Vir-
„tutes, generis nobilitatem, ac ſingularem
„ipſius in noſtram Rempublicam obſer-
„vantiam, nobis ſit chariſſimus; decrevi-
„mus eum aliqvo honore & dignitate ho-
„neſtare. Itaqve ipſum Eqveſtri dignitate
„ornavimus, ut impoſterum, pro dignitate
„Eqveſtris Ordinis, ac pro virtutis illius
„ſplendore, Eqves AVRATVS Divi Marci
„appelletur, ab omnibusqve pro Eqvite
„Illuſtri habeatur, liceatqve ei Inſignia
„Noſtræ Reipublicæ in forma, qva à Nobis
„ea hic ſubpicta accepit, portare, Veſtes
„Aureatas, Zonam, catenas aureas, calcaria
„inaurata, cæteraqve Inſignia Eqveſtria
per-

perpetuò geſtare; ac deniqve qvocunqve"
honore, dignitate, præeminentia, libertate,"
ac privilegiis ad Eqveſtrem dignitatem"
pertinentibus frui. In qvorum omnium"
fidem has litteras patentes fieri, ac ſigillo"
noſtro aureo pendente muniri juſſimus."
Datum in Noſtro Ducali Palatio Die XIX."
Maji Ind^ne III^a MDC XXXV."

And. Suriano,
Secr.

De muneris porro, qvod in Academia Patavina Noſter geſſit, amplitudine, judicare licet ex iis, qvæ ipſe ad B. Dn. Cos. HIERONYMVM A DORNE, ſuum ex fratre Nepotem, ac inſigne qvondam Reipublicæ noſtræ decus, non multo ante obitum tempore ann. 1670. d. 31. Maji perſcripſit:

Meine peregrinationes habe durch"
Teutſchland, Niederland, Engelland,"
Franckreich, Italien, Sicilien, Maltha,"
Griechenland, Natolien, Syrien, Palæſtinam,"
Arabiam, und Ægyptum verrichtet,"
von dannen wieder zurücke nach Italiam"
gangen, und in Univerſitate Patavina"
erſtlich Conſiliarius Germanicæ Nationis"
Juriſtarum erwehlet, nicht aber Procura-"
tor,

„tor, (denn die beyden Procuratores nur
„infimi officiarii Nationum daſelbſt ſeyn,
„und habe befunden, daſs Sel. Hr. Hinr.
„Cöler, Cos. Procurator daſelbſt geweſen
„iſt) ſonſt iſt für dieſem ein Rector Uni-
„verſitatis ſowohl ICtorum als ein Rector
„Medicorum geweſen; die haben aber
„ſtets offene Taffel halten müſſen. Dero-
„wegen ſind itzo nur ProRectores, die 24.
„Conſiliarios neben ſich haben, worunter
„Germanus Conſiliarius ſowohl 2. Vota
„als der ProRector oder Syndicus hat. Sic
„enim etiam appellatur. Imgleichen hat
„der Conſiliarius Germanicæ Nationis ſtets
„das Ungariſche, Böhmiſche, und Hiſpani-
„ſche Votum mit, und ſetzet auch ſtets ſel-
„bige Conſiliarios. Nachdem nun der
„ProRector valedicirte, ſo ein Macedo war,
„Pima mit Nahmen, bin ich an ſeine ſtatt
„Syndicus oder ProRector Univerſitatis
„erwehlet, wie noch aus Hr. Marqvards
„Unterſchrifft in meinem Stammbuche zu
„finden. Ich hatte wohl 3000. Studenten
„unter mir, ich kunte aber nicht lange bey
„dem officio bleiben, ſondern muſte bald
„davon reiſen.

Album vero ipſum, cujus in literis modo allatis Noſter meminit, adhuc ſupereſt, cime-

cimelii inſtar pretioſi æſtimandum, plurimis qvippe Nominibus Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, aliorumqve Virorum doctrina & officio celeberrimorum, refertum, adjecta ſubinde inſignium & variarum picturarum eleganti delineatione. Comparet in eodem memoratus Anteceſſor Noſtri in officio Academico, hiſce amicitiam teſtatus verbis: *Cariſſimæ tum memoriæ mei, tum benevolentiæ & amicitiæ tui, Ludovicus Pima, Aſcriwienſis Macedo, I.V.D. & in Patavino ſtudio D.D. Juriſtarum ProRector, adnotavit, ſcripſit, & amico ſuo dedit.* Joh. Marqvardus binis vicibus affectus ſui ſymbolum in hoc libro expreſſit, altera qvidem Lutet. Paris. 1632. d. 6. Jul. altera vero Patav. 1635. d. 31. Maji, Noſtrumqve almæ Univerſitatis Patavinæ Pro-Syndicum digniſſimum, & I. N. G. Conſiliarium bene meritum vocans, nitida fori ſive areæ D. Marci icone, partem illam qvæ mare proſpicit, & vulgò *il Broglio* nuncupatur, ſiſtente, memoriam rerum Venetiis olim geſtarum conſervare voluit. Anglus qvidam, *Henricus Blount*, ſe noſtrum in Ægypto nuper admiratum eſſe teſtatur, ſoſpitemqve tandem rediiſſe, atqve à Sereniſſimo Principe Veneto benigne habitum gratulatur, Venet. 1635. prid. Cal. Maj. Ipſe Vir ſummus, HUGO GROTIUS eruditi orbis miracu-

racu-

raculum notitiam Noſtri magnifecit, & hoc ei μνημόσυνον reliqvit:

Ἅπας μὲν ἀὴρ αἰετῷ περάσιμος
Ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.

Nobiliſſimo ac πολυπείρῳ
D. Hieronymo à Dorne
amicitiam feliciter contractam
hac manu conteſſerabam
XIX
Lutetiæ XXIX Aug. cIↄ Iↄc XXXVI.
Hugo Grotius, R.S.L.

Adſunt præterea manus plurimorum doctiſſimorum Virorum, qvibuscum amicitiam Noſter coluit, nempe, ut è multis pauci afferantur, *Franc. Burgersdicii, Philippi Caroli, Thom. Clayton, Chriſtoph. Crineſii, Caſp. Danckwerth, Franciſci Gomari, Jani Gebhardi, Jonæ Hambræi, Caſp. Hoffmanni, Ludov. Jungermanni, Georgii Kônigii, Anton. Matthæi, Joh. Rhodii, Meinardi Schotani, Dan. Schwenteri, Bartholomæi Vecchii, Mich. Virdungi, Gerh. Joh. Voſſii, Degorei Whear,* aliorumqve, qvos inter etiam amicus Noſtri optimus, *Hôlingius*, nomen ſuum & ſententiam ſeqventem adpoſuit:

Pro-

Proverb. I. v. 33.

fiducialiter habitabit mihi obediens Et

וְשֹׁמֵעַ לִי יִשְׁכָּן־בֶּטַח

malo pavore à pacatus erit Et

וְשַׁאֲנַן מִפַּחַד רָעָה׃

Wer mir gehorcht, die Weisheit ſpricht,
Iſt ſicher, ihm gar nichts gebricht,
Sein Sach er auch im Fried verricht.

Dem edlen und fürnehmen
H. von Dorn
ſeinem Herrn und Freund ſchrieb dieſes
P. Höling.

Zu Paris
19. April, 1632.

Si per Aſiæ Africæqve oras Album iſtud apodemicum, qvod intra Europæ limites ſolum continetur, Noſter qvoqve circumtuliſſet, plura ſine dubio extarent documenta conſvetudinis & familiaritatis cum præſtantiſſimis harum regionum viris ab ipſo contractæ. Neqve vero omnino hæc deficiunt, è qvibus præ cæteris hic adduci meretur initæ teſtimonium amicitiæ cum Viro inſigne dudum

inter

interEccleſiæGræcæAntiſtites nomen adepto, METROPHANE ſcilicet *Critopulo*, patria Berrhœenſi, Hieromonacho qvondam & Patriarchali Conſtantinopolitano Protoſyngelo, poſtmodum autem ad Patriarchatum Alexandrinum evecto. Innotuit ille terris Europæis, qvando CYRILLUS, cognomento *Lucaris*, Patriarcha tum Alexandrinus, deinde Conſtantinopolitanus, eum an. 1616. in Angliam miſerat, inqviſitum in doctrinam & ſtatum Eccleſiæ Anglicanæ; ubi benigne receptus in Collegio Baliolenſi, qvod Oxonii eſt, perplures annos literis operam dedit. (*) Hinc ann. 1624. in

(*) Vid. literas Patriarchæ CYRILLI ann. 1616. Cal. Martii ex Ægypto ad GEORGIUM ABBATEM, Archiepiſcopum Cantuarienſem, & totius Angliæ Primatem ac Metropolitanum, tranſmiſſas, qvibus *Metrophanem* de meliori nota commendat. Exhibet illas, ex autographo Cyrilli Græco à *Daniele Featleyo* latine verſas, una cum reſponſoriis Archiepiſcopi, PAULUS COLOMESIUS, Lambethanæ bibliothecæ olim Curator, in *Epiſtolis ſingularibus clarorum Virorum*, Londinenſi Clementis epiſtolarum editioni 1687. 8vo antea ſubjectis, jam vero inter *Opera Colomeſii* cura celeberr. FABRICII Hamb. 1709. 4to recuſis, pag. 557. ſq. Legi itidem hæ literæ poſſunt in HENRICI LUDOLPHI BENTHEMII *Engelländiſchem Kirch-und Schulen-Staat*, cap. XXII. p. 299. ſq. Malam vero gratiam Metrophanes Cyrillo benefactori ſuo poſt mortem retulit, dum in Syno-

in Germaniam tranſiit, inque Academiis ejus celebrioribus Helmſtadienſi, Wittebergenſi, Altorfina, Tubingenſi & Argentoratenſi, aliquamdiu commoratus, demum ad Patriarcham ſuum rediit, poſtquam Academiæ inprimis Juliæ, in qua per integrum annum

Synodo Conſtantinopolitana, ſub Patriarcha *Cyrillo Berrhœenſi*, Lucaris ſucceſſore, ann. 1639. habita, ſingulis fere Cyrilli ſententiis una cum ſociis anathema dixit. Cenſuræ enim huic Synodali, quæ Cyrilli Lucaris *Confeſſioni fidei Chriſtianæ* in Batavis 1645. 8vo editæ annectitur, nomen quoque ſuum p. 84. ſubſcripſit: Μητροφάνης ἐλεῷ Θεοῦ πάπας καὶ πατριάρχης τῆς μεγάλης πόλεως ἀλεξανδρείας. Quanquam illius Cyrillianae Synodi formulam ſibi perquam ſuſpectam videri fateatur HERM. CONRINGIUS in Epiſtola Metrophanis Confeſſioni præmiſſa p. 4. ſq. Conf. quoque de *Metrophane* ejusque fatis et Confesſione *JOH. MICH. HEINECCII Abbildung der alten und neuen Griechiſchen Kirche*, Part. I. Cap. III. pag. 197. ſq. & Cap. IV. p. 227. *ERASMUS SCHMIDIUS*, qui cum eodem Wittebergæ 1625. d. 10. Jul. collocutus eſt, hoc illum elogio in *Notis ad N. T.* p. 900. mactat. Μητροφάνης ἱερομόναχος, *Beroea oriundus, omnium, quos ego quidem ex Græcia ad nos profectos vidi & audivi, doctisſimus. H. CONRINGIUS* in Epiſt. cit. pag. 6. & 7. ipſum *ingenio, judicio, & doctrina non proletaria valuiſſe, virumque plane gravem in omni vita & probitate ſingulari fuiſſe*, teſtatur.

Digitized by Google

Georgii Calixti domo, & Conradi Horneji convictu uſus fuerat, (**) luculentum grati animi Τεκμήριον reliquerat, ſcripta dicataque ipſi 1625. d. XII. Maji Ὁμολογίᾳ τῆς ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας τῆς Καθολικῆς καὶ Ἀποςολικῆς, quam deinde cum verſione latina, doctaque *Hermanni Conringii* epiſtola, edidit *Joannes Hornejus*, Helmſt. 1661. 4. Cara huic ſemper fuit transmarinorum memoria, libenterque peregrinos advenas, doctrina præſertim ſtudiisque excultos, favore ſuo complexus eſt; adeoque & Noſtro haud difficilis ad benevolentiam ejus aditus patuit, cujus in rei fidem ſequentes literas exhibemus:

„Metrophanes, Miſericordia DEI Metro-
„politanus Memphidis, & Exarchus
„totius Ægypti.

„Nobiliſſime Domine Hieronyme a Dorne, „dilecte fili noſtræ humilitatis. Gratia ſit „tibi a DEO Patre & Domino noſtro JESV „Chriſto per noſtras precationes. Ecce mit„to tibi binas literas, alteram ad doctisſimum „Doctorem Joannem Weslingium, Profeſſo„rem Patavinum, alteram ad Carisſimum me„um amicum, Dominum Samuel Rodamacher,

(**) Vid. *Conringii* Epiſt. cit. pag. 6.

cher, mercatorem celeberrimum in Ham-"
burgo, inferioris Saxoniæ, quas literas, quod"
traditurus ſis certo, nihil dubito. Rogo ta-"
men Dominationem tuam, ut ſis memor re-"
rum iſtarum, quas antea notavimus. D.O.M."
ducat Dominationem tuam ad patriam us-"
que ſalvum & incolumen. Ex muſæo no-"
ſtro, anno ſalutis 1634. pridie Cal. Septem-"
bris."

Nobiliſſimo & Doctiſſimo"
D. Hieronymo a Dorne,"
filio in Chriſto cariſſimo,"

in Alexandriam."

Dum Hieroſolymis verſaretur Noſter, non ſine gaudio offendit iterum civem amicumque ſuum *Hôlingium*, cum quo deinceps Cairum petiit, atque deſertum martyrum & monaſteria Coptorum ibidem extructa adiit, referente Hölingio ipſo in Epiſtola ad amicos Lubecenſes, Cairi 1634. d. 30. Septembr. ſcripta, pag. 148. ſq. edit. Hal. PAVLVS quoque a LAVDA, Ordinis Minorum, Sacri montis Sion totiusque terræ Sanctæ Præſes, teſtimonium Noſtro tradidit, quod loca Sacra, Salvatoris ejusque Apoſtolorum miraculis celebrata, diligenter inviſerit; idemque, uti conjicimus, ille fuit, qui Noſtrum Equitem

Hieroſolymitanum ſive S. Sepulchri creavit, quam facultatem Papa Leo X. prædicti Ordinis Gvardiano, quem vocant, ejusque ſucceſſoribus conceſſit, cujusmodi honoris Dn. *Cornelio a Dale*, J. V. L. Antverpienſi, a *Franc. Quaresmio* ann. 1619. collati diploma legere licet in *Athen. Lubec.* Part. II. p. 9. ſq.

Abſoluto itinerum curſu multi Viri Principes operam ſtudiumque Noſtri efflagitarunt, & Conſiliarii munia in aulis ſuis obeunda ipſi obtulerunt. Neque enim ſolum Dux Megapolitanus, ADOLPHVS FRIDERICVS ab intimis conſiliis eum ſibi eſſe voluit, ac Præfecturam Neoſtadienſem ipſi commiſit, ſed et Elector Brandeburgicus, FRIDERICVS WILHELMVS, Conſiliis ejus in Ducatu Halberſtadienſi uſus eſt. Noſtro hanc ſpartam exornanti *M. Heinricus Walmius*, Goslarienſis, Diſſertationem de *Ordine ſeu Miniſterio Eccleſiaſtico*, decretis Synodi Tridentinæ oppoſitam, & ſub Præſidio *Balthaſaris Cellarii* SS. Theol. D. & P. Ordin. & Superintendentis, Helmeſtadii 1652. defenſam, dicavit, ea potiſſimum ratione adductus, quod rerum & controverſiarum Theologicarum egregia cognitione, & dexteritate de talibus judicandi, ipſe polleret. Cumque Elector ob voca-

tio-

tionem in patriam eundem dimitteret, præſtita ſibi ab ipſo officia acceptisſima fuiſſe inſigni teſtimonio, Coloniæ ad Spream 1653. d. 9. Dec. ſcripto, declaravit, addita conditione, ut nihilominus in poſterum conſiliis ſuis, quoties opus foret, ſibi adeſſet. Alii quoq; ſummi Principes, quibus dexteritas noſtri in expediendis negotiis cognita erat, auxilio & conſilio ejus in rebus arduis uti deſiderarunt, quemadmodum teſtantur literæ JACOBI, Curlandiæ & Semigalliæ Ducis, cujus in notitiam Noſter dum Pariſiis peregrinaretur, venit, ann. 1640. d. 25. Nov. ſcriptæ, nec non JVLII HENRICI, Ducis Saxoniæ inferioris, Ratisbona ann. 1653. d. 8. Maji miſſæ. Noſter autem amore natalis ſoli ductus, libenter eidem curas ſuas, cum Præfectura Möllnenſis ipſi deferretur, addicere, & ſcientiam tot laboribus ac peregrinationibu partam ad uſum communem patriæque reipublicæ commodum transferre voluit; qua de re in Vita Marquardi MSta f. 49. hæc referuntur: *Anno MDCLIV. menſe Januario, poſtqaam paulo ante Hieronymus a Dorne, Hieroſolymitanus & S. Marci Eques, & Conſiliarius Brandenburgicus, peregrinationis olim Comes, & Her-*

manni a Dorne Coſ. ac Collegæ frater unicus, ad Præfecturæ Mollnenſis officium in Senatu electus eſſet, comitatus diverſis Senatoribus multisque civibus & amicis, juſſu Senatus Ampliſſimi a Marquardo, præſente Dn. Fratre Coſ. ut Camerariis, Senatui & civibus Môllnenſibus ad obediendum ipſum commendando, illique prædictæ hujus Præfecturæ provinciam imponendo & committendo, publice introductus eſt. Atque ita demandato ſibi muneri ſtrenue invigilando, vitam cum laude actam pia inter ſuſpiria ann. 1671. d. 18. Jan. finivit, ac deinde hic Lubecæ tumulo illatus eſt, filium unicum OTTONEM, & filias quatuor poſt ſe relinquens.

Servet Supremum Numen Illuſtrem Familiam DORNIANAM, quæ tantum nobis Virum produxit, tot nominibus inclytum ac celebratum, eamque non minus in ſtirpe, quam hodierno tempore veneramur, ac in frondibus, ad avita paternaqne decora egregio niſu adſurgentibus, omni felicitatis genere jubeat abundare.

VIII.

VIII.

Vita
IO. ANDREAE CLEFFELII,
Lycei Slesvicenſis Rectoris.

IOANNES ANDREAS CLEFFELIVS, Liberalium Artium Magiſter, et Rector Slesvicenſis meritiſſimus, dignus vtique eſt, cuius memoria conſeruetur et ad ſeram transmittatur poſteritatem. Quamuis enim ea aetate ex orbe erudito per mortem praematuram iam ſit extruſus, qua plerique incipiunt demum, vires ingenii prodere, et exquiſitae eruditionis dare documenta, meritis tamen pereximiis inclaruit. Quare vitae ipſius, ſcriptorum ac meritorum notitiam Lectori non ingratam fore confidimus. Editus autem eſt in lucem an. 1698. d. 1 Febr. Tangraemundae, quam veteris Marchiae Brandenburgicae haud incelebrem eſſe ciuitatem, conſtat. Patrem coluit virum admodum reuerendum ac praeclariſſimum ANDREAM CLEFFELIVM, Eccleſiae Euan-

gelico-Lutheranae Tangraemundenſis Archi-Diaconum, quem virum, de re ſacra optime meritum, ſeruet diuina clementia! Matre gauiſus eſt ANNA SOPHIA, IO. SIGISMVNDI HOFFMEISTERI, Circuli Jerichowienſis in Ducatu Magdeburgico Praetoris, filia, quae Matrona optima ante Filium coelum intrauit. Ob ſingulares, quae in eodem mature animaduertebantur, ingenii dotes bonis litteris conſecrabatur, quae res bene ac feliciter ſuccedebat, cum non ſolum ipſe Parens, ſed publici etiam praeceptores in eodem rite formando ſtrenue elaborarent. Laudandus hic eſt IO. CHRIST. FVSSELIVS, Conrector primum, deinde Rector Tangraemundenſis, quo fideli duce Latinarum, Graecarum Ebraearumque litterarum, Hiſtoriae vniuerſalis, Geographiae, Eloquentiae ac Poëſeos fundamenta ex voto iecit. Praedicandus quoque IO. GANSAVGE, Conrector, qui itidem dicendi artem, praecipuorum locorum ſitum ac conditionem, et plures ipſum docuit diſciplinas; in primis vero oſtendit ipſi rationem, ſolidam Graecae linguae, quam Noſter ab ineunte aetate habuit in deliciis, notitiam comparandi. Quo fine *Homerum*, ac alios antiquiſſimos ſcriptores Graecos, ipſi praelegit, cognitosque reddere ſtuduit. Fructus huius laudabilis diligentiae viderunt

Eruditi

Eruditi Tangraemundenſes, qui interfuerunt publico actui oratorio, Rectoris auſpiciis *de Chriſtianorum Perſecutionibus* inſtituto, in quo CLEFFELIVS noſter, admodum iuuenis, proprio Marte confectam *de Perſecutione Hugenottorum* Orationem Graecam habuit. Superato anno aetatis decimo tertio abiit Magdeburgum, vt Gymnaſticis virorum eruditiſſimorum, MÜLLERI, Rectoris, et CLAVDII, Conrectoris (quo hoſpite vſus eſt) praelectionibus bene coepta ipſius ſtudia caperent incrementa. Dignus, interiecto aliquo temporis ſpatio, iudicatus Academiae candidatus, praevio optimi Parentis conſilio, profectus eſt Helmeſtadium, ciuium Academiae Iuliae numerum adaucturus. Hic cum ſacris philoſophicas diſciplinas prudenter admodum coniunxit, probe intelligens, illas multo felicius addiſci, ſi his animi fuerint bene praeparati. Vt itaque artis rationis, Metaphyſicae, Theologiae ac Philoſophiae naturalis, diſciplinae morum, iuris naturae ac gentium, ſcientiae ciuilis, Matheſeosque peritus euaderet, celeberrimorum Academiae Iuliae doctorum publicorum, KOCHII, REMPII, WIDEBVRGII, WAGNERI, TREVERI ſcholas inuiſit, eo ſucceſſu, vt nunquam, niſi doctior, ex iisdem diſcederet. Minime autem negligebat vtiliſſimum Philologiae ſtu-

dium, ſed ei potius haud exiguam temporis partem dicabat. Ea autem ipſi obtingebat felicitas, vt ciuem ſuum, IO. DIETERICVM SPRECHERVM, LL. OO. Profeſſorem extra ordinem conſtitutum, diligenter docentem poſſet auſcultare, cuius fideli inſtitutione ſtudia ipſius Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Targumica, Rabbinica et Talmudica valde ſunt amplificata. Accedebant lectiones in Geneſin, Prophetas minores, et plures V. T. libros, HARDTIANAE, quibus ſe non ſubtraxit, licet paradoxis opinionibus, in iisdem pariter, ac aliis locis, propoſitis, et orbi obtruſis, nunquam ſit delectatus, ſed recte potius agnouerit, quantum ſit iſtud damnum, quod eiusmodi opinionum portenta ſanctiori reipublicae afferunt. Diuina Theologiae dogmata hauſit quidem potiſſimum ex ore ſumme venerabilis D. IO. ANDR. SCHMIDII, qui ſtudia ipſius moderatus eſt; adiit tamen etiam reliquos celeberrimos Theologos Iulios, WIDEBVRGIVM, SCHRAMMIVM, RITTMEIERVM, BÖHMERVM, HENNINGIVM, quorum ope ita licuit ipſi proficere, vt ſacram doctrinam cognoſcere, ſanctiora Chriſtianorum officia perſpicere, falſis dogmatibus imbutos confutare, verum diuinorum oraculorum ſenſum eruere, et ſermones ſacros rite conſcribere poſſet. Etſi vero

inter

inter diſcentes nomen ſuum profiteretur, docendo tamen vires ſuas etiam voluit experiri. Etenim, Graecae linguae peritisſimus, aliquot *Homeri* libros nonnullis ſtudiorum ſociis priuatim praelegit, non ſine fructu ſingulari. In animo vero habuit, publica eruditionis, magno ac indefeſſo labore comparatae, ſpecimina Helmeſtadii edere, niſi a Parente domum fuiſſet reuocatus. In patria cum annum, et quod ſupereſt, vtiliſſime conſumſiſſet, an. 1716 ad Wittenbergenſem Academiam ſe conferre, e re ſua eſſe exiſtimauit. Hic vero mox honoribus Magiſtri auctus, et, poſt biennium an. 1718 in ampliſſimum Ordinem Philoſophicum cooptatus, ita ſe geſſit, vt quotidie fama ipſius ac ſolidae eruditionis laus accreſceret. Siue enim praelectiones Philoſophicas pariter ac Philologicas inſtitueret; ſiue pro roſtris Academicis peregregia argumenta ventilanda proponeret; ſiue aliorum poſitionibus, vel officii, vel exercitii cauſa, dubia opponeret; ſiue pro ſacra concione verba faceret; ſiue funebres ſermones, quos Parentationes vocant, haberet, magno ſemper audientium applauſu excipiebatur. Fama de eius praeſtantia ad ipſum tandem Auguſtiſſimum Daniae Monarcham, FRIDERICVM IV, permanauit, qui cum Scholam Slesvicenſem vellet inſtauratam, an. 1722 clementiſſime voca-

vocabat CLEFFELIVM ad munus Rectoris obeundum. Ille, licet Academicum ſplendorem cum ſqualore ſcholaſtico permutare cogeretur, Dei tamen O.M. nutui et Regis clementiſſimi voluntati morem haud gerere, religioni ſibi duxit. Acceſſit itaque Sleſvigam, munusque ſibi demandatum d. 18 Decemb. felicibus auſpiciis ſuſcepit. Geſſit illud ea fide, induſtria, prudentia, vt bonorum omnium amorem facile ſibi conciliauerit. Geſſit ita, vt ſi non omnes, plurimi ſaltem illum diutiſſime eodem fungi poſſe peroptarent. Sed quum is etiam non eſſet expers earum rerum, quae vitam ſcholaſticam reddunt miſeram, et ea ipſi obuenirent, quae animum non poſſunt non vehementisſime commouere, opinione citius factus μάρτυς ſcholaſticus, incidit in morbum lethalem, qui, fata ipſius bonis omnibus grauiter dolentibus, ipſum an. 1724. d. 15 Iun. extinxit. Profecto ſi vixiſſet diutius, multa reipublicae eruditae attuliſſet commoda, multisque eximiis ſcriptis eandem donaſſet, omnibus, quae ad hanc rem requiruntur, ſubſidiis inſtructus. Hoc videre licet ex iis, quibus fruimur, elegantisſimis ingenii monumentis, quae, praeter Parentationem Germanicam, cui titulus: Der Indianiſche Trauer-Baum, ſunt

Diſſer-

Diſſertatio de הכהן אבנט *ſiue Balteo Sacerdotali* : Witteb. 1717. 4. pl. 6. Sectio huius pereruditae Diſſertationis, ſub praeſidio *Io. Chriſtoph. Wichmannshauſen*, LL. OO. PP. Wittenb., defenſae, prima multa habet de Zonis ac Cingulis Graecorum, Romanorum, aliarumque gentium.

Diſſertationes III de אבנט הכהן גרול, ſiue *Balteo Sacerdotis Magni*. ibid. 1717. & 1718. 4. pl. 6. Reſp. Io. Georg. Heinſio, Thuring.

De תרומת המזבח, *ſiue Expurgatione Altaris*. ibid. 1718. 4. pl. 4½. Reſp. Io. Mich. Gloeſio, Miſnic. Haec Diſſertatio, pro Loco in amplisſima Facultate Philoſophica conceſſo, habita abunde oſtendit magnam litterarum Targumico-Rabbinicarum peritiam.

De ficto IESV Chriſti Sacerdotio Leuitico. ibid. 1720. 4. pl. 4. Reſp. Chriſtian. Phil. Koellnero, Sileſ. Refutatur hac Diſſertatione inprimis narratio apud SVIDAM extans, qua Leviticum Chriſti Sacerdotium aſſeritur.

Diſſertatio Critica de Interpretatione Novi Teſtamenti ex Scriptoribus profanis. ibid. 1722. 4. pl. 8. Reſp. Herm. Dieter. Albrecht, Lubecenſ.

Ph:

Programma in funere HENRICI BRVMMERI, *Ser. Duc. Sleſv. Holſ.* FRIDERICI *gl. m. Praep. Caſtr., Coenobii D. Ioan. & Eccleſiae Haddebuy Paſtoris.* Sleſv. 1724. fol. p. 3.

Memoria Divi ADOLPHI, *Ducis Sleſvicenſium, renovata.* ibid. 1724. pl. 3. Praemiſit actui oratorio de Rebus ad ADOLPHVM pertinentibus inſtituto.

Elaborauit etiam, ſed non edidit, Diſſertationes *de Miniſtris Synagogae: de Natura Spiritus: de Vinculo Animam cum Corpore coniungente: de Imperio Intellectus in Voluntatem: de Facultate Animae divinatrice: de Natura DEI: de Potentia Daemonum.* &c.

Ad prelum quoque paratam habuit perelegantem Orationem Inauguralem *de Auguſtis Regum Daniae in rem ſacram & literariam Meritis.*

Quod ſupereſt, rogamus publico nomine doctiſſimum ipſius fratrem, IOANNEM CHRISTOPHORVM CLEFFELIVM, Conrectorem Tangraemundenſem praeclare meritum, vt reliquias fraternas protrahat in lucem, hacque etiam ratione omnes, qui eruditis commentationibus delectantur, ſibi reddat obſtrictos, cujus rei promovendae ergo Bibliothecam noſtram ipſi decenter offerimus.

IX.

Digitized by Google

IX.

Recenſiones Librorum.

I.

NICOLAI STAPHORSTII, Paſt. Joh. Hamb. *Hiſtoria Eccleſiae Hamburgenſis Diplomatica*, das iſt: Hamburgiſche Kirchen-Geſchichte, aus Glaubwürdigen und mehrentheils noch ungedruckten Urkunden, ſowol Kaiſerlichen, Königlichen, Fürſtlichen, Gräflichen, ꝛc. als auch Päbſtlichen/ Erz-Biſchöflichen, Biſchöflichen, und anderer beider geiſtlicher als weltlicher Perſonen reſpective Gnaden- Freiheits- und Beſtätigungs-Briefen, Conceſſionen, Indulten, Stifftungen, Vermächtnüſſen, Verordnungen, Statuten, Verträgen, Contracten, Vergleichungen, und andern dergleichen vielfältigen Schrifften, geſammlet, beſchrieben und in Ordnung gebracht. Des erſten Theils zweiter Band, darinnen die Geſchichte aus dem dreizehenden und vierzehenden Jahr-hundert beigebracht und beleuchtet werden. Hamburg. 1725. 4. V Alph. 6 Bog. 8 Kupff.

MAgnam magno Hamburgo conciliarunt gloriam CRANTZII, LINDENBROGII, LAMBECII, hiſtorici longe celeberrimi, quorum fama cum ipſo demum orbe inter-

interibit. Horum veſtigia dum laudatiſſimo premit ſtudio maxime rev. STAPHORSTIVS, non ſolum priſtinam, quam ex doctiſſimorum hiſtoricorum monumentis, aeternitati ſcriptis, reportavit Hamburgum, laudem feliciter propagat, ſed de patria etiam optime meretur. Initium pereximii ipſius operis habuimus ante inchoatam hanc Bibliothecam, quae ne & illam plane ignoret, exhibebimus ſaltem inſcriptionem, libri ideam ſiſtentem, hisque verbis conceptam: *Hiſtoria Hamburgenſis Diplomatica*, das iſt: Hamburgiſche Kirchen-Geſchichte, aus glaubwürdigen und mehrentheils noch ungedruckten Urkunden, ſo wol Kaiſerlichen, Königlichen, Fürſtlichen, Gräflichen, &c. als auch Päbſtlichen, Erz-Biſchöflichen, und anderer beider geiſtlicher als weltlicher Perſonen reſpective Gnaden-Freiheits- und Beſtätigungs-Briefen, Conceſſionen, Indulten, Stifftungen, Vermächtnüſſen/ Verordnungen, Satuten, Verträgen, Contracten, Vergleichungen, und andern dergleichen vielfältigen Schrifften, geſammlet, beſchrieben und in Ordnung gebracht. Des erſten Theils erſter Band, darinnen die Bekehrung unſerer Vorfahren zum Chriſtenthum, die Anrichtung des hieſigen Ertz-Stifftes, deſſelben Zuwachs durch die Vereinigung mit der Bremiſchen

Kirche,

Kirche, biß zu deſſen völliger Aufhebung und Abtretung, vorgeſtellet, mithin die Zeiten von Anno 811 bis 1223 beleuchtet werden. Hamburg. 1723. 4. V Alph. 8 Bog. XII Kupffer. Vti vero primam hanc Partem multa ornant egregia & rara documenta, nec non inſerta, ac variantibus lectionibus, aliisque obſervationibus, inſtructa opuſcula, e.c. *Vita S. ANSCHARII, primi Archi-Epiſcopi Hamburgenſis, conſcripta a S. REMBERTO, eius ſucceſſore*, pag. 79-133: *GVALDONIS, Monachi Corbeienſis, Poema de Vita S. ANSCHARII, abhinc quingentos & octoginta annos compoſitum, & nunc primum erutum e tenebris; ex collatione cum MS. Pariſienſi S. Germani de Pratis a Godofr. Henſchenio inſtituta, additisque eiusdem annotationibus, correctius*, pag. 133-201: *PETRI LAMBECII in Rembertum & Gualdonem de Vita S. Anſcharii Notae*, pag. 201-220: *Vita S. RIMBERTI, ad editionem Ph. Caeſaris cum Actis Sanctorum collata*, pag. 250-273: *Monumentum Hamburgenſe Benedictinum, ſeu de inſcriptione & tumulo BENEDICTI Quinti, Pontificis Romani, qui in Choro Maioris Eccleſiae Cathedralis Beatae Virginis Mariae apud Hamburgenſes olim fuit, & hodienum ſpectatur*, Diſſertatio *OTTONIS SPERLING, I. V. D.* pag. 335-357: *FRIDERICI LINDENBROGII Annotationes & Animaduerſiones ad*

Digitized by Google

Scriptores Septentrionales, *a patre ipſius*, *ERPOLDO LINDENBROGIO*, *collectos & editos*, pag. 358-374, &c; ita quoque ſecunda haec Pars non minori eiusmodi monumentorum rariorum copia abundat. Praemiſſa eſt lectu digna *Praefatio*, quae res Cathedrales Hamburgenſes ἐν συνόψει ſuppeditat, & pag. 1 ſqq *Capituli* rationem delineat, pag. 4 ſq *Praepoſitos*, pag. 6 ſq *Decanos*, pag. 7 *Scholaſticos* & *Theſaurarios*, pag. 7 ſq *Cantores*, pag. 8 ſqq *Canonicos* recenſet, pag. 10 ſq *Vicarias*, *Commendas*, *Fraternitates Calendarias*, *Memorias*, *Conſolationes*, *Refectorialia*, *Refectiones*, & *Balnea Animarum* breuiter deſcribit, pag. 11 ſqq alphabeticum indicem *Feſtorum*, in honorem Sanctorum celebratorum, & *Altarium* iisdem conſecratorum, exhibet, & tandem p. 39 ſqq externam Ciuitatis Hamburgenſis faciem, quae ſaeculo XIII fuit, cognoſcendam praebet. *Feſtorum* indicem cum alio loco accuratiorem inuenire vix ac ne vix quidem liceat, operae erit pretium, nomina illorum, hic repetere, vt incredibilis fere feſtorum, quae ſaeculo decimo tertio & quarto fuerunt celebrata, multitudo inde poſſit cognoſci. Habetur autem hic notitia Feſtorum & Altarium *Abdonis & Senne*, *Achillei & Nerei*, *Adamantii*, *Adaucti*, *Adelgund*, *Adriani*, *Aduentus*, *AEgidii*, *Afrae*, *Agapeti*, *Agathae*, *Agnetis*, *Agri-*

colae

colae & Vitalis, *Albani*, *Alexii*, Aller-Heiligen, Aller-Seelen, *Ambroſii*, *Anaſtaſii*, *Andreae*, *Annae*, *Annunciationis Mariae*, *Anſcharii*, *Antonii*, *Apollinaris*, *Apolloniae*, *XII Apoſtolorum*, *Arnolphi*, *Athanaſii*, *Auguſtini*, *XIV Auxiliatorum*; *Bamlationis* (*), *Barbarae*, *Barnabae*, *Bartholomaei*, *Baſilidis*, *Cirini & Naboris*, *Bedae*, *Benedicti*, *Bernardi*, der Beſchneidung Chriſti, der Betrübniß *Mariae*, *Blaſii*, *Bonaventurae*, *Bonifacii*, *Brigittae*, *Brixii*, *Bruti*, *Burchardi*; *Caeciliae*, *Caeleſtini*, *Caeſarii*, des Calands, *Calixti*, *Cantianorum*, i. e. Cantii, Cantiani & Cantianillae, *Catharinae*, Char-Freitag, *Chriſti*, *Chriſtinae*, *Chriſtophori*, *Chryſogoni*, *Chryſoſtomi*, *Clarae*, *Clementis*, *Cleophae*, *Cleti*, *Conradi*, *Coſmae & Damiani*, zum H. Creutze, Creutzes-Erfindung, Creutzes-Erhöhung, *Criſpini & Criſpiniani*, *Cypriani & Iuſtinae*, *Cyriaci*; *Damaſi*, *Davidis*, *Decem millium militum*, *Dionyſii*, *IV Doctorum*, *Dominici*, *Donati*, *Dorotheae*; *Eligii*, *Eliſabethae*, *Emerentianae*, der H. Engel, *Epiphaniae*, *Eraſmi & Annae*, *Erhardi*, derer Evangeliſten, *Euſtachii*; *Fabiani & Sebaſtiani*, in der Faſten, *Felicis*, *Fe-*

 licis

(*) Ita in Libris Viſitationum inuenit STAPHORSTIVS. Recte autem p. 15 obſeruat, legendum eſſe haud dubie *Pantaleonis*, quoniam *Bamlation* videtur pertinere ad corrupta illa nomina, quae non raro in memoratis libris occurrunt.

licis & Adaucti, *Felicis & Simplicis*, *Francisci*, Fron-Leichnams-Feſt; *Galli*, der Geburt *Mariae*, *Georgii*, *Gereonis*, *Germani*, *Gertrudis*, *Gervaſii & Protaſii*, *Gordiani & Epimachi*, *Gorgonii*, *Gothardi*, *Gregorii* Nazianzeni, *Gregorii* Papae, Grünen-Donnerſtags; Heimſuchung *Mariae*, *Helenae*, *Henrici*, *Hieronymi*, Himmelfahrt C*hriſti*, Himmelfahrt *Mariae*, *Hippolyti*, *Horarum Mariae*, *Hyacinthi*; *Jacobi* maioris, *Jacobi* minoris, *Innocentium Puerorum*, *Joachimi*, *Jobi*, *Jodoci*, *Johannis* ante portam Latinam, *Johannis* Euangeliſtae, *Johannis* Baptiſtae, *Johannis & Pauli*, *Joſephi*, *Joſephi* Juſti, *Irenaei & Abundi*, *Jubilate*, *Judica*, *Jvonis*, *Juſtinae &* Cypriani; *Kiliani*, Kirch-Weihe, der H. drey Könige/ *Kunegundis*; *Lamberti*, der Lantze und Nägel Chriſti / *Laurentii*, *Lazari*, *Leandri*, *Leodegarii*, *Leonis*, *Leonhardi*, *Livini*, *Lucae*, *Luciae*, *Ludovici*, Epiſcopi Tholoſani, *Ludovici* confeſſoris, *Lulli*; *Maccabaeorum* fratrum, *Magni*, *Mamerti*, *Manſueti*, *Marcelli*, *Marcellini*, *Marci* Euangeliſtae, *Marci* Papae, *Marci & Marcelliani*, *Margarethae*, *Mariae*, *Mariae* Albae, *Mariae* Coronatae, *Mariae* Magdalenae, *Mariae* Miſericordiae, *Mariae & Marthae*, *Mariae* AEgyptiae, *Mariae* de Nive, *Marthae*, *Martini*, *Matthaei*, *Matthiae*, *Mauri*, *Mauritii*, *Mennae*, *Michaelis*; *Narciſſi*, *Nemeſii*, *Nicolai*, *Nicomedis*;

medis; Onufrii, Opfferung Mariae, Oſtern/ Oswaldi, Ottiliae; des Palm-Sonntages/ Pancratii, Pantaleonis, Paulae, Pauli Bekehrung, Pauli Commemorationis, Paulini, Petri Ketten-Feier/ Petri Stuel-Feier/ Petri & Pauli, Petri Diaconi, Petri de Mediolano, des Pfingſt-Feſtes, Philippi & Iacobi, Polycarpi, Potentianae, Praxedis, Primi & Feliciani, Priſcae, Proceſſi, Proti & Hyacinthi; Quinti; Reimberti der Reinigung Mariae, Remigii, Rochi, Romani, Rufi; Sabinae, Salvatoris, Saturnini, Scholaſticae, XXIV Seniorum & Feliciani, Septem Dormientium, Septem Fratrum, Septem Macchabaeorum, Septuageſimae, Servati, Severi, Sexageſimae, Sigismundi, Simonis & Judae, Simonis Pueri & Martyris in Tridento, Sixti & Simnitii, Sixti Papae, Sophiae, Stephani, Stephani Papae, Sylveſtri, Symphoriani; Telesphori, Theclae, Theobaldi, Theodori, Thomae, Thomae de Aquino, Thomae Cantuarienſis, Tiburcii Martyris, Tiburcii & Valeriani, Timonis, Timothei, Timothei Martyris, Trinitatis; Valentini, Valeriani, Vedaſti, Victoris, vier Zeiten/ Vincentii, Vitalis, Vitalis & Agricolae, Viti, Vndecim mille Virginum, Vrbani, Vrſulae; Walburgis, Weihnachten/ Wenceslai, Willehadi, Wolfgangi; Zachaei. De his Feſtis omnibus quae in catalogo, Praefationi inſerto, ſummatim dicta ſunt, in ipſo opere, ad quod remittitur, fuſius exponuntur,

tur, & documentis idoneis confirmantur. Eſt autem totum opus in duo diuiſum Capita, quorum primum ſaeculi decimi tertii, ſecundum ſaeculi decimi quarti res Hamburgenſes cathedrales perſequitur, ita tamen, vt multa ſimul alia notabilia paſſim commemorentur. Delibabimus inde aliqua, Hiſtorici noſtri ordinem ſecuturi. Is vero cum p. 1 demonſtraſſet dignitatem Archiepiſcopalem a Capitularibus Hamburgenſibus conceſſam Bremenſibus, pag. 2 ſq originem *Templorum Hamburgenſium* exponit, vbi Petrino primum locum aſſignat. Pag. 10 ad ann. 1223 et 1227 *GERHARDI II*, Archiepiſcopi, bella aduerſus *Stedingos* ac *Waldemarum* recenſet. Pag. 12 de origine ordinum, a *Franciſco* et *Dominico* ſaeculo decimo tertio ineunte inſtitutorum, agit. Ibid. obſeruat, quod voce *Canonis* olim index Sanctorum et Martyrum fuerit deſignatus: vnde in ſanctorum numerum relati dicti *canonizati*. Pag. 13 ſq ſuperſtitioſiſſimi cultus *Dominico* ac *Franciſco* praeſtiti ſpecimina ab ipſo exhibentur. Pag. 15 ſq Erectio et inſtauratio *Cantoriae* Hamburgenſis deſcribitur. Diploma OTTONIS incipit: *OTTO Dei gratia Praepoſitus Hamburgenſis*. Pag. 17 ſqq ad ann. 1229 et 1233 bellum GERHARDI aduerſus *Stedingos* ſucceſſu non adeo felici geſtum

porro

porro recenſetur. Hi Stedingi in Bulla Gregorii IX *de deſtrictione Stedingorum* vocantur *haeretici;* in Io. Renneri autem Chronico *gentiles*, Heiden. Sed recte animaduertit STAPHORSTIVS, quod ex Stedingorum ſtudio vindicandi libertatem, quam Archi-Epiſcopus illis eripere, et ipſorum regiones, ſibi vicinas, ſub poteſtatem ſuam redigere voluerit, haereſeos pariter ac gentiliſmi crimen ortum traxerit. In gratiam tandem cum Stedingis rediit Praeſul, quod Bulla Gregorii *de Reconciliatione Eccleſiarum in terra Stedingorum*, p. 20, nec non alia *de Abſolutione Excommunicationis Stedingorum*, p. 21, confirmant. Pag. 37 exhibetur non ſolum, aeri eleganter inciſa, duplex imago ADOLPHI, quarti ex Comitibus Schauwenburgenſibus Holſatiae, Wagriae, Stormariaeque Comitis, qui an. 1261 monachus ordinis Franciscanorum, ſiue Fratrum Minorum, Kilonii obiit, verum etiam fundata ab ipſo Templa Ioannis et Mariae Magdalenae (quorum hoc vtramque ipſius effigiem aſſervat), nec non verſus ſepulchro inſcripti, monachatus ipſius teſtes, commemorantur. Pag. 38 *Dominas incluſas*, quae *recluſae* etiam vocantur, pro loquendi ratione aevo medio vſitata, deſcribit per Feminas, coenobiis virorum, praevia Antiſtitis benedictione, illa-

 tas,

tas, & occluſis cellulis incluſas. Pag. 43 *Sepulchrum Comitum Holſatiae*, quod eſt in aede cathedrali Hamburgenſi, deſcribitur, & aeri inciſum repraeſentatur. Pag. 44 ſqq *Concilium Bremenſe* an. 1266 habitum, deſcribitur, ſimulque *Statuta* GVIDONIS, patris purpurati, ſiſtuntur. In his duo in primis ſunt commemorabilia: alterum de vitando a ſacri ordinis viris ſcortorum commercio: alterum de ſimonia abroganda. Pag. 55 & 57 ad an. 1271 atque 1273 HILDEBOLDI ac GISELBERTI, Archi-Epiſcoporum Bremenſium, Confirmationes Privilegiorum, Iurium, Poſſeſſionum, Conſuetudinum Eccleſiae Hamburgenſis inſeruntur. Pag. 56 de Buxtehudenſi vrbe ex LVNEB. MVSHARDI, Conrectoris quondam Bremenſis, Chronico Buxtehudenſi ἀνεκδότῳ obſervatur, quod memoratus Hildeboldus eidem ius civitatis donaverit. Pag. 61 ſqq de *Concilio Herbipolenſi*, *an.* 1287 habito (cui interfuit etiam Archi-Epiſcopus Bremenſis) fuſe agitur, integraque IO. TVSCVLANI Statuta, ex MSto, cum Labbei & Harduini editionibus collato, cum lectore communicantur, qui inde, praeter alia, corruptiſſimos cleri Romani mores, poteſt perſpicere. Exempli cauſa eſto vnicum hoc ſtatutum, pag. 68 ſq occurrens: *Concubinarios Clericos*, *qui retinendo*

Digitized by Google

nendo publice concubinas, & famam negligunt, & reverentiam maculant clericalem, more pii Patris, non perſonas, ſed perſonarum vitium deteſtantes, earum ſaluti, praeſentis Conſtitutionis tenore, ſic duximus providendum, quod ſi publice retinere praeſumſerint concubinas & novas focarias aſſumere, eorum ſint beneficiis ipſo facto ſpoliati, quae illi, ad quos collatio pertinet, conferre aliis perſonis idoneis teneantur. Adhaerent Capiti I egregia documenta, quae ſunt (1) CASP. BVSSINGII, Theol. Lectoris, *Geographiae S. & Eccleſiaſticae Pars aliqua ſpecialiſſima, continens Topographiam S. Hamburgenſem, ſeu Mutationes Hamburgi in Religione & Eccleſiaſticis factas*, quod elegans ſcriptum Büſſingianum, an. 1704 conſignatum, nunc primum in lucem prodit. Extat pag. 90—101. (2) *Excerpta ex Libro Actorum coram Conſulibus in reſignatione haereditatum de Anno* 1248 *ad Annum* 1273. pag. 101-117. Videre inde licet inter alia, quam magna olim fuerit legatorum ad pias cauſas copia. (3) Holſteiniſche *Chronica* von *Anno* 1199 bis 1225. pag. 118—131. Edidit hoc fragmentum doctiſſimus STAPHORSTIVS e codice LX MS. Bibliothecae Hamburgenſis publicae, FRIDERICI LINDENBROGII manu ſcripto, cuius ſpecimen aliquod dabimus, rudem et inconditam ſaeculi XIII poeſin demonſtrans. Sic autem ad an. 1204 cecinit poeta hiſtoricus:

Jd ſchach darna do men ſchreff duſend
twehundert und ver Jhar
Dat des Koninges (**) Lude togen auer
de Elue apenbar/
Vnd brocken in denſüluen Stunden
Dat Schlott Altenborch altho Grunde.
Se vorſtorden ock dat Schlott Witten-
borch/
Vnd buweden wedder auer de Elue dat
Schlott Harborch/
De Koninck leth wedder buwen dat
Schlott Demyn/
Dar ſchlagen was Greue Alues Vader
vnd de Lüde ſin,
By den Tiden Hertige Henrick van
Saſſen de Forſte rick/
Verſtorde de guden Stadt tho Barde-
wick/
De was oldinges aver de Elue der
Wende Houetſtadt/
Geheten de Barderer/ere grote Homot
makede dat. ꝛc.

Quae, et plura, licet non ſint Holſatica, quia tamen pleraque huius Chronici ad ea, quae in terra Holſatorum geſta ſunt, pertinent, recte Chronicon Holſaticum inſcribitur. (4)

ER-

(**) Waldemari.

Digitized by Google

ERPOLDI LINDENBROGII *Collectio Fundationum tam Canonicatuum, quam Vicariarum et Commendarum in ſummo*, ex cod. XXII. in fol. MSS.Hamb. in Bibliotheca publica deſcripta. p. 132-206. (5) *STAPHORSTII Collection* von Stifftungs- *Confirmations-* und anderer zur *Hiſtoria Canonicatuum, Vicariarum et Commendarum in ſummo* gehörenden Briefen. pag. 207-556. Vtraque collectio egregia documenta complectitur, quae hiſtoriam Eccleſiae Cathedralis Hamburgenſis mirifice illuſtrant. Caput II incipit p. 557 STAPHORSTIVS, enarratque, inter alia, ad an. 1301 ſimultates, quae Capitulo Hamburgenſi cum Archiepiſcopo Bremenſi interceſſerunt: vnde illud etiam viſitare noluit Concilium Stadae celebrandum, ad quod ab Archiepiſcopo erat vocatum, praeſertim cum Epiſcopi, Lubecenſis, Suerinenſis & Ratzeburgenſis, idem facere recuſarent. Pag. 560 exhibet Diploma LVDOVICI, Praepoſiti Hamburgenſis, in quo verba: *Dei gratia*, vſurpat. Sic enim incipit: *LVDOVICVS* ***DEI gratia*** *Hamburgenſis Eccleſiae Praepoſitus.* Pag. 567 ſq ab ipſo deſcribitur, et aeri inciſum repraeſentatur *monumentum Marianum*, Μαριολατρείας plane horrendae luculentum teſtimonium, in quo Maria, Filium geſtans, omnis generis homi-

hominibus circumdata, cujus pedibus ſubjacet Luna & Mundus, in cujus globo legitur: *Credo.* Alia in hoc monumento Mariae imago ſiſtit Virginem, duobus digitis dextram mammam attingentem, Salvatoremque ſuperbe alloquentem: Söne/ ſe an mine Börſte, vorbarm dick awer den Sünder/ du Hemmel-Vorſte. Reliqua, quae in hoc monumento reperiuntur, l. c. legi & videri poſſunt. Pag. 569 varia cernuntur *Sigilla*, quibus eximium de Sigillis opus Heinecciaum poterit ſuppleri. In his eſt Decani Hamburgenſis Sigillum, in quo conſpicitur *Maria*, manu dextra ſceptrum tenens, ſiniſtro autem brachio Salvatorem, circumſcriptis verbis: Se N. D. E. HAMMEBVRGENSIS AD CAVSAS i. e. *Secretum Nicolai, Decani Eccleſiae* &c. Pag. 572 ſqq variae deſcribuntur *Fraternitates*, quae in Templo *Mariae Magdalenae* conſecrato cultui ſanctiori, ſed multis ſuperſtitionibus commaculato, vacarunt. Reperiuntur in iisdem Der Hilligen viff Wunden Broderſchup: Des hilligen Lichams Broderſchup: Des hilligen Crüzes Broderſchup: Sünte Cosmas und Damianus Broderſchup/ de qua Fraternitate, eiusque Privilegiis & Sigillo legi merentur, quae pag. 573 ſq occurrunt. Pag. 574 de *Quadragena* legitur elegans obſervatio. Pag.

577

577 ſqq ad an. 1322 inſertae ſunt *Leges Fraternitatis Calendariae*, teſtes quoque craſſae admodum, quae ſaeculo decimo quarto regnavit, ſuperſtitionis. Pag. 584 ſqq recenſentur vita & res geſtae BVRCHARDI, Archiepiſcopi Bremenſis, a quo an. 1328 Stadae Synodus habita eo fine, vt corrupti clericorum mores emendarentur. Pag. 585 ſq erudita extat obſervatio de *Archidiaconi* dignitate, ejusque origine, repetenda ex ſaeculo tertio, quo *Novatus* primum fuit hoc titulo inſignitus. Pag. 591 ſqq ad an. 1335 deſcribuntur *lites Senatum inter & Capitulum*, quum hoc illius iura ſibi arrogare auderet, coortae, quae effecerunt, vt Capitulum excommunicationis, vt vocant, fulmine Senatum Populumque Hamburgenſem terrere, omnesque ſacrificulos a miſſarum celebratione arcere ſtuduerit, renitentibus Franciſcanis, & Capituli mandatis obedientiam denegantibus. Qua occaſione de *Franciſcanis* p. 592 ſq demonſtratur, quod ſaepius eiusmodi quid tentarint, & non Capitulorum ſolum, ſed ipſorum nonnunquam ſummorum Pontificum auctoritatem haud adeo magni fecerint, eidemque ſeſe opponere nulli dubitarint. Lites iſtae Hamburgenſes tandem ſunt ſopitae, quod docent *Tabulae Compoſitionis inter Capitulum & Senatum Hamb. datae an.* 1337; nec non

Lite-

Literae Senatus Hamburgenſis ad Archiepiſcopum Bremenſem, BVRCHARDVM, *pro confirmatione renovatae cum Capitulo Hamb. concordiae, datae A.* 1337, quae utraeque, ex Lambecio repetitae, pag. 197 ſqq. ſiſtuntur. Pag. 626 ſq denuo edita eſt Bulla INNOCENTII VI Pontificis, an. 1354 ad Archiepiſcopum Bremenſem ſcripta, de celebrando *Feſto Lanceae & Clavorum*, quibus corpus Chriſti perfoſſum, cui pag. 628 adjectae ſunt Orationes, hoc feſto die recitatae, quarum prima eſt: *O Domine* JESV CHRISTE, *qui ſacrae lanceae vulnere myſterium tuae paſſionis conſummaſti, ſanguinem & aquam de ſacro-ſancto latere tuo effundens. Oro te, ut ejusdem lanceae & vulneris merito me ubique defendas.* Pag. 652 ſqq refertur de GREGORIO XI, Pontifice, quod an. 1373. d. 8 April. ad Archiepiſcopum Bremenſem miſerit Bullam, l. c. exhibitam, qua rejecit nonnullas *Speculi Saxonici* leges, de quibus horribilia haec verba, inter alia, protulit: *Quaedam execrabilia Scripta, Leges, ſeu* ***Speculum Saxonum*** *appellata, multa examinatione & maturitate in hac parte praehabita, auctoritate Apoſtolica reprobamus, damnamus, & decernimus irrita & inania, & carere*

omni

omni robore firmitatis. Quatuordecim autem condemnati potiſſimum ſunt articuli, pag. 655 ſuppeditati, quibus ſedis Apoſtolicae poteſtas certis limitibus circumſcribitur. Pag. 657 ſq. ad an. 1373 rara hodie *Moneta Crucis*, Creutz-Pfenning/deſcripta eſt, & aeri inciſa ob oculos poſita. Quemadmodum vero haec, & multa alia, in hoc capite occurrentia, ſunt notatu digna, ita quoque idem erit iudicandum de Additamentis, quibus illud eſt amplificatum. Annexa autem ſunt (1) **Einige Urkunden und Nachrichten von** *S.* **Johannis Kirche und Kloſter.** pag. 671-685. Habentur hic etiam pag. 677 ſq. Nomina *Sanctorum* in rariſſimo *Paſſionali* Baſil. 1517 laudatorum. (2) **Einige Urkunden/ das Cloſter und die Kirche zu** *S.* **Marien Magdalenen betreffende.** pag. 685—694. In his n. VI *De Sanctis Minoritarum Hamburgenſium Notitia* deprehenditur. (3) **Allerhand zum Caland gehörige** Documenta. pag. 694—799. Egregia eſt haec collectio. (4) **Urkunden und Nachrichten von** *S.* **Jacobi Kirche.** pag. 799—917. Haec Collectio n. 2 habet *Fundationes* **einiger Seel-Meſſen in S. Jacobi Kirche**, quas B. DAN.

SE-

SEVER. SCVLTETVS congeſſit: n. 15 documenta ad notitiam *Bibliothecae Jacobeae Hamburgenſis* ſpectantia.

Haec delibaſſe ſufficiat ex libro, tot documentis raris, idoneis, notatu dignis inſtructo, vt praeſtantisſimis libris hiſtoricis accenſeri mereatur. Quam ſtudioſus ſit venerandus ipſius auctor ἀκριβείας, vel inde licebit cognoſcere, quod CRANTZIVM, KORNERVM, RENNERVM, et plures hiſtoricos, non obiter inſpexerit, ſed ita, vt errores in iisdem nonnunquam occurrentes emendare ſimul potuerit; adeoque hac etiam ratione menſuram boni hiſtorici impleverit. Quare nobiscum omnes, harum litterarum capti dulcedine, vehementer optant, vt, quae reſtant, partes ſequantur, totumque hoc perinſigne opus, cuius celeberrimo auctori vitam et vires ſincerè apprecamur, exoptato ſucceſſu ad finem perducatur!

II.

II.

CHRISTOPH. MARTIN. BVRCHARDI, *Med. D. & in Academia Roſtoch. P. O.*

Meditationes de Anima humana, *in quibus de eius natura, commercio & unione cum corpore, harmonia ſic dicta præſtabilita & cæteris affectionibus disquiritur.* *Roſtochii.* 1726. 8. pl. 17½.

EXperientiſſimus Dominus Autor, cum poſt varios ingenii fœtus alios (*) ederet diſſertationem *de Principio movente in animatis, in ſpecie de anima plantarum.* a. 1723. & diſputationes duas *de anima brutorum.* a. 1723. & 1724. jam etiam hoc anno, forma præſenti libro conformi, recuſas, promiſerat Tractatum *de anima humana;* dixerat enim in Præfamine: *Et de Plantarum qvidem ac Brutorum animabus in præſentia agere decrevi, contemplatione Hominis in aliam occaſionem reſervatâ.* Ut â data fide igitur ſe exſolvat, offert erudito orbi præſentes de anima humana meditationes. In his certe non pauca bonæ frugis & exaſciata exſpectare licet, cum undiqvaqve eluceat, felix ſobriæ Philoſophiæ & artis ſalutaris, juſtis & ſolidis fundamentis ſuffultæ, connubium.

(*) v. *Bibliotheca hujus* Vol. I. p. 129. catalogum eorundem.

Digitized by Google

Includuntur hæ meditationes ſeptem capitibus. Caput primum exhibet, *Phænomena naturalia ac præter naturalia, quæ circa operationes hominis Rationales, Animales & Vitales contingunt.* Sub initium ſtatim, ubi de eo disqvirit, qvid humana mens ſit & qvæ ejus operationes, eos taxat, qvi res phyſicas methodo qvidem mathematica ſed ſine ſolida demonſtratione pertractant. Methodus enim Mathematica non ſemper monſtrat rem mathematicè veram. Nam ſi definitiones & axiomata falſa adhibentur, nil aliud efficitur, qvam ut mathematicè oſtendatur, concluſiones eſſe falſas, qvia præmiſſæ falſæ ſunt. Methodum enim mathematicam ſolam, non plus afferre certitudinis ait, qvam methodum demonſtrandi naturalem, niſi, qvod illa pompoſa magis ſit & apta imponere vulgo. §. 7-10. Ipſe autem ex operationibus mentis propriis, qvales ſunt judicium, univerſalium conceptus, abſtracti â particularibus, ſenſibilibus, capacitas præceptorum moralium, Ratiocinatio, &c. concludit: Ineſſe homini *Ens intelligens immateriale.* §. 21. *Iſtud* vero *ſolitarie in nobis cogitare*, ut Carteſiani volunt, *demonſtrari non poſſe*, multa potius eſſe, qvæ contrarium evincant. Provocat hinc ad eos, qvi aliis ſunt ſtupidiores: vitium enim non eſſe in ſolo ſpiritu, ſed in mediis ad cogitationis exercitium neceſſariis; nam ſpiritum immaterialem ſtupidum renun-

tiare,

tiare, repugnare Eſſentiæ ſpiritus. Provocat ad eos, qvi in prima ætate ſtupidiſſimi ſunt, ſed cum ad maturam ætatem delati ſunt, intellectu & vi judicandi nemini cedunt, ut & contra ad ſenes, qvi bis pueri dicuntur, non qvia ſeneſcit principium intelligens, ſed qvia corpus & media corporea labaſcunt. Provocat ad maniacos, melancholicos & delirio febrili laborantes, qvorum morbi aperte docent, mentem indigere mediis materialibus ad operationes ſuas; ad ebrios & qvorum cerebrum graviori vulnere læſum eſt. Cerebri inprimis fabricam ad operationes mentis aliqvid conferre non active ſed paſſive ſtatuit; *æqve ac tubuli phonaſtici in cauſa ſunt*, ait, *ut ſonus harmonicus aut disharmonicus conſeqvatur, licet Muſicus organiſta rite & exacte ſuum faciat officium.* §. 33. Idem probat deinceps ex ſomno: nam cum ſomnus operationes Mentis penitus ſuſpendat, teſtimonio eſſe, deficere illud principium, qvo mens utitur, aut inidoneum plane eſſe, ut illius imperio obſecundet. Inſomnia vero hic non obſtare; potius ex abſona illa plerarumqve illarum connexione apparere, minus diſpoſitum eſſe tempore ſomni cogitationum illud inſtrumentum. Qvibus omnibus deniqve addit argumentum ex defatigatione corporis, cogitationibus nimium protractis & uni argumento intentis § 39 & diverſitate tempeſtatum, qvæ multum faciunt

ad operationes mentis melius aut minus expedite exercendas § 50. Inde concludit § 53. *Eſſe cogitationem humanam, operationem mixtam, qvæ mentem quidem directorem poſtulat, ſed non ſine certis materialibus cauſis, una aut pluribus, in actum deduci poteſt*, Non qvaſi materiam cogitare poſſe, ſtatuat, ſed ſpiritum corpori alligatum, qvamdiu in illo ſtatu eſt, non poſſe cogitare, ſine materialium cauſarum adjumento § 56 Opponuntur hæc hypotheſibus eorum, qvi putant: *Spiritum eſſe ens cogitans & materiam nihil habere cum cogitatione commune.*

Agit dein de *Perceptione mentis*, *ſive ſenſuum ac motus localis negotio*. Ex eo enim qvod omnis perceptio in morbis ſoporoſis lædatur, ut & ex apoplexiæ & guttæ ſerenæ phænomenis monſtrat, mentem non immediate percipere, ſed mediante materiali principio. Pari ratione de motu locali judicat. Cum enim vel in toto corpore aboleatur, ut in apoplexia, vel in parte qvadam, ut in paralyſi, hinc oſtendit, muſculos ſive inſtrumenta motus non moveri immediate a mente, ſed ex medulla ſpinali per nervos tranſire principium movens materiale, qvod ad imperium mentis muſculos ad motum concitet, § 66 ſ. ſomnum pariter Menti non eſſe adſcribendum, ex eo conſtare monſtrat, qvod nihil in eum poteſtatis habemus: ſæpe enim invitis nobis ſomnus obrepit, ſæpe involuntarie integras noctes inſomnes

ſomnes ducimus. § 67 ſ. Ex his principiis infert, falſam eſſe ſententiam, qva ſuſtinetur: *Mentem immediate percipere & immediate motum voluntarium exercere.* Sale perſtringit diſtinctionem Stahlianam inter *intellectum acqviſitum* & inter *intellectum inſitum*; juxta *illum* qvidem *velle* mentem uſum organorum reſtitutum, ſed ſecundum *hunc non velle.* Nam cum ex hypotheſi Stahliana additur: Mentem nullas habere Ideas de operationibus, qvas ſecundum intellectum inſitum agit, recte ait: Autores iſtos pariter non poſſe ullas de eo ideas habere. § 74 ſq. Concluſionem porro format contra novam doctrinam *de Harmonia præſtabilita.* Autores einm & Defenſores hujus Doctrinæ ſtatuunt: mentem neqve immediate neqve mediate partes ſolidas movere, ſed corpus propria virtute & qvidem harmonice tales operationes producere, qvæ cogitationibus mentis reſpondent, & vice verſa mentem non mediante corpore acqvirere ideas de objectis externis, ſed hanc, tanqvam Ens hujus univerſi repræſentativum, ad occaſionem ſive præſentiam objectorum ex ſe evolvere ideas, ex nexu, qvi inter res naturales intercedit ſibi neceſſario conſeqventes. *Si enim* (audiamus Philoſophum noſtrum ipſum loqventem;) *objectum viſibile non viſu, nec orationem ſacerdotis auditu, vere & realiter, percipit mens, ſed ex ſe*
 evolvit

evolvit ideas qvas in nobis excitare deſiderat ſacerdos? Qværitur, cur Mens, cœcitate aut ſurditate laborantis non ex ſe evolvat ideas objecti viſibilis actu præſentis, aut contenta orationis ſacræ? & ſi corpus ſe movet ſpontanea virtute & qvidem harmonice? qværitur, cur pes Paralytici non incedat, aut officium ſuum faciat, ex legibus Harmoniæ præſtabilitæ? Solvit hinc exceptiones qvasdam, atqve ſyſtema iſtud novum judicat ex iis eſſe, qvæ cum telis aranearum comparat *Verulamius*, tenuitate fili qvidem elegans, ſed qvod ad naturam rerum applicatum vanitatem ſuam ſponte prodit § 81 - 100.

Tandem agit hoc in capite §. 101. ſq de *operationibus vitalibus* ſive *naturalibus*, concoctione ciborum, circulatione ſangvinis, nutritione, accretione, incremento corporis, humorumqve vitioſorum ſecretione & expulſione. Has pariter non pendere â voluntate noſtra, qvilibet in ſe ipſo experitur; adeoqve mentem non eſſe principium naturalium contra *Stablium* aſſerit. Aliud igitur principium qværendum, qvod non ſui juris ſit, nec pro arbitrio agat, ſed coactum ſit ex neceſſitate legum, qvas ſummus conditor impreſſit, motus illos inſtituere. Hic denuo diſtinctionem inter intellectum inſitum & acqviſitum difficultates non tollere docet, contra ex principiis ſuis phænomena multa naturalia inprimis

mis ſenectutis ac mortis naturalis dilucidat egregie.

C: II agit de *principio vitali ac perceptivo.* Nam cum in primo capite docuiſſet: Mentem motibus vitalibus non præeſſe, nec perceptionis aut motus localis negotium ſolitarie perficere, oſtendendum erat, qvid præter mentem in homine occurrat, vitalibus animalibusqve actibus exercendis deſtinatum. Vitales igitur actus â *Sangvine* dependere docet, totum qvippe vitæ negotium â perpetuo ſangvinis motu pendere, mentemqve nihil habere in vitam ac vitales actus poteſtatis. Hinc Deum peculiarem ſangvinis curam habuiſſe ejusqve frivolam effuſionem morte expiandam voluiſſe; atqve experientiam teſtari vitam effuſo aut ſubſiſtente ſangvine perire. *Cerebrum* qvoqve cum medulla ſpinali, qvæ nihil aliud eſt qvam cerebrum continuatum, ad animales & vitales actus concurrere. Læſo enim inſigniter cerebro, functiones iſtas in homine lædi. §. 7. Hoc vero cerebrum cum non niſi paſſive ſeſe habeat, aſſerit, illud ipſum conſtituere habitaculum ſubtiliſſimi ætherei principii, qvod ipſi *Animæ Perceptivæ* nomine venit. Eſſe enim hoc principium *materiale* ex eo probat, qvoniam â cauſis materialibus impeditur, qvod teſtantur morbi ex obſtructione aut compreſ-

ſione nervorum oborti: ſed qvoniam in conſpectum non venit, & præterea ſumme activum & elaſticum exiſtit, ut ex operationibus iſtius apparet, neceſſe eſſe ut ſit *æthereæ* atqve aëreæ indolis. §. 9. 10. Præterea, cum principium hoc perceptivum easdem cum atmosphæra noſtra mutationes patiatur, qvod eleganter monſtrat §. 11-14 non probabiliter ſaltem, ſed demonſtrative inde concludit, animam iſtam eſſe aëreæ aethereæqve naturæ. Hinc contra Cl. *Rüdigerum* agit §. 17 qvi animas qvidem brutorum, principia iſta perceptiva & motricia, *ſpirituales ac animales* eſſe ſtatuit, ſed ex *materia ſubtiliſſima* conditas, oſtenditqve qvomodo bruta quælibet ad finem adeo prudenter operentur, §. 23. ſ. nimirum *etſi bruta multa ſecundum rectam rationem peragant, non tamen inde ſeqvi principium rationale ipſis ineſſe. Aliud enim eſſe, agere ſecundum rectam rationem, aliud ratione præditum eſſe: Nam & machinas artificiales ſecundum rectam rationem ſuas operationes peragere, ut Horologium, non qvod ipſæ finem intendant, ſed qvod ad* Leges *mechaniſmi fabrefactæ, talibus partibus præditæ ſunt, qvæ neceſſitant operationem, ut finis obtineatur, qvem ſibi præfixerat artifex. Sic ergo & ſummum Creatorem conſtruxiſſe animalia bruta, taliqve Cerebri machina, aliisqve organis, iis proſpexiſſe, ut & tali gaudeant perceptione, talesqve*

leſque ex neceſſitate edant operationes, quæ ad conſervationem ſuam eumque finem faciunt, quem intendit ſummus architectus. §. 23. 24. Oſtendit tamen, qvomodo ſeceſſum faciat ab iis, qvi bruta in meras machinas transmutant. §. 26. Πρῶτον ψεῦδος igitur Philoſophorum noſtri temporis feliciter ſe detexiſſe putat, qvo in errores deduci ſe paſſi ſunt, dum nimirum *Perceptionem & Imaginationem ſoli Menti ſolitarie tribuunt* & propterea vel brutis Perceptionem omnem denegant, vel mentem præſidem iſtis tribuere non verentur; diſtincteqve de ſolide reſpondet iis, qvi ex hac diſtinctione diſtinctum ſibi conceptum formare difficile eſſe putant: qvomodo nempe ex Anima materiali, Ætherea, & cerebri mechaniſmo mirandæ animalium operationes proficiſci qveant, aut qvomodo materialis iſta Anima, in Homine ad Mentis negotia concurrat §. 31. ſ. Ineſſe adeo humano corpori præter ſangvinem ſive *Animam vitalem* etiam *Animam perceptivam* atqve *motricem* ejusdem *naturæ* cum ea, qvæ brutis præeſt, *aëreæ* nempe atqve *ætbereæ. Vitam* nempe conſiſtere in *ſangvine; Animam* autem *perceptivam* atqve *motricem* ſalvum præſtare ſangvinis circulum. Circulum enim Sangvinis non â Mente, ſed a longe alio movente pendere, qvemlibet in ſe experiri, dum nihil nobis in vitam, vires ac

 ſani-

ſanitatem poteſtatis conceſſum eſt. Aëreum autem eſſe hoc movens, evincere inevitabile illud cum Aëre externo commercium; nam eo ſubtracto, vel ultra modum attenuato, ut in Antlia pneumatica obſervamus, internum illud qvieſcere ſtatim, aut diſſipari ſimul, ſicqve inidoneum reddi, ut partes vitalibus actibus inſervientes in motum deducat, unde ſangvis ſubſiſtit, & de Homine æqve ac brutis actum eſt. Hinc vitam Hominis & Animalium in halitu conſiſtere ex effato Jacobi *Epiſt:* c:IV. v: 14. Eſſe adeo in homine tres diſtinctas animas, vitalem, ſenſitivam & rationalem. Tandem hæc ſua vocabula conciliare ſtudet cum iis qvæ magis ſunt recepta, *ſangvinis* videlicet ac *ſpirituum animalium:* modo qvis non in eum incidat errorem, qvaſi ſola mens ſolitarie omnes operationes cum animales tum vitales producat.

C: III agit de *ſenſibus externis*. Hanc denuo doctrinam magna cura exponit, cum Philoſophi â temporibus Carteſii eam admodum corruptam dederint. Retulerunt enim omne ſenſuum ac perceptionis negotium ad *Ideas, qvas Mens ſibi de objectis fingit, nihil cum objectis commune habentes*. Hinc *Malebranchium* non percipere objecta ſenſibilia, ſed in Deo videre illorum ideas; Autores vero *Harmoniæ præſtabilitæ* ex ſe ipſis evolvere ideas rerum

rerum, qvoniam Mens gaudet facultate hujus univerſi repræſentativa, & ideæ ſe invicem neceſſario nexu conſeqvuntur. Refutat igitur duo primaria axiomata ab iſtis Philoſophis excogitata. Prius, ut omnem inter Mentem & corpus operationem mutuam tollant: *Omnem ſcilicet actionem & reactionem fieri per Contactum: Contactum autem non dari niſi inter corpora, ſpiritus enim Immateriales non habere partes extra partes, ergo per contactum agere non poſſe.* Poſterius, ut obtineant: Ideas noſtras nihil habere cum rebus ſenſibilibus commune: *In objectis nil eſſe niſi perceptionum cauſas; In igne nil eſſe niſi motum celerrimum particularum, in glacie nil niſi plenariam quietem, in acu non eſſe dolorem ſed cuſpidem.* Hæc dubia feliciter ſolvit; concedit enim ſpiritum per contactum phyſico ac crudo modo in corpora qvidem agere, aut ab ipſis pati non poſſe, neqve tamen adduci poſſe argumentum, qvod probet, fieri id non poſſe longe nobiliori & incognitâ nobis ratione. Etſi igitur de modo nobis non conſtet, qvo actio & reactio inter corpus & mentem peragatur, de ipſius tamen rei veritate dubitare nobis non licet, tot documentis & interna noſtra conſcientia teſtibus. Non igitur in totum negandum eſſe mutuum illud inter corpus & ſpiritum commercium. De altero dubio, ſive ſi placet axio-

mate

mate, ait, partim non probare qvod debebat probare, partim talem eſſe, ut plus in concluſionem inferat, qvam in præmisſis fuerit. In acu qvidem non eſſe dolorem ſed cuſpidem: ſed qværit: Undenam ſciant ineſſe cuſpidem, an viſu, an tactu, an ratione id edocti, ſciant? non ratione id ſcire; ergo mediante tactu & viſu. Evidentiſſime igitur apparere, ideam, qvam Mens de acu obtinet, non eſſe diverſam ab ea perceptione, qvam Viſus æqve ac *Tactus* menti offerunt. Dolorem autem dum percipimus, recte nos percipere. Percipere enim nos, adeſſe aliqvid, qvod vim inferat corpori. Hinc ægrotos diſtingvere dolores; percipere enim jam ut pungitivum, qvalis ab acu aut calculi acutis prominentiis; jam ut urentem, qvalis ab interna vel externa inflammatione producitur; jam intenſivum, qvi a flatibus provenit. &c. Adeo mentem nil fingere ſed pasſive cogi, dolores percipere ſuis cauſis reſpondentes. Si enim dolorem fingeret, in poteſtate noſtra foret dolorem non fingere & ab hac triſti perceptione prorſus abſtinere. §. 1-19. Eodem modo deinceps probat, nec calorem nec frigus eſſe Fictiones mentis, nec ſapores vel odores, qvi ex ſenſu *guſtus* & *olfactus* proveniunt, â mente formari, ſed revera nobis ineſſe. §. 20-54. De ſenſu *viſus* & auditus dum agere inſtituit ſtatim docet qvantum præſtent

ſen-

ſenſibus reliqvis. Hinc denuo poſt expoſita qvinqve reqviſita, ad videndam neceſſaria concludit: Mentem ſibi non formare ideas, ſed tales eas percipere, qvales ipſi per ſenſuum organa offeruntur, prout nempe oculi rite ſe habeant. §. 76. Ait inter alia, §. 78. Si ideæ noſtræ nihil commune haberent cum objectis viſibilibus, impoſſibile foret Pictori imaginem hominis in tabula exprimere, prototypo ſimilem, potius pingeret imaginem Ideæ mentis ſuæ ſimilem; multo minus reliqvi homines inter ſe convenirent imaginem Pictoris ſimilem eſſe archetypo, cum qvilibet peculiarem in Mente ideam gerat, nihil ſimilitudinis cum Archetypo habentem. §. 78. 79. Docet hinc: qvomodo Perceptio ab oculo ad commune ſenſorium deferatur §. 82. ſq. & qvid deniqve Mens in homine ad perceptionem rerum viſibilium conferat. §. 97 ſq. *Auditus* deniqve Senſum omnium primarium vocat §. 109 cum is primarius ſit omnium, qvo homo Mentem inſtruit. Hunc forte ſolum eſſe, ait, de qvo recte aſſeritur, qvod plane aliud ſit extra nos, aliud vero Idea qvam in nobis excitat. Non eqvidem in qvantum ſonum aut articulatam vocem ſenſu percipimus, ſed in qvantum vocum ſignificationes intelligimus. Mirum hic prædicat ſummi Conditoris artificium qvod in natura aëris reconditum latet. Cum enim

tot

tot variæ lingvæ ſint, in qvibus ſingulis tot myriades vocum occurrunt, qvælibet tamen illarum peculiarem aëris motum ac determinationem reqvirit. Nam qvilibet articulatus ſonus, certum aeris motum tremulum, certamqve modificationem poſtulat. Docet, qva ratione ſoni articulati Perceptio fiat. Organum nempe auditus mechanice conſtructum ea habet omnia, qvæ ad ſonum recipiendum aut augmentandum Natura aut ars unqvam excogitare potuit, auris enim externa excipit radios ſonoros, meatus auditorius eos colligit atqve ad concham defert; Labyrinthus ac præprimis cochlea in immenſum ſonum augent, eumqve ad Animam perceptivam in nervis acuſticis præſentem referunt. §. 119. De hac vero ſoni articulati idea judicare ſolius mentis eſt. §. 121. Sonum igitur vocis ſive vocem articulatam ab idea vocis diſtingvit, qvam a pacto aut conſvetudine ſignificat. Hanc eſſe intellectualem & Mentem reqvirere, illam vero ſenſualem eſſe & in bruta cadere. Sonum igitur articulatum bruta æqve ac homines percipere, in qvantum eſt ſonus, ſed ſignificationes vocum ſolam mentem apprehendere. §. 129.

C: IV. de *ſenſibus internis* agit. Et ſenſum qvidem communem â ſimplici perceptione non diſtingvendum eſſe cenſet, cum nullum

lum indicium proſtet, ſenſum hunc â qvinqve recenſitis differre; ex Anatomia qvoqve conſtet Nervos, Perceptioni inſervientes, non in unum Cerebri Punctum concurrere, ſed alios aliorſum in plane diſcrepantes cerebri partes deflecti. Memoriam igitur & Phantaſiam conſiderat tanqvam duas potentias, qvarum qvælibet peculiares ſuas Ideas, per ſenſus perceptas aſſervet, ita ut paratæ ſint ad Imperium mentis eas denuo revocare & menti ſiſtere. *Memoriam* inprimis *reſpicere Ideas, per auditum olim perceptas, verba ſignificantia, qvælibet ſuo loco & juſto ordine repetenda. Phantaſiam* vero *occupare ſe potiſſimum circa Ideas viſu olim perceptas, abſentes, tanquam præſentes denuo repetendo. Imaginationem* deniqve ad Memoriam ac phantaſiam æqvaliter reſpicere judicat. Ita ut imaginatio denotet *ipſum actum, qvo Menti denuo ſiſtuntur Imagines rerum viſibilium vel verba ſignificantia*, differatqve a præcedentibus tanqvam actus â potentia proxima §. 5. 6. 11. Statuitqve adeo tres ſenſus revera inter ſe diſtinctos. Senſus vero dici internos, qvoniam ſenſuum vicem qvaſi præſtant & rerum olim perceptarum ideas tam vivide Menti ſubminiſtrant, qvaſi de novo per Senſus eas hauriat excipiatqve. Hos qvidem exerceri â Mente, indigere tamen Mentem materialibus Inſtrumentis, cum ſæpe nobis obveniant ideæ ingratæ, triſtes

invi-

invita penitus Mente, ut non dubitare liceat, concurrere ad *Imaginationis* exercitium Principium aliud â mente penitus diverſum. Jucunda omnino lectu ſunt, qvæ deinceps § 38. ſq. habet de *memoria ſenſuali*, qvæ circa voces articulatas occupatur & de *mentali* ſeu intellectuali; iſtam ad *animam perceptivam*, hanc vero ad *mentem* magis reſpicere neqve tamen ſolitarie, ſed miniſterio *Imaginationis*, & qvæ hujus generis alia ſunt.

C. V. agit *de ſic dictis operationibus intellectus puris, Judicio & Ratiocinatione. Judicium in Idearum vel olim perceptarum, vel harum, cum iſtis, qvæ nunc actu percipiuntur, combinatione aut diviſione, conſiſtere* asſerit, & extendere ſeſe ad ſenſibilia æqve ac intellectualia. Hanc igitur facultatem Menti qvidem tribuendam eſſe, ſed non ſoli, idem illud enim Principium materiale, qvod Ideas primitus Menti, ope ſenſuum ſubminiſtrat, etiam reqviritur, ut repetantur Ideæ olim acqviſitæ. § 15. Hinc concludit, mentem non commode definiri qvod ſit *Ens cogitans*, cum cogitatio ſive combinatio aut diviſio Idearum actio ſit mixta, qvæ auſpicio qvidem mentis inſtituitur, ſed non ſine repetitione Idearum, olim perceptarum abſolvitur, Repetitio autem iſta ſive Imaginatio mediante Principio perceptivo fiat. Bruta autem judicio carere qvod

con-

contra *Stahlianos* pariter inde elicit, qvoniam mente ſive ente rationali, qvod de perceptis judicat, deſtituantur. *Ratiocinationem* ait, eſſe nihil aliud, qvam *ideæ noſtræ per ſenſus non percipiendæ ex ideis notis collectionem*. Nam qvæ immediate ſenſibus patent non cadere ſub demonſtrationem, nec â ſtoliditate multum abeſſe, qvi de omnibus dubitandum putant. § 27. ſq. Iterum hîc inſinuat: Ratiocinationem non eſſe operationem Intellectus puri, qvoniam ſine imaginatione ſive repræſentatione Idearum olim ſenſibus perceptarum &c, exerceri non poteſt. Imaginatio enim nobis ſuppeditat præmiſſas per experientiam propriam vel alienam olim perceptas, qvod ſine Animæ perceptivæ concurſu fieri neqvit, qvæ vero ex his inſtituitur Ratiocinatio iſta omnino ad Intellectum pertinet. Idem confirmat ex diverſitate operationum mentis pro diverſitate temperamenti. Huic capiti ſubjungit *appendicem de Gallorum in Germanos & reliqvos Septentrionales, calumniis, & an Galli præ cæteris omnibus ſapiant?* juſto affectu plenum.

C. VI. agit *de affectibus, qvos alii Paſſiones* vocant. Affectus in Brutis eſſe § 2. docet, adeoqve eos ad animam perceptivam pertinere, qvod vel inde concludere licet, qvoniam nobis invitis ſæpiſſime exſurgunt: Id tamen diſcriminis inter Affectus hominum ac brutorum

intercedere, qvod homines Mente inſtructi, Affectus reprimere valeant, Bruta autem, hoc Præſide deſtituta, obicem affectibus ponere neſciant. Qvod autem affectus ſedem habeant in Anima perceptiva ex eo probat qvod affectus iſti pro diverſitate Temperamentorum valde differant, § 13-23. Mentem vero concurrere, vel diſſentiendo vel conſentiendo, ut vel moderentur inde vel deteriores reddantur. § 24. ſ. Moleſtum ac perdifficile eſſe Menti, internis iſtis motibus obſiſtere, § 43. ſq. animam hanc affectuum perceptivam ſedem non habere in corde, qvod Jll. *Thomaſius* vult, ſed primario in cerebro. § 49-53. Cor tamen ſimul ac alias partes pati, &c. &c. cur vero cor in ſacris primario accuſetur, § 63. exponit. Cætera tranſimus.

Supereſt c. VII. in qvo multa philoſophatur *de commercio mentis cum corpore noſtro & motu voluntario.* Neceſſe erat, ut motum voluntarium poſſemus exercere, qvo actiones noſtræ ab imperio mentis dirigerentur. Mens tamen iterum motum hunc non immediatè dirigit, ſed potius altera inferior anima, qvam cum brutis habemus communem ad ejusmodi actus a Deo ordinatam v. § 3. & c. I. §. 66. 70. qvod vel exinde apparet, qvia in ſtatu morboſo motus ille voluntarius ſuſpenditur nonnunqvam vel aboletur, ut in Paralyſi, & apo-

plexia

plexia: contra vero interdum intenditur invicta mente, ut in convulſivis & ſpasmodicis conſtrictionibus corpori admodum moleſtis. Qva occaſione Stahlianorum intellectum Mentis inſitum repudiat. Præter Mentem enim ſtatuit, aliud nobis ineſſe *principium* Perceptivum & movens, *qvod ad certas motus leges adſtrictum, omnia, qvamdiu corporis machina rite ſe habet, rite etiam peragit, ſine ullo intellectu inſito; contra vero vel violentius, qvam par eſt, operatur, vel ab operationibus his ceſſat, aut in motum inordinatum abit, prout ab aliis cauſis præternaturaliter concurrentibus, vel incitatur nimium vel turbatur, aut penitus in motu ſuo ac functionibus impeditur.* § 15. Qvomodo vero Mens, tanqvam res incorporea, in corpus ſuum agat, aut viciſſim a corpore ſuo afficiatur, id qvidem hactenus induſtriam humanam eruere ac cogitatione asſeqvi non potuisſe. Carteſiani qvidem *omnem actionem & reactionem inter Mentem & corpus* negant, ſed ex ignoratione modi ad negationem rei falſo concludunt: qvilibet enim evidentisſime novit, ſe manus pedesqve pro arbitrio Mentis regere ac movere, aut a motu jam inchoato rurſus abſtinere: mentemqve vicisſim a rebus corporeis, mediante perceptione, affici. Alii iſtam actionem & reactionem *impoſſibilem* esſe concludunt; ſed ad animum iis revocat, qvid de ipſorum Deo,

& primo omnium Motore fiet, ſi principium ipſorum ſit univerſaliter verum. Conſeqvi enim inde, docet, ut eum ſtatuant vel *materialem* cum *Spinoza*, §. 24. vel ſi immaterialem, plane eum reddant *impotentem* ac *Epicureum* §. 25. Harmoniæ vero præſtabilitæ autores in contradictoriis verſari docet. §. 26. Qvamobrem ita ſtatuit: Mentem humanam cum corpore ſuo, non *voluntarie*, non *liberè* eſſe junctam, ſed potius *ex Legibus ab æterno ſtabilitis*, corpori humano, & in ſpecie, *cerebro* eſſe *annexam*, ut Mens, qvamdiu ſuum cum corpore commercium durat & organa qvævis rite ſunt conſtituta, *evitare neqveat*, *qvin objectorum impulſum*, qvi manifeſtam aliqvam in cerebro mutationem cauſatur, *percipiat*, potius coacta ſit percipere, etiamſi nolit. Qvando autem objecta in communi ſenſorio mutationem nullam excitant, ſive propter debilitatem impreſſionis, ſive propter obſtructionem nervorum, tum *Mentem nihil plane percipere, etiamſi lubens percipere velit*. Ex qvo conſeqvatur: *Mentem non ex ſe evolvere ideas ſuas, nec in Deo eas percipere*. §. 32. 33. ſq. Addit: Mentem non unicum nec immediatum Perceptionis Principium in homine exiſtere juxta C:I. 60. Sed habere conſcientiam Idearum per ſenſus perceptarum, ipſiusqve officium eſſe, de iis judicare, ratiocinari, ſive ignotum

ignotum ex notis colligere, affectus ab objectis excitatos moderari, &c. Qvemadmodum enim Mathematicus in camera obſcura, licet oculos ab objectis externis averſos habeat, in pariete albo, intuetur & agnoſcit, qvæ externe peraguntur, aut *Kircherus* in muſæo acuſtico audit ſermones ê longinqvo colloqventium, ſic mentem medio in Cerebro agnoſcere, qvæ anima perceptiva illic repræſentat. Ex qvibus denuo concludit & ſolide demonſtrat contra autores & fautores harmoniæ præſtabilitæ, mentem non ex ſe evolvere Ideas, nec gaudere mentem virtute hujus univerſi repræſentativa, aut in DEo omnes veritates intueri §. 34-48. Hinc porro ſibi indagandum ſumit, qvomodo ſpiritus, e.g. Mens humana, vicisſim motum voluntarium corpori, ejusqve partibus inprimat. Sed, ne nimium excreſcat hæc recenſio, perſeqvi hæc ulterius nolumus.

Ex qvibus omnibus ſatis ſuperqve apparet, celeb. Autorem felici connubio ſobriam philoſophandi rationem, cum arte medendi junxiſſe. Egregium qvippe, dum de humana anima commentari aggrediebatur, ſubſidium â ſalutari illa arte ſperare poterat. Nam qvorum unus in ſpeculando, circa tam difficilem materiam labor conſiſtit, neqve naturam per naturam explicare, aut â particulari obſervatione ſive phœnomeno ad univerſale conclu-

dere, aut ex ſimilibus alia ex diſciplina petitis argumentationem inſtituere ſuſtinent, aut deniqve abſtractos qvosdam mentis conceptus & univerſalia axiomata ſibi in cerebro fingunt, qvæ ad Naturam non applicant, ut exinde veritatem eorum æſtiment, ſed ipſi invitæ obtrudunt, falli aliosqve fallere non eſt mirum. Palmam vero his præripere meditationes has facile concedet, qvi teſte Autore attendet, eum non novum advenam hic eſſe, ſed â viginti amplius annis contemplationi corporis humani addictum eſſe, multaqve in ipſis ægrotis aut ab aliis Medicis notata habere, qvorum pleraqve Philoſophos ſpeculativos, qvi muſéum ſuum non egrediuntur, communiter latent. Multa vero præterea in hoc libro, laudem non exiguam merentur. Dignum eſt omnino Philoſopho propriâ induſtriâ confectum atqve bene cohærens ſyſtema orbi offerre. Secus illi faciunt, qvi ſyſtemata Philoſophica condunt ex tabulis undiqvaqve corraſis & male cohærentibus compilata. Laudandum eſt in tanto Philoſopho effatum: *Ego, uti ab iſtis opinionibus, qvæ vim inferunt S. Scripturæ, penitus alienus ſum, & ea, qvæ â me pertractantur, diſtincte perſpecta habeo, ſic, ut viciſſim, perſpicue mentem exprimerem, neqve metu, neqve neceſſitate prohibeor.* Deniqve undiqvaqve elucet, alienum Eum eſſe ab

iſtis

iſtis hodiernis opinatoribus ac Idealiſtis, qvibus ſolenne eſt hypotheſes excogitare, ad qvas deinceps leges naturæ efformare allaborant, adeò, ut qvæ in natura ex ipſis explicare neſciunt, aut ipſis adverſa perſpiciunt, tanqvam irrita, naturæ vires ſuperantia imo omnipotentiæ divinæ impoſſibilia, negare malint, qvam reſipiſcere. In hos ſæpe, qvandoqve adeo non ſine bile animadvertit. Tandem qvoqve laudem meretur ſcopus & tractandi modus de qvo c: VII. §. 125. *Hæc vera eſt Philoſophia, qvæ ad uſum & felicitatem humanæ vitæ confert; ut contra inanis ac vana eſt, qvæ muſcas captat, vel ad uſum applicari neqvit, aut rectè agendi normam in artis ſalutaris exercitio turbat & in devia ducit.*

III.

CHRISTIANI DEMOCRITI eröffnete Muhtmaſſungen und merckwürdige Gedancken, über Herren Jacobs von Melle, Sen. Miniſt. Lubec. Commentatiunculam de ſimulachris aureis &c. oder deſſen kurtze Beſchreibung von den güldenen Bildergen, welche auff der in der Oſt-See liegenden Inſul Bornholm, in einem Acker vor einiger Zeit gefunden worden, auff Veranlaſſung einiger Freunde daſelbſt entworffen: Denen

 noch

noch beygefüget ein Antworts-Schreiben ad Amicum Bornholmiens. darinnen er ſeine wahrſcheinliche Meinung von dem in Jütland geſundenen güldenen Horn/ ſo ſich in der Königlichen Kunſt-Kammer zu Copenhagen befindet, welches Olaus Wormius in Kupffer ſtechen laſſen, und darüber in Lateiniſcher Sprache geſchrieben, auff Erſuchen etwas weitläufftiger entdecket. Hamburg 1725. 4to. 5. pl.

QVem vel è vivis jam ereptum, vel ad extremos delatum Garamantas crediderunt multi, exſurgit denuo, inqve ſcenam publicam prodit famoſus jam ſatis *Chriſtianus Democritus*, vero nomine JOHANNES CONRADVS DIPPELIVS appellatus. Perlatum fuerat ad eundem, in arce Hammershuſia Inſulæ Bonrigholmiæ detentum (1) exemplar *Commentatiunculæ* Max. Rev. Noſtri Senioris, Dn. IACOBI A MELLE, & ſeorſim in forma ſecundi ordinis editæ, & Bibliothecæ noſtræ Volumini I. p. 1. ſq. inſertæ, *de ſimulachris aureis, qvæ in Boringholmia maris Balthici Inſula agris eruuntur*. Rogatus itaqve ab amicis ſuam qvoqve de antiqvis iſtis monimentis ſententiam exponere voluit, cui ab edi-

(1) Qvo fato in hunc locum fuerit delatus, narratur in *Relationibus Innoxiis* an. 1719. Pt. V. p. 879. ſq.

editore (2) verſio Commentatiunculæ memoratæ, vernacula lingua adornata, præmittitur.

Orditur vero ſcriptionem ſuam Dippelius taxando et reprobando ea, qvæ vel in titulo vel commentatione ipſa allata fuerant, digreſſiones prolixas culpans, & qvæ ſub initium de Inſula Bonrigholmia ejusqve incolis dicuntur, nullum in hiſtoria fundamentum habere aſſerens, auctoremqve negligentiæ, qvæ excuſari neqveat, arguens, qvod ſimulachra hæc in Boringholmiæ *agris*, non *agro*, erui dixerit; et qvæ ſunt alia, ſtylo Dippeliano ſatis noto relinqvenda, atqve à moribus eorum, qvi antiqvitates ſcrutantur, aliena. (3)

(2) Eſt is J. C. PAGENCOPEN, qvi ſe Medicinæ Practicum vocat, Dippelii amicus & Commendator valde diligens, idemqve, niſi nos omnia fallunt, haud ita pridem evulgavit: *Des berühmten Gerhardi Noodts, Profesſoris zu Leyden in Holland, gelehrte Rede von der Freyheit des Gewiſſens, wie ſelbige in dem Natur- und Völcker-Recht gegründet iſt, nach dem Lateiniſchen Original und Frantzöſichen Verſion des Hr. Barbeyracs in das Teutſche überſetzet, und mit einer Vorrede verſehen, worinnen dieſe wichtige Materie aus der Hiſtorie und Erfahrung weiter unterſuchet, und auff den Zuſtand des Röm. Reichs appliciret wird.* Franckf. und Leipzig, 1724. 8vo. In qvo libro id maxime ſingulare eſt, qvod *Præfatio* ad principia Dippeliana efformata vel ſextuplo excedat, ipſius *libelli* magnitudinem, cum ſcilicet illa I. A. 4¾ pl. hic vero 4¼ pl. abſolvatur.

(3) In gratiam Lectoris has Ariſtarchi noſtri cenſuras

Sententiam deinde Dn. Senioris Noſtri, qvo ſimulachra hæc Bonrigiorum veterum ac Chri-

paucis ſub examen vocare juvat. Qvas ille digresſiones prolixas nominat, eſt brevis deſcriptio Inſulæ Boringholmiæ, paucis lineis conſtans, iisqve omnino necesſaria, qvibus hæc Inſula minus ac Dippelio, eſt cognita, cum aliis, qvæ ad asſertiones ex hiſtoria aut illuſtrandas aut confirmandas apprime faciunt. Id vero conjecturæ, qvam titulus præfert, modum excedit, qvod decretoria voce illa, qvæ de Inſula Boringholmia ejusqve incolis dicuntur, omni fundamento hiſtoriæ deſtitui pronuntiet. De Inſula ipſa Boringholmia hæc dicuntur: qvod imperio Regis Daniæ ſubſit, qvod qvadraginta milliaribus Lubeca diſtet, qvod Lubecenſium reipublicæ olim per qvinqvaginta annos paruerit. Poteritne vero Dippelium fugere imperium Sereniſſ. Regis Daniæ in hanc inſulam, qvi jusſu illius in eandem eſt deductus, ibiqve in hunc usqve diem cuſtoditur? Num calculus ille communis nautarum mare Balthicum pernavigantium fallit, melioremqve eodem Dippelius invenit, de qvo habeamus, qvod ipſi gratulemur? An nosmet ipſos in hiſtoriæ patriæ documentis adeo hoſpites crediderit, ut qvid noſttæ reipublicæ cum inſula hac olim commercii intercesſerit, vel negare vel ignorare qveamus? Non ſane hæc illi mens ſedebit. Reſpiciet ergo potisſimum ad incolas hujus inſulæ, de qvibus ex *Job. Lauerentzen* Muſeo regio p. 260. refertur, eos olim ab Imperatoribus Orientis cuſtodiæ corporis adhibitos fuiſſe. Atqve id qvidem l.c. teſtimoniis è Nicephoro Gregora, Codino, Meurſio aliisqve adſtruitur, qvæ tam diu firma manebunt, donec Dippelius certiora in medium protulerit.

Qvanta vero eſt culpa! qvantus error! qvod in titulo

Chriſtianis ſacris nondum imbutorum, idola domeſtica, ſive lares & penates denotare conjecerat; in re ipſa atqve in hiſtoria nullum prorſus fundamentum invenire ait, ideo qvod documentis antiqvis probari neqveat, ullam unqvam nationem gentilem lares tam exilis tenuisqve fabricæ coluiſſe. (4) Ipſe igitur, qvid

titulo pasſimqve in Commentatiuncula ipſa dicatur, ſimulachra hæc *agris* erui, cum in uno eodemqve *agro* ſint reperta; qvalis hæc negligentia auctoris, qvod ipſe non viderit aut legerit, qvæ ab amico Bornholmenſi reſponſi loco acceperat: *In uno eodemqve agro hic unam, ibiqve rurſus unam icunculam fuisſe repertam*, p.3. Ecqvis autem negaverit, *agris & terris*, atqve *agro & terra* eruere, promiſcue dici? qvod ſi minus Dippelio arrideat, expungat ubiqve *agris*, & *agro* reponat. Et qvid refert, num uno an pluribus in locis imagines iſtæ fuerint detectæ, cum momentum qvæſtionis in eo minime verſetur? Qvin & jam pluribus abhinc annis icunculæ ejusmodi aureæ in Boringholmiæ agris effosſæ, ad manus mercatorum noſtrorum ſatis magno numero pervenerunt, atqve aurifabris venditæ ſunt; ut adeo copia illorum major omnino olim extiterit, nec in illis ſolis, qvas Muſéum Mellianum asſervat, ſit qværenda, uti qvidem Dippelius præter rem ſibi perſuadet.

(4) Qvas Dippelius profert conjecturas, ſemper in re ipſa atqve in hiſtoria ſunt fundatæ. Aliorum vero conjecturæ, etiamſi a re ipſa non abludant, teſtimoniisqve hiſtoricis ſuffulciantur, non modo parum, ſed omnino nihil fundamenti habere, ipſi exiſtimantur. Itaqve & Rev. Noſtri Senioris conjecturam de laribus aut idolis domeſticis, veluti ne ulla qvidem

qvid ſentiat, expoſiturus, Ægyptiacam illis originem adſcribit, figuraſqve illas qvatuor, in tabella ænea num. 1. 2. 3. & 9. expreſſas, eſſe ſacerdotes Oſiridis credit, ita ut fig. 2. Pon-

---

qvidem veritatis ſpecie gaudentem, prorſus rejicit, ob pondus exiguum icuncularum, cujusmodi idola à gentilibus culta fuiſſe probari neqveat. Hanc ſane exilitatem materiæ, non ubivis obviæ, raritati adſcribendam eſſe, qvivis facile videt. Qvid ſi vero ex ipſis, qvæ Dippelius tantopere miratur & ſuſpicit, Ægyptiacæ ſuperſtitionis monimentis probemus, non inſolens fuiſſe apud Gentiles adeo minutas Deorum ſuorum icunculas effingere? Hujusmodi enim haud raro reperiuntur in thoracibus funerum conditorum, qvæ mumias vocant, nec ita pridem numero ſatis magno detectæ ſunt in cadavere tali, anno 1715. ex Egypto Gotham advecto, qvas diligenter admodum deſcripſit CHRISTIANVS HERTZOG *in Mumiographia Medica, oder Bericht von Ægyptiſchen Mumien*, Goth. 1716. 8vo edita. Occurrunt in his p. 76. tria ſimulachra Iſidis ex lapide Lazuli, qvorum primum 11. alterum 9. & tertium 13. grana medica pendet, itemqve figura Apidis, ponderis 12. gr. cum dimidio; p. 78 effigies Canopi ex Achate nigro 17. grana pendens; p. 80. Apis ex Achate ſubobſcure variegato granorum 21, icunculæ duæ Apidis ex alabaſtro grana 12. & 22. pendentes, cum figuris hieroglyphicis aliis minoris adhuc ponderis. Iſtius autem generis ſimulachra privatarum domorum lares & penates fuiſſe, ATHAN. KIRCHERVS affirmat. Vid. *Muſæum Kircherianum* à PHIL. BONANNI deſcriptum Claſſ. I. p. 34. & Tab. XIX. p. 56. Qvæ, ſi qvis attendat, haud negabit, unqvam a gentilibus idola levioris ponderis fuiſſe culta.

Pontificem Maximum deſignet, veſte ſacra & pectorali ornatum, qvi Oſiridi fertum ſiſtat, placentam nimirum formæ qvadratæ, Romanis libum dictam; fig. 1. Sacerdotem qvendam minoris dignitatis, libamen in cornu gerentem; (5) fig. 9. Myſtam inferioris adhuc ordinis, ſacrificiis haud intentum, qvi præcentoris forſan munus geſſerit, eò qvod ore patulo exprimatur; (6) fig. 3. deniqve diaconum aut ſubſtitutum, qvi panes & vaſa ſacra ſub pallio geſtet. Fœmineum præferentes ſexum figuras Iſidis, uxoris Oſiridis, (7) Sacer-

(5) Omiſſa hic ſunt nonnulla in exemplari impreſſo ſenſum turbantia, cum in MSto, quod ad manus noſtras pervenit, poſt verba: *von was geringern Rang*, hæc legantur; *der mit dem Tranckopffer in einem Horn erſcheinet. Das 9te repræſentiret einen Prieſter von was geringerem Rang noch als voriger, der mit dem Opffern nichts zu ſchaffen gehabt, &c.*

(6) Comparentur hæc cum aſſerto STRABONIS, qvi Lib. XVII. *Geograph.* p. 560. edit. Is. *Caſaub.* inqvit: Ἐν δὲ τῇ Ἀβύδῳ τιμῶσι τὸν Ὄσιριν· ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τοῦ Ὀσίριδος οὐκ ἔξεστιν, οὔτε ᾠδὸν, οὔτε αὐλητὴν, οὔτε ψάλτην ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ, καθάπερ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἔθος. Abydi (in Ægypto) Oſiris colitur: in ejus templo non licet nec cantori, nec tibicini, nec citharœdo ſacrificium auſpicari, qvemadmodum mos eſt aliis Deis.

(7) *Non liqvet, utrum Oſiris fuerit Iſidis maritus, an frater,*

cerdotes eſſe putat, qvæ diebus feſtis ſaltando cultum peregerint, et in his vetulas n. 6. 7. 8. Ceremonias ordinaſſe, juvenculas autem n. 4. 5. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. ſaltatorio motu ſe exercuiſſe. Eam in primis, qvæ in ordine qvarta eſt, paſſu leniori incedere, & Gallico ritu ſaltare, (*Menuet tantzen*) qvintam & decimam vero Hungaricæ gentis tripudia exhibere. (*machen auff Hungariſch einen krummen Katzen-Sprung*) Licet enim fig. 5. ab Auctore Commentat. ſedens dicatur, Dippelius tamen vel formam imaginis nimis eſſe incurvatam, vel fœminam hanc inter ſaltandum lapſam eſſe exiſtimat. (*iſt unter dem Tantzen auff den podex gefallen*) (8) Qvæ ſeqvuntur figuræ 16.

---

ter, vel filius. Diodorus enim & Martianus maritum, Plutarchus fratrem & maritum, Lactantius & Minutius Felix filium, Euſebius maritum, fratrem & filium fuiſſe ſcribunt. LAVR. PIGNORIVS *in Expoſitione menſa Iſiaca*, p. 2. b. edit. Francofurt.

(8) Lepidum hunc ſaltantium ſacerdotum, fæminini generis, chorum uno ictu diſſolvit, qvi hic è diametro adverſus eſt, HERODOTVS, Hiſtoriæ parens, cujus autoritatem Dippelius eò minus rejiciet, qvod à JOH. MARSHAMO in *Canon. Chron.* p. 224. edit. Lipſ. collaudetur. Ita autem Herodotus Lib. II. qvi Euterpe inſcribitur, p. 115. edit. Henr. Stephani: Ἱρᾶται γυνὴ μὲν οὐδεμίη, οὔτε ἔρσενος θεοῦ, οὔτε θηλεης ἄνδρες δὲ πάντων τε καὶ πασέων. *Mulier* (apud Ægyptios) *neqve dei neqve deæ ulla ſacer-*

doe

16. 17. 18. 19. eas Reges atqve Philoſophos Ægyptiorum celebriores repræſentare opinatur, inprimis Hermetem Trismegiſtum, qvi maximus ſuo tempore Theologus, Philoſophus, atqve Rex fuerit, primusqve artem metalla transmutandi invenerit, ac 30000. Volumina conſcripſerit. (9) Illum juxta functionem

dos eſt, ſed viri deorum omnium & dearum. Mirari vero heic convenit acumen ingenii Dippeliani, qvod in figuris hiſce rationes ſaltandi gallicas atqve Hungaricas tam feliciter invenerit ac diſtinxerit. Nemo ſane in hæc myſteria abdita atqve abſtruſa rite penetrare poterit, niſi qvi cum eodem

tam cernat acutum
Qvam aut aqvila, aut ſerpens Epidaurius.

Qvinimo ſagacitas hujus antiqvarii tanta eſt, ut contra omnem oculorum fidem ex ſedente faciat ſaltantem vel lapſam, qvam eadem opera delaſſatam qvieti ſe dare dicere poterat, ut redintegratis viribus eo alacrius in ſaltatione coepta pergere poſſit.

(9) HERMETEM ſive MERCVRIVM Ægyptium ideo τρισμέγιστον ſive *Ter Maximum* appellatum fuiſſe, qvod divini ſpiritus afflatu in Trinitate unam eſſe divinitatem aſſereret, credit STANISLAVS KARNKOWSKI, Archi-Ep. Gneſnenſis, in Epiſt. ad *Hannibalem Roſſeli*, qvi *Pymandrum* (ſive Pœmandrum) *Mercurii Trismegiſti* Cracoviæ 1584. fol. edidit, * 4. De hoc multa paſſim traduntur, qvæ tantæ non eſſe fidei & antiqvitatis, qvanta vulgo iis tribuitur, Viri docti dudum demonſtrarunt. Plena hic fere omnia tenebrarum, plena impoſturarum, qvas ſubdoli homines excogitarunt, ut merito ſubſcribendum ſit judicio

Digitized by Google

nem triplicem hic delineari ſibi perſuadet, ita ut

dicio JAC. PERIZONII, in *Origin. Ægyptiacis* cap. XXII. p. 403. aſſerentis: *Si qvis hæc incerta cum ratione juſta facere certa, aut veriſimilia poſtulet, is enimvero alia debet habere rerum antiqvarum documenta, qvam qvæ hucusqve vulgata ſunt.* Conf. HERM. WITSIVS Ægyptiac. Lib. II. cap. V. p. 92. ſq. Tabula inprimis Smaragdina Hermetis totius artis Chemicæ fundamentum continere dicitur, qvam vero per fabulam imo merum mendacium Hermeti attribui affirmat HERM. CONRINGIVS *de Hermetica Ægyptiorum vetere et Paracelſicorum nova Medicina*, cap. III. p. 29. Vid. de eadem JOH. ALB. FABRICIVS in *Biblioth. Græc.* Lib. I. cap. X. §. IV. p. 68. ſq. qvi et de rebus & ſcriptis Hermetis l. c. à cap. VII. ad XII. omnium ſolidiſſime egit. JAMBLICHVS ex teſtimonio Seleuci Mercurio viginti millia librorum, ex Manethonis autem 36525 tribuit. Ita enim in libro περὶ μυςηρίων Sect. VIII. cap. I. p. 157. edit. *Thom. Gale*, inqvit: Τὰς μὲν ὖν ὅλας (ἀρχὰς) Ἑρμῆς ἐν ταῖς δισμυρίαις βίβλοις, ὡς Σέλευκος ἀνεγράψατο, ἢ ταῖς τρισμυρίαις τε καὶ ἑξακισχιλίαις, καὶ πεντακοσίαις καὶ εἴκοσι πέντε, ὡς Μανεθῶς ἱςορεῖ, τελέως ἀνέδειξε. *Principia quidem univerſalia Mercurius ipſe tradidit duabus voluminum myriadibus, ut narrat Seleucus; vel ut Manetho, librorum ſex chiliadibus qvingentis & viginti qvinqve ſupra tres myriadas, perfectiſſime demonſtravit.* At ipſe *Jamblichus* Sect. I. c. I. p. 1. monet, ſapientes Ægyptiorum ſub Mercurii nomine ſua edidiſſe omnia commen-

ut fig.16. eundem tanqvam Sacerdotem ſive Theologum, ſine raſura tamen & cucullo, eo qvod dignitati regiæ hoc adverſetur: fig. 17. tanqvam Philoſophum veſte commoda & breviori indutum, inqve laboratorio vel muſeo ſuo verſantem: & fig. 18. tanqvam Regem, regio capitis inſigni ſeu diademate ornatum exhibeat. Neqve enim comam ſive capillos in hiſce figuris agnoſcit, ſed regium capitis involucrum ſive diadema (10) iisdem expri-

mentaria, ἑρμοῦ πάντα τὰ οἰκεῖα συγγράμματα ἐπονομάζοντες, idemqve fatetur Sect. VIII. c. IV. p. 160. ſcripta, qvæ ſub Mercurii nomine circumferuntur, Mercurii tantum opiniones continere, aliorum vero Philoſophorum lingva eſſe concinnata. Obſervat præterea THOM. GALE. in notis ad h. l. p. 295. qvæ Jamblicho βίβλοι dicantur, revera λόγους eſſe, breves qvidem nec ita prolixos, ſub qvo certe titulo Mercurii commentarii à veteribus laudentur. Ut adeo, qvæ de Hermeticorum librorum ingenti multitudine tam ſplendide jactantur, facile in in fumum abeant.

(10) Ægyptiorum Regum diademata, eorumqve ornatum deſcribit DIODORVS SICVLVS Biblioth. Hiſt. Lib. III. p. 145. ex recens. *Laurent. Rhodomani*, aſſerens, τοὺς βασιλεῖς χρῆσθαι πίλοις μακροῖς ἐπὶ τοῦ πέρατος ὀμφαλὸν ἔχουσι, καὶ περιεσπειραμένοις ὄφεσιν, οὓς καλοῦσιν ἀσπίδας. *Reges* (Æthiopum æqve ac Ægyptiorum) *geſtare pileos ob-*

longos,

mi contendit. Etſi autem ſuam hanc explicationem, qvæ imperitis antiqvitatum efficta forſan videri qveat, auctoribus, capitibus atqve paginis jam non poſſit demonſtratam dare: interim tamen, ne qvis de fundamento illius dubitet, Lectorem ad ſcripta celeberrimorum Antiqvariorum Grævii, Gronovii, Spenceri, Marshami, itemqve ad Jamblichi librum de

---

longos, qvorum apex umbilicum habeat, & ſerpentium, qvos aſpidas vocant, ſpiras circumvolutas. Similia his tradit ÆLIANVS Lib. VI. de animal. nat. Cap. XXXVIII. p. 360. ſq. edit. Conr. Geſneri: τοὺς βασιλεῖς ἀκούω τῶν Αἰγυπτίων ἐπὶ τῶν διαδημάτων φορεῖν πεποικιλμένας ἀσπίδας, τῆς ἀρχῆς αἰνιττομένους τὸ ἀνίκητον ἐκ τῆς τοῦ ζώου μορφῆς τοῦ προειρημένου. *Reges Ægyptiorum audio aſpides in diadematibus pictas gerere, ex ejus beſtiæ forma regni firmitatem adumbrate ſignificantes.* Conf. ANSELMVS SOLERIVS, qvi eſt THEOPH. RAYNAVDVS de *pileo cæteriſqve capitis tegminibus*, Sect. IX. p. 98. Num vero talis diadematis figura in noſtris ſimulachris appareat, lector dijudicet. Cynocephalum qvoqve apud Ægyptios ſtantem, manusqve in cælum tollentem, βασίλειον ſive *regium inſigne* capite geſtaſſe, in lunæ exorientis ſymbolum, refert HORAPOLLO, ſeu qvisqvis eſt auctor *Hieroglyphicorum*, qvæ ſub illius nomine circumferuntur, & Hieroglyphicis *Joan. Pierii Valeriani* adjiciuntur, Lib. I. Cap. XV. p. 6. Cujusmodi picturam in menſa Iſiaca monſtrat LAVR. PIGNORIVS p. 23. a. In illa autem diadema circuli figuram imitatur.

de myſteriis Ægyptiorum ablegat. (11)

Nn 2 Occa-

(11) E ſcriptis *Gravii* & *Gronovii* Dippelius dubio procul intelliget Theſauros Antiqvitatum Romanarum & Græcarum: qvid vero in vaſtis hiſce collectionibus occurrat ad ſtabiliendam ejus ſententiam, vix liqvet, niſi forſan reſpiciat ad imaginem illam à GRONOVIO Tom. III. *Theſ. Antiqv. Græc.* n. 87. ſub Sacerdotis Germani, portantis navigium Iſidis, nomine exhibitam, qvæ re ipſa metallifoſſorem Saxonicum ſiſtit, qvalem pueri inter crepundia ſua ſervare ſolent. Vide hac de re diſſerentem illuſtrem JOH. BVRCH. MENCKENIVM Declam. I. de *Charlataneria eruditorum* p. 39 ſeq. Labores Marſhami atqve Spenceri vel ideo, ut videtur, excitantur, qvod hi ſententiis paradoxis mirum in modum indulgeant, qvanqvam de puellis Iſidis ſaltantibus nihil in iis legas. Qvidni vero & hic ATHAN. KIRCHERVS in partes vocatur, qvi in *Oedipo Ægyptiaco, Obeliſco Pamphilio*, ac *Sphynge myſtagoga*, ſi qvisqvam alius, multum operæ eruendis Ægyptiorum myſteriis, licet haud ſemper felici cum ſucceſſu, impendit. Nec negligendus omnino erat, præter alios plures, LAVRENT. PIGNORIVS, Patavinus, qvi *menſæ Iſiacæ* æreæ, e Petri Bembi, Cardinalis, Muſéo in Pinacothecam Ducis Mantuani qvondam translatæ, atqve Iſidis præcipue myſteria miris figurarum ductibus exhibentis, eruditam *expoſitionem* dedit, poſt editionem primam Venetam 1605. 4to, Francofurti 1608. itemqve Amſtelodami 1669. 4to evulgatam. Ex antiqvioribus Dippelius hic JAMBLICHVM, qvem perperam *Jamblichium* appellat, velut ſibi ὁμόψηφον laudat, in libro *de myſteriis Ægyptiorum*, qvi tamen doctrinam magis qvam ritus perſeqvitur, ut ex

de

Occaſionem formandis hiſce imaginibus dediſſe aſſerit abrogatum ſacrorum gentilium (12) ſub Imperatoribus Chriſtianis cultum, cujus memoriam ethnici hac ratione ad poſteros transmittere voluerint. Eas autem ex Ægypto & adjacentibus regionibus in terras ſeptemtrionales translatatas eſſe per itinera á Normannis ſæculo X. in Palæſtinam ſuſcepta, dum

de cauſa opus hoc *compendium Theurgiæ gentilis* Viro ſummo DAN. GEORG. MORHOFIO dicatur *Polyh.* Tom. 1. Lib. I. cap. X. p. 95. Uberiora & pleniora de moribus atqve inſtitutis Ægyptiorum tradunt HERODOTVS Lib. *II.* DIODORVS SICVLVS Lib. *I.* STRABO Lib. *XVII.* & qvi primo loco nominandus erat PLVTARCHVS in libro περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος, qvi Tom. II. OO. p. 351-384. edit Frcft. 1620. fol. extat. Alii multi ex veteribus, qvi res Ægyptias tradiderunt, periere, qvorum nomina, ut e naufragio tabulas, colligit LAVR. PIGNORIVS Expoſ. menſ. Is. p. 4. a.

(12) Qvæ hic inſperguntur de gentilium fide ſola ſalfivica, de eorundem eccleſia preſſa, & alia hujus commatis dicteria, non modo ab argumento antiqvario plane abludunt, ſed etiam ſatis ſuperqve demonſtrant, Dippelium ſemper adhuc antiqvum obtinere, cælumqve non animum mutaſſe trans mare vectum. Qvamvis enim ὑπερασπιστὴς Dippelii, qvi conjecturas haſce edidit, ipſe ſubolfaciens, qvale ex locutionibus ejusmodi offendiculum oriatur, fucum atqve colorem iis inducere valde laboret; nemini tamen innocentiam illarum perſvadebit, cui portenta opinionum, qvæ Dippelius de præcipuis religionis Chriſtianæ capitibus, ac inprimis de juſtificatione, fovet, erunt cognita atqve perſpecta.

Digitized by Google

dum ex illorum numero Gviscardus ejusqve filius Rogerius, cum aliis in reditu vi procellarum ad Italiæ littora conjecti, Saracenos non modo Apulia, Calabria, atqve Sicilia expulerint, ſed & in Africa ipſa adorti ſint, ac icunculas iſtas prædæ loco retulerint. Fieri tamen etiam potuiſſe, ut in expeditionibus cruciatis demum hæc ſimulachra ab Eqvitibus Boringholmenſibus fuerint obtenta. (13) Eadem qvoqve via in Daniam perveniſſe credit, cornu illud aureum, cimelium Muſei Regii pretioſisſimum, qvod dubio procul in memoriam priſci cultus ab Ægyptiaca qvadam ſacerdotum familia jam á longis inde temporibus fuerit cuſtoditum. Cumqve aurum hujus cornu qvodvis aliud, etiam purisſimum, colore longe ſuperet, chemicum illud eſſe affirmat, qvæ ars metalla transmutandi in Ægypto atqve Arabia auro referta (14) vel maxime

(13) Hæc omnia tum demum valebunt, cum firmioribus argumentis probatum evictumqve fuerit, icunculas haſce in Ægypto eſſe efformatas.

(14) De fodinis in confiniis Ægypti vicinæqve Arabiæ & Æthiopiæ multo auro abundantibus, modoqve illud parandi, pluribus agit DIODORVS SIC. Lib. III. p. 150. ſq. qvi & p. 152. epicriſin elegantisſimam addit: Αὐτὴ γὰρ ἡ φύσις, οἶομαι, ποιεῖ πρόδηλον, ὡς ὁ μὲν χρυσὸς γένεσιν μὲν ἐπίπονον ἔχει, φυλακὴν δὲ χαλεπὴν, σπουδὴν δὲ μεγίστην, χρῆσιν δὲ ἀνὰ μέσον ἡδονῆς τε καὶ λύπης.

viguerit, adeo ut illius ope Principes hujus regionis vitam ad 700. annos perduxerint. Deniqve ſimulachra noſtra aurea theſauri inſtar in terram defoſſa eſſe ait, ne variorum bellorum tempore hoſtibus in prædam cederent.

Adnectitur ſub finem epiſtola, qva de memorato aureo cornu in Jutia reperto ſententiam ſuam Dippelius expromit. Refutat nimirum OLAVM WORMIVM, qvi buccinæ vices in bello iſtud habuiſſe aſſerit *Monum. Dan.* Lib. V. p. 396. ſq. Ipſe potius poculi uſum habuiſſe opinatur, figurasqve hieroglyphicas, qvæ in eodem conſpiciuntur, omnes Ægyptum ſapere, ac myſterium præparandi lapidem Philoſophorum(15) ab initio ad finem usqve

(15) In Hieroglyphica Ægyptiorum doctrina myſterium lapidis, qvem vocant, Philoſophorum latitare, jam ante Dippelium asſeruerunt OLAVS BORRICHIVS, JACOBVS TOLLIVS, aliiqve, in primis autem MICHAEL MAIERVS, Holſatus, Achiater qvondam Cæſareus & Hasſiacus, qvi peculiari illud libro oſtenſum ivit, cujus titulus eſt: *Arcana arcaniſſima, h. e. Hieroglyphica Ægyptio-Græca --- ſex libris expoſita*, 4to, ſine mentione loci & anni, qvem 1614. eſſe conjicit JOH. MOLLERVS in *hypomnem. ad Morhof. Polyh. Tom. II.* p. 527. *Idem* quoque *Majerus* hoc argumentum alio libro, licet ſtructura & diſpoſitione diverſa, pertractavit, cujus Mſtum αὐτόγραφον in Bibliotheca Acad. Lipſ. Paulina asſervatur, hac inſcriptione: *De Theoſophia Ægyptiorum ut antiqviſſima, ſic abdita & ſacra.* Vid. Act. Erud. 1687. m. Jul. p. 393. ſq.

uſqve mirabilem prorſus in modum, inverſo tamen ordine, monſtrare; ea qvidem ἀκριβείᾳ, ut cautelæ omnes hic obſervandæ exprimantur. Cum vero amici Bornholmenſes hæc talia non capiant, qvippe qvibus inſtar pagorum illa ſint Bohemicorum; latino aliqvando ſermone ſe hæc uberius, ſi viſum ita fuerit, explicaturum pollicetur.

Eqvidem haud invidemus Dippelio, ut hujusmodi meditationibus tædia carceris (16) fallat, nec magnopere contendimus, ut hanc ei Junonem eripiamus. Conjecturæ ſunt, qvas Dn. Senior Noſter propoſuit, eo fine, ut aliorum qvoqve conjecturæ modeſtia temperatæ in lucem protrahantur. Interim ſi ad fontes reſpiciamus, ex qvibus Dippelii ſententia profluxit, facile patebit, qvid roboris illa ſecum vehat. Induxit illum, ut ita

 ſentiret,

(16) Auget Dippelius numerum eorum, qvi in cuſtodim traditi ſcriptis operam dederunt, qvorum catalogum exhibet CL. JOH. CHRISTOPHORVS WOLFIVS, t. t. Profesſ. Phil. Extraord. in exqviſita disſert. de *Carcere eruditorum Muſeo*, Witteb. 1710. habita, ibidemqve 1718. recuſa; qvanqvam ex illius carcere non æqve præſtantia, ac olim ex *Hieronymi Magii* polliceri ſibi posſe antiqvitatum æſtimatores, judicent doctisſimi *Actorum Erud.* Collectores, 1725. mens. Nov. p. 526. ideoqve publico nomine deprecentur, ne commentatiunculis, qvas minatur, alias antiqvitatum Cimbricarum reliqvias illuſtrare pergat.

ſentiret, præcipue amor ac ſtudium χρυσο-ποιΐας, & Comparatio numorum Arabicorum in Boringholmia effosſorum cum noſtris ſimulachris. Ac prius qvidem qvod attinet, majorem ipſi in modum commendamus egregia monita, à celeberrimo PATRIOTA, qvi in Germaniæ noſtræ decus Hamburgi publicatur, omnibus hujus artis aurificæ cultoribus ſuppeditata Num. CII. cum lemmate:

Non fumum ex fulgore - - - -

Poſterius vero qvod ſpectat, ea hic componuntur & conjunguntur, qvæ minime erant conjungenda, Numi iſti Arabici in Boringholmia, itemqve in Suecia, (17) & nuper etiam in Prusſia (18) effosſi, qvales itidem nonnullos Dn. Senioris Noſtri numophylacium ſervat, indubium originis ſuæ characterem oſtendunt, inſcriptionem ſcilicet Arabicam: at in noſtris ſimulachris aureis nil tale qvicqvam apparet. Unde minime concludi poteſt, ejusdem ea esſe originis atqve conditionis. Etſi igitur, qvid proprie illa deſignent, apodictice

(17) Tales collegerat JOH. HADORPHIVS, uti memorat NICOLAVS DAL, in *Specimine biographico de anqvariis Sueciæ*, § 18. p. 26.

(18) Vid. Monarchiæ Aſiatico-Saracenicæ ſtatus ſec. *VIII.* & *IX.* ex nummis argenteis, nuper in littore maris Balthici prope Gedanum effosſis, illuſtratus à M. GEORG. JAC. KEHR, Lipſ. 1724. 4to maj.

dictice definiri neqveat: Septemtrioni tamen originem ſuam debere, manifeſte ſatis, ſi qvid conjicimus, oſtendit, & figuræ ruditas, &, qvæ notari inprimis meretur, operis bracteati forma. Figuræ Ægyptiacæ non modo qvoad delineationem noſtris ſunt disſimillimæ, ſed etiam elegantia eas longe excedunt, uti videre licet in menſa Iſiaca, (19) in tabula Ægyptiacis hieroglyphicis inſculpta, Romæ 1709. effosſa, atqve a FRANCISCO de FICORONIS edita, (20) in marmore Iſiaco Romæ itidem detecto, in qvod exercitationes conſcripſit JOH. OLIVA, Rom. 1719. 8. (21) aliisqve antiqvis Ægyptiorum monimentis. Bracteati vero operis ſpecimina (22) gentibus, qvæ Arctoam

 orbis

(19) Sacerdotes ſane, qvi in intermedia menſæ regione Apidi adſtant, nihil cum imaginibus noſtris affinitatis habent v. PIGNORIUS p. 19. b.

(20) v. Acta Erud. 1714 m. Mart. p. 127. ſq.

(21) v. Acta Erud. 1720. m. Aug. p. 392. ſq.

(22) Celeberrimis Actorum Erud. Lipſ. Auctoribus ann. 1725. m. Nov. p. 526. bracteolæ noſtræ vetuſtum monetæ genus eſſe videntur, numis bracteatis Germanorum ſimillimum, qvo Boringi partim Regum, partim Epiſcoporum ſuorum, partim alias hominum informes, qvales & in bracteatis Germanicis conſpiciuntur, formas expresſerint. Ac iſtud qvidem non ſane improbandum fuerit, ſi reſpiciamus eas icunculas, qvarum lamina, inſtar numorum bracteatorum, ab altera parte concava eſt, cum & et numos bracteatos

orbis partem incolunt, Gothis, Anglis, Germanis, atqve his affinibus videntur eſſe propria, nec in Ægypto hanc efformandi rationem unqvam viguiſſe, probari poterit. E qvibus omnibus haud obſcure colligas, licet, Dippelium magis aliorum conjecturam convellere, qvam propriam ſtabilire, in animo habuiſſe.

---

tos aureos agnoſcant JOH. CHRISTOPH. OLEARIVS in *Iſagoge ad numophylacium bracteatorum* cap. II. p.13. ſq. OTTO SPERLINGIVS de *Num. bracteatorum & cavorum origine & progreſſu* p. 51. ſq. THOM. BROD. BIRCHERODIVS *in Specim. antiqvæ rei monetariæ Danorum* p. 20. ſeq. (Qvanqvam ea de re cum CHRIST. SCHLEGELIO de *Num: Iſenac.* p. 170. ſubdubitet JOH. JAC. MOSERVS in *Annotationibus in Joh. Petr. Ludewig Introductionem in rem nummariam Germanorum medii ævi*, p. 35.) et ſimilem fere noſtris bracteatum aureum qvadratum producat SPERLINGIVS l. c. fig. 24. p. 54. Qvid vero de reliqvis fiet, qvarum lamina eſt ſolida? Eas enim itidem monetæ uſum præſtitiſſe, vix aſſeri poſſe videtur. Cæterum imagunculas noſtras cum cineribus aut oſſibus mortui cujusdam in terram repoſitas eſſe, ex eo augurari qvis poſſet, qvod in *Nov. Lit. M. B. & S.* 1699. m. Mart. p. 90. ex relatione CHRISTIANI DETHLEVI RHODII indicetur, in Comitatu Ranzovio 1679. juxta integrum humanum ſceleton parvum homunculi orichalcei (modo non aurei) ſimulachrum cum nonnullis annulis repertum fuiſſe.

X.

Nova Literaria.

WISMARIÆ.

Prodierunt: Benjamin Schmolckens Sinn-reiche Troſt- und Trauer-Schrifften, qvibus JACOBUS Staalkopff, Paſtor ad ædem S. Georgii, et Regii Conſiſtorii Aſſeſſor, Præfationem præmiſit von denen Eigenſchafften und Kennzeichen eines guten Buchs, 1725. 8°. 18½ pl.

Idem Auctor Præfationis ſub *Juſti Sinceri* nomine emiſit Partem VItam der vermiſchten Neben-Stunden, 1725. 8vo 6. pl. Cumqve jam aliqvo abhinc tempore edidiſſet Zufällige Gedancken über einige Oerter der H. Schrifft, und verſchiedene andre Materien, Lubecæ & Wismar. 1719. 8° 17½ pl. itemqve Fortgeſetzte zufällige Gedancken &c. Lub. & Lipſ. 1723. 8°. 19½ pl. labori huic nuper colophonem impoſuit ſcripto ſeqventi: Geendigte zufällige Gedancken über verſchiedene Oerter der H. Schrifft, und einige andre Materien, Lüb. und Leipz. 1726. 8°. 9. pl.

ROSTOCHII.

D. JOH. JOACH. WEIDENERUS ſuperiori anno VII. Id. Novembr. diſputationem

nem habuit de *inceſtu in linea recta*, *adverſus novaturientium offendicula*, reſpondente Filio Henr. Joh. Petro Weidenero, J.V.C. 12½ pl.

Idem discusſioni publicæ expoſuit XV. Calend. Maj. hujus anni *Litigationem amicam ſuper locum Zachariæ* cap. IX. 11. 5. pl. Directa eſt illa in *Diſſ. inauguralem exegeticam, qva novam oraculi Zachariani cap. IX. v.* 11. *a variis varie expoſiti* ἐξήγησιν ſub Præſidio D. Jo. Andreæ Schmidii, d. XXI. Jun. 1725. Helmſtadii propoſuit CHRISTIAN. MVNDENIVS, in Civit. Göttingenſi Eccleſ. Joanneus, 9. pl.

D. ERN. JOACH. WESTPHAL Menſ. Octobri præterlapſi anni diſputavit de *Juris Romani indole et obligandi diverſa ratione ac dignitate in foris apud Romanos & Germanos*, 1. A.

Eodem anno & menſe Diſſertationem inauguralem Juridicam ſub præſidio D. JOACH. HENR. SIBRAND, habuit de *Neceſſaria vulnerum inſpectione in crimine homicidii commiſſo*, GEORG. WILH. DETHARDING, Roſt. Judic. Mecklenburg. Advocat. Ordinar. 12½ pl.

Ad Profesſionem Græcæ Lingvæ, qvam obitu ſuo vacuam fecerat JACOBVS BVRGMANNVS, Paſt. Nicol. vocatus eſt JAC. CHRI-

CHRISTOPH. WOLFFIUS, qvi d. 13. Decembris anni præteriti Oratione ſolemni *de Fatis Lingvæ Græcæ ævo poſt Chriſtum natum medio*, eandem eſt auſpicatus.

M. JOH. HERM. BECKER edidit *Fundamentum Prælectionum Phyſico-Dogmaticarum*, in uſum Auditorum, 1725. 8o. 17. pl.

Ejusdem *Obſervationem* ecclipſeos Lunaris nuperæ ſeqventem B. L. ſiſtimus:

Qvæ, obſcurationis & moræ qvantitate notabilis, contingebat Anno MDCCXXV d. XXI. Octobris, Lunæ Ecclipſis, hora veſpertina 6. min. 36. in horizonte Roſtochienſi obſervantibus nobis ſeſe obtulit totalem. Hora 7 vero min: 28. ſec: 30 media obſcuratio eaqve maxima obſervabatur, uſqve dum prima lucula hora 8. min: 21. iterum appareret; adeo, ut tempus obſcurationis totalis expleverit 1 horam 45. minuta.

Hinc inde ortæ nubeculæ, facies Lunares ſœpius obvelantes, phaſes intermedias exacte notare prohibebant, hinc eas nobiscum obſervantibus monſtraſſe ſufficere oportebat. Statim autem ac totalis inchoabatur obſcuratio, *lurido*, mox vero *rubicundo* colore induebatur Luna, qvæ ſucceſſu temporis *cupreo* colore tincta, monſtravit in Limbo boream verſus ſpectante, in regione *paludis mareotis*

(erat

(erat enim in ortu conſtitutaLuna) obrepentem profundiorem umbram, qvæ, magis magisqve aſſurgens, area qvadam Circulari, Limbo lunari parallela, facies Lunæ magis reddidit nigricantes.

Inſimul notari meretur, qvod, licet immerſio Lunæ in ipſum Conum umbroſum Terræ fuerit admodum profunda; imo parum a Centrali differens, nihilo tamen minus Luna ne ad momentum qvidem fuerit *velut omiſſa*, ſed potius *puniceo* colore omnibus ſpectantibus apparuerit. Tantum autem abfuit ut nigricaret Luna omnino, ut in obſcuratione maxima omnium marium & notabiliorum paludoſorum locorum delineatio, ſituatio & figura, nudo oculo ſpectantibus patuerit; imo vero ob dilutiorem in omni limbo umbram *palus moeotis* ſatis diſtincte notari potuerit. Oculo autem armato *Porphyrites in mari Eoo*, *Mons Sinai*, *Inſula* porro *Sicilia* intenſiore reflexo lumine radiantes, ſunt utiqve viſæ. Qvod, ut Auditoribus noſtris demonſtrandum, ita, his ipſis, aliis legentibus duximus communicandum.

GRYPHISWALDIÆ.

Doctrinam Pomeranorum de *Privata Confeſſione & Abſolutione*, nec non *de Excommunicatione & Abſolutione publica*, ex Agendis ipſo-

ipſorum Eccleſiaſticis, exercitio diſputatorio repetiit D. ALB. IOACH. de KRAKEVITZ d. 25. Octobr. 1725. reſpondente *Adam. Chriſtoph. Höfer*, 2.pl. idemqve eodem reſpondente de *Beatitudine fidelium veteris Teſtamenti, non ſine fidelibus Novi Teſtamenti conſummanda* ad locum Ebr. XI. 39. 40. d. 5. Mart. hujus anni publice diſſeruit, 6. pl.

Memoratus qvoqve A. C. HÖFERVS d. IX. April. h. a. Præſide NICOLAO KÖPPEN, LL. OO. PP. *Commentationis Anti-Rabbinicæ in Pſalmum XXII. Davidis* Diſputationem IIItiam defendit. $2\frac{1}{2}$ pl.

GEDANI.

Obſervationes in δυσνόητα quædam loca cap. VIII. Eſaiæ Diſſert. Philol. Exegetica exhibuit CAROLVS LVDOV. HOHEISEL, Gr. & OO. LL. Prof. Publ. d. 4. Jul. anni elapſi 2. pl.

Die 1. Septembr. ejusdem anni Exercitationem *de Tempore ad pœnitendum dando condemnato ad mortem* Præſes D. SAM. FRID. Willenberg, Jur. & Hiſt. P.P. publice habuit. $1\frac{1}{2}$ pl.

Prodierunt qvoqve unterſchiedene Theologiſche Bedencken, was von der Verabſäumung des Hochheiligen Abendmahls zu halten

ſey.

ſey, zuſammen getragen von einem Diener J.C. 1725. 4to 2. pl.

REGIOMONTI.

Diſſertationes nonnullæ inaugurales Theologicæ anno ſuperiori habitæ ſunt, videlicet:

Diſſ. inaug. Theol. *Jeſum totius Theologiæ fundamentum* exhibens, cujus Partem I. ſub præſid. HENR. LYSII SS. Theol. D. & P. Partem autem II. præſidendo defendit M. GEORG. FRID. ROGALL, SS. Th. Prof. Extraord. & Philos Ord. deſignatus, 7. pl.

Diſſ. inaug. *de* Ὀρθοδοξίας *&* Ὀρθοτομίας *vinculo neceſſario*, pro privileg. Doct. obtinendis ſub præſid. HENR. LYSII ventilata ab ABRAH. WOLFIO, Hebr. Lingv. Prof. extraord. 3. pl.

Diſſ. inaug. *de plenitudine Chriſtianorum ex plenitudine Chriſti derivanda*, ad ductum Pauli Col. II. 9. 10. pro Loco inter Profeſſores Theol. ordinarios obtento, ſub præſidio ABRAH. WOLFII, S. Theol. D. ejusdemque P. P. O. Hebr. item L. Extraord. propoſita. 3. pl.

Apologia Diſſertationis, *de abſoluta omnium, quæ exiſtunt, neceſſitate, in Theodicèa Leibnitii aſſerta*, pro loco Profeſſionis in Theologia ordinariæ, Præſide CHRISTOPH. Lang-

Langhanſen, D. Mathem. Prof. Ordin. Reg. Alumn. Inſp. primario, S. R. M. Concionat. aulico, & Soc. Reg. Scient. Berol. Sodali, 3. pl.

Eodem qvoqve anno in lucem exiit Diſſ. *de peregrinatione Medici*, ſub præſid. D. HENRICI von SANDEN, Phyſ. Prof. Ord. Medic. Extraord. defenſa. $2\frac{1}{2}$ pl.

Diſſertatio Metaphyſ. ſiſtens *Carteſium de DEi exiſtentia dubitantem & atheum*, præſide M. JOH. CASP. Suchland, 7. pl. Oppoſita eſt M. GVIL. HENR. BECKHERI, Diac. Labiav. & Archi-Presbyt. Adjunct. in Pruſſ. Schediasmati Critico-Philoſophico-Literario, de eo: *Utrum Carteſius, qvi de omnibus dubitandum eſſe credidit, Numinis divini qvoqve exiſtentiam in dubium vocaverit, exindeqve recte Atheis annumeretur?* Regiom. & Lipſ. 1724.

CHRISTIANI COLBERGII, Storcovienſis, Schediasma Hiſtor. de *Bernhardo* Abb. Claræ-Vall. ab Alexandro III. Papa in numerum Sanctorum relato, 4to 4. pl.

Die in Breitenſtein jüngſt entdeckte und mit allerhand curieuſen Alterthümern ange-

 füllte

Digitized by Google

füllte Grab-Hügel, kürtzlich beſchrieben von JOH. JAC. Rohden, Log. & Metaph. Prof. P. Ordin. 8. 2. pl. & ½ pl. fig. Deſcriptioni huic jungi poteſt M. CHRISTIANI FRID. REVSCH Diſſ. de *Tumulis & urnis ſepulchralibus in Pruſſia*, Regiomonti 1724. habita, 9. pl.

VPSALIÆ

Superiori anno ſub præſidio M. ANDREÆ Grönwall, Philoſ. Pract. Prof. Reg. & Ordin. itemqve JOHANNIS Hermanſſon, Eloqv. & Polit. Prof. Reg. & Skytt. Diſſertationem Hiſtorico-Politicam de *Revolutione Perſica hodierna*, duabus partibus, Hiſtorica altera, altera Politica, exhibuit ISACVS ISACSSON, Aroſia Weſtmannus, 6½ pl.

HAFNIÆ

Prodiit *Bibliotheca Roſtgardiana, in duas Partes diviſa, quarum prior impreſſos libros, altera Manuſcriptos exhibet, vendenda Hafniæ Anno* 1726. *d.* 7. *Januarii & ſeqv.* 8vo I. A. 11½ pl. Illuſtrem Poſſeſſorem jam dudum celebrem reddiderunt egregia in literas merita, editis *Deliciis Poëtarum Danorum*, *Enchiridio ſtudioſi Arabico*, aliisqve ſcriptis parta. Bibliotheca vero

vero ipſa eſt ex ſelectisſimis & præſtantisſimis, inprimis ob Mſtorum copiam, dum exhibet Codices MS. Lingv. Orient. 65. Græcos 87. Latinos veteres 102. cum recentioribus aliis pluribus variarum lingvarum & ſcientiarum, adeo ut univerſus Mſtorum numerus exſurgat ad 1068. Elogium ejus prolixum, cum ALBERTVS THVRA in *Idea Hiſtoriæ litterariæ Danorum* Pt. I. c. IX. p. 231. & Pt. II. c. V. p. 324. brevibus eam modo attingat, dedit BERNHARDVS RAVPACHIVS in *Comment. de præſenti rei ſacræ & litterariæ in Dania ſtatu*, p. 31. ſq. & p. 88. ſq. Ita" autem ille loco priori: Privatas inter Biblio-" thecas præ reliqvis videtur eminere ROST-" GAARDIANA, ornamentum Reipublicæ" Litterariæ in Boreo orbe plane egregium." Sane hac viſa ſemel & explorata, nemo non" operæ pretium ſe dixerit tuliſſe, adeo multa" ſunt & memorabilia, qvæ curioſorum hic" deſideriis facere poſſunt ſatis. Ut enim," qvæ de librorum poſitu admodum inge-" nioſo, de inæſtimabili Bibliorum, Lexicorum," Poëtarum in omnibus lingvis apparatu dici" poterant, non tangam; ut id qvoqve ſileam," qvod ibidem compareant editiones Aucto-" rum vetuſtisſimæ, qvorundam etiam primæ" typis publicatæ, inſignisqve theſaurus libro-"

 rum"

„rum ſeculo decimo qvinto ac ſtatim poſt
„inventam typographiæ artem excuſorum:
„qvem qvæſo non in admirationem rapiat
„ingens, qvi hic cernitur, Manuſcriptorum,
„tam veterum qvam recentiorum, numerus?
„qvem non mirifice delectet perluſtraſſe Scri-
„ptorum, qvi Claſſici nominantur, codices
„bene multos variis ſæculis, id qvod ex ma-
„gna characterum & ſcriptionis varietate pa-
„teſcit, exaratos? qvem non afficiat, ea hic
„reperiſſe monumenta, qvorum ope multa
„admodum in excuſis loca feliciſſime reſti-
„tui poſſe ac emendari, pro comperto habent,
„qvi aliqvam iis operam impenderunt, *Taci-
„tum* nimirum, cujus pretioſiſſimum hic ex-
„emplar habetur, *Plinium*, *Gellium*, *Valerium
„Maximum*, *Iſidorum*, *Thucydidem*, *Euripidem*,
„*Joſephum*, *Chryſoſtomum*, *Baſilium*, pluresqve
„alios tam Græcos, qvam Latinos? Qvid? qvod
„non pauca hic latent antiqvitatis Græcæ
„cimelia, qvæ nunqvam publicam viderunt
„lucem, qvorum qvamvis nonnulla jam
„JOANNI ALBERTO FABRICIO aliisqve
„fuerint memorata, non poſſum tamen non
„Epiſtolarum *Libanii* hic injicere mentionem,
„theſauri certe incomparabilis, tantoqve ma-
„gis æſtimandi, qvod, epiſtolarum ſive ſpectes
„numerum, ſive accurationem, nullibi terra-
„rum

rum æqvalis illis apparatus reperiatur. De-"
ſcriptæ ſunt eædem ex ſeptendecim codici-"
bus tamGallicis,qvam Italicis,numerumqve"
centuriarum tredecim excedunt, inſigni rei"
litterariæ utilitati futuræ, ſi, qvod omnes"
eruditi impatientisſime exſpectant, qvam-"
primum typis exſcriberentur. Qvid de"
Orientalibus codicibus manu exaratis lo-"
qvar? Arabicis,Syriacis,Copticis,Chinenſi-"
bus,Malabaricis? qvid de iis, qvæ ad hiſto-"
riæ illuſtrationem cum veteri Islandico,tum"
hodierno Danico idiomate conſcripta, hu-"
cusqve congeſta videre licet? Stupenda"
ſane ſunt,eoqve magis admiranda,qvo ma-"
jor Illuſtris horum Poſſeſſoris eſt humani-"
tas,nullis non deliciarum harum æſtimato-"
ribus liberrimum ad iſtud eruditionis ſa-"
crarium aditum indulgens." Hactenus Raupachius. Qvem ex vero pronuntiaſſe, non modo Catalogus loqvitur, ſed ipſi etiam *αὐτόπται* teſtari poſſumus; ut adeo dolendum maxime ſit, hunc tantum theſaurum diſperſum diſtractumqve eſſe.

KILONII

D. MART. FRISIVS, Theol. P.O. die XX. Martii huius anni Diſſert. Theologicam habuit de *officio Spiritus S. oeconomico*, 5½ pl.

 Typis

Digitized by Google

Typis exſcripta eſt : *Gratulatio Academica*, auſpicatisſimo connubio Sereniſſ. Principis CAROLI FRIDERICI cum Auguſtisſima Principe ANNA PETROVNA, Glorioſiſſ. Imp. PETRI Magni Filia natu maxima, Petropoli Cal. Jun. 1725. celebrato, publico Academiae Kilonienſis nomine dicta a SEBAST. KORTHOLTO, Eloqv. & Poëſ. P.O. addito eiusdem carmine elegiaco & Oda Muſica, fol. 13. pl.

SVERINI

GEORGIVS Weſtphal, Paſtor Cathedralis hoc anno edidit Kleine doch geiſtreiche Gebet-Bibel, darinnen aus dem groſſen heil. Bibel-Buch Bitte, Gebet, Fürbitte, und Dancksagung enthalten, Hamb, 8vo 8 pl. Eundem in eo qvoqve jam eſſe occupatum, ut Hiſtoriam Eccleſiaſticam Suerinenſem conſcribat, accepimus.

LVBECÆ

D. GEORGIVS HENR. GOETZIVS, Superintendens, hoc anno edidit *Comment. Hiſtorico-Theologicam de Nicolai Selneccen exilio*

lio Lipſienſi, 4to pl. 3. & *Comment. in ultimum, quem Nic. Selneccerus lecto ferali affixus pronuntiavit, verſiculum: Et qvo cum certet mens pia ſemper habet*, 4to 2 pl.

Ejusdem opera lucem viderunt ſcripta ſeqventia: Gerhardiſche Lieder-Woche über einige Seuffzer der Gerhardiſchen Lieder, nebſt angefügten Hochzeit-Reden, &c. 8vo 1. A. 4 pl.

Κοσμογνωσία, die Erkäntniß der Welt, in 8. Catechiſmus-Predigten den 11 —— 22 Mart. vorgeſtellet, 8vo. 2 pl.

Schrifftmäßig-gloßirter Geſang des ſehl. G. Neumarcks, Ich bin müde mehr zu leben, &c. 8vo. 1 pl.

Zwantzig ſchrifftmäßig-gloßirte Kirchen-Lieder, vor, bey, und nach der Ausſpendung des heil. Abendmahls zu gebrauchen, Hamburg 8. 12 pl.

Die II. Februar. hujus anni obiit Vir Generoſus atqve Excellentisſimus, Dn. JOACHIMVS A DALE, nobili proſapia DELLA VALLE oriundus, generisqve ſui, uti in his qvidem terris propagatum fuit, ultimus,

Hæreditarius in Brandenbaum, & Potentiſſ. Magnæ Britanniæ Regis ac Sereniſſ. Electoris Brunſvico-Luneburg. Conſiliarius Commerciorum intimus. Natus eſt Lubecæ 1651. d. 7. Sept. & literarum ſtudia non modo in cœtu patrio Gymnaſtico, ſed & in Academiis Roſtochienſi, Lipſienſi, & Gieſſenſi excoluit, qvæ poſterior & ſupremos in utroqve jure honores ipſi 1676. impertivit. Exteras deinde terras adiit, per Italiam, Hungariam, Galliam, Angliam, Belgium, Daniam peregrinatus, patriæqve redditus 1695. munere Senatorio ornatus eſt, qvod cum dignitate Conſiliarii commerciorum intimi, à Sereniſſ. t. t. Electore Brunſvico-Luneburgenſi 1708. oblata commutavit. Pluribus vita ejus laudatur in SEELENII noſtri *Athenis Lubecenſibus*, Pt. II. p. 8. ſq. qvi & programmate funebri illam expoſuit fol°. 2. pl. Vernaculo qvoqve ſermone eadem eſt evulgata fol°. 2. pl.

Editum nuper eſt Poëma, qvod hic inſerendum duximus:

Per l' eccellente
POESIA
del Signore
BERTOLDO ERRICO
BROCKES.

SON-

SONETTO.

ILluſtri rime! nobili canzoni!
Ne' quali unito è l' utile al giocondo,
Di voſtro autor ſi maraviglia il mondo,
E fallo per giuſtiſſime ragioni.

Ammira le di lui DIVOTIONI;
La ricca dote del SAPER profondo;
Dell' isquiſito INGEGNO il ſen fecondo;
E la DOLCEZZA dell' espreſſioni.

Che ſtile! esclama, e che vena felice
D' un uom, d' applauſi più ch' umani degno!
Non erra, chi, l' avendo inteſo, dice:

Nel delle lettere onorato regno
Ti fanno, BROCKES, immortal Fenice,
SAPER, DIVOTION, DOLCEZZA, INGEGNO.

GIACOMO di MELLE.

Concionem inauguralem, qva cathedram ex donatione BERNH. HENRICI STOLTERFOHT, Civis ac Mercatoris qvondam celebris, ornate nitideqve factam, in æde D. Petri 1725. Dom. XX. Trin. ſolemni ritu conſecravit, rogatus edidit JOH. RITTER,

Paſtor Petrinus, hoc titulo: Eine Evangeliſch-Lutheriſche Stuhl-Feyer zu St. Petri, 4to. 5 pl.

M. HENRICVS SCHARBAV, ad ædem Arcis & S. Spir. Eccles. qvintam & ultimam Partem *Parergorum Philologico-Theologicorum* nuper emiſit, indicibus neceſſariis & Titulo qvoqve generali inſtructam, 8. 13. pl. Pars I. prodiit Lubec. 1719. 8. 14. pl. Pars II. ibid. 1721. 8. 12 pl. Pars III. ibid. 1723. 8. 13. pl. Pars IV. ibid. 1724. 8. 14 pl.

Qvæ variis ſpeciminibus ſigillatim hactenus prodierunt *Selecta Litteraria*, uno faſciculo jam comprehenſa, eaqve auctiora apparent, hac inſcriptione: *JO. HENRICI A SEELEN, SS. Theol. Lic. & Gymn. Lubec. Rect. Selecta Litteraria, qvibus varia ſacra, civilia, Philologica, ac alia continentur; libri Mſſti rariſſimiqve accurate recenſentur, & præ reliqvis notabilia ex iisdem ſuppeditantur. Editio ſecunda, novorum ſpeciminum pentade, multisqve acceſſionibus aliis aucta*, 8. 2 A. 9 pl.

Idem memoratus SEELENIVS qvoqve anni præterlapſi die XXVII. Sept. Diſſertationem

nem habuit, *θεολογούμενα ex Inſcriptionibus Biblicis* ſiſtentem, qvam publice defendit *Adolph. Chriſtian. Beisner*, Lubecenſis, 4to 4 pl. & die XXIV. Octobr. Programmate, Actui Oratorio præmiſſo, *Bibliothecam Biblicam* ex Scriptis editis ac ineditis Virorum clariſſimorum & officio & patria Lubecenſium, adornatam, ejusqve Partem I. aperuit 4to 2 pl.

Digna qvoqve eſt, qvæ hic memoretur *Commentatio*, paucas ante ſeptimanas evulgata, *de cæcis ita natis, varia Theologico-Juridico-Moralia exhibens*, *Auctore ACHILL. DAN. LEOPOLDO, J. U. C. à nativitate cæco*, 4to 7 pl. qvæ, licet a cœco perfecta, erudita tamen luce ubiqve radiat.

ADOLPHVS CHRISTIANVS BEISNERVS, GODOFREDI BEISNERI, Archi-Diac. Mariani, optimæ ſpei filius & Gymn. Civis, gemino ſpecimine induſtriam ſuam comprobatam dedit, altero, qvod *ſplendi-*

dum

dum Polyhiſtoris nomen ejusqve varium ſignificatum ex veterum monumentis exponit, 1725, 4to. $5\frac{1}{2}$ pl. altero, qvod de *varia vocis Antiqvarii fortuna* agit, ſtrenæqve loco Viro Illuſtri & Magnifico Dn. ADOLPHO MATTHÆO RODDE, Reip. noſtræ Conſuli Primario, exhibitum fuit, 1726. 4to 3 pl.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA LVBECENSIS

VOL. IV.



LVBECAE

SVMTV IO. CHRIST. SCHMIDII

TYPIS IO. NIC. GREENII, AMPLISS. SENAT. TYPOGR. A. MDCCXXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Contenta.

I. SAMVELIS POMARII ad CHRISTIANVM KORTHOLTVM Epiſtola. pag. 565.

II. IO. VOGT Diſquiſitio Critica de Loco I. Io. IV. 3 a Neſtorianis non corrupto. pag. 580.

III. HERM. VLR. de LINGEN Diſſertatio, qua Diploma Bilehildis, Monaſterio Veteris Cellae apud Moguntinos conceſſum, ſuppoſititium eſſe, probatur. pag. 597.

IV. IO. HENR. a SEELEN ad HENR. BRAKERVM Epiſtola, Notas & Emendationes Meurſianas, Gloſſario Rigaltiano adſcriptas, complectens. p. 646.

V. FRID. GVIL. CLEFFELII Obſeruationes Philologicae in aliquot N. T. loca. p. 654.

VI. Recenſiones Librorum. p. 672.

VII. Nova Litteraria. p. 729.

VIII. Indices.

I. D. SA-

I.

D. SAMVELIS POMARII,

SVPERINTENDENTIS LVBECENSIS,

ad

D. CHRISTIANVM KORTHOLTVM,

Theol. Prof. Pr. & Procancellar. Kilonienſem,

EPISTOLA.(*)

Spiritus Sancti Gratiam!

Maxime Reverende, Ampliſſime, Excellentiſſime Vir, Dn. Fautor, ac in CHRISTO *Frater pl. venerande.*

BInis hactenus abs Te affectus chartaceis munuſculis, ſed auro contra carioribus, der Creutz- und Gedult-Schule, und der Warnung wider den Kirchen-Fluch, nolui committere, ut ingratitudinis, aut inhumanitatis alicujus poſtularer merito, niſi duo illa

(*) Hanc, aeqve ac duas BALTHASARIS MENTZERI & IVSTI FEVERBORNII Epiſtolas, antecedenti Vol. III. pag. 397 ſeqq inſertas, nobiscum pro humanitate ſua communicauit vir celeberr. CASP. HENR. STARCKIVS, cui idcirco gratias decentes perſolvimus.

pieatatis religioſæ ὑπεκκαύματα practica, Paracleticum unum, Epanorthoticum alterum, perquam grata accidiſſe mihi literis, ipſis ingenuæ mentis apertis interpretibus, teſtatum redderem. Quorum illo quidem frigidam hoc tempore ſuffudiſti Martyribus Chriſti hodiernis Hungaricis, ſub æſtu perſecutionum tantarum idem prope genus cruciatuum expertis, quod olim ab Ethnicis Chriſtiani ſuſtinuerunt: quod loquuntur adjectæ eorum literæ lamentatoriæ & ſupplicatoriæ; Iſto vero caminum furoris divini accenſum oſtendiſti execratoribus ſui & proximi iniquis, qui neſcio cujus innocentiæ tuendæ prætextu ſaluti alienæ & conſcientiæ ſuæ maledictis illis publicis deprehenduntur nocere quam maxime. Uti ad innocentiam ſuam conteſtandam nemini S. Cœna porrigenda, vel accipienda, cum ad hunc finem nuſpiam a CHRISTO inſtituta legatur, ita nec ad famam noſtram vindicandam proximo aut nobiſmet ipſis dira imprecari licet, niſi hoc Magiſtratus per impoſitum juramentum juſſerit. Quod juſtum eſt, juſte exequendum eſt, nec ſunt facienda mala, ut eveniant bona. Et ſuppetunt fini illi obtinendo alia media licita, ut ad illicita illa progredi nulla neceſſitas cogat, nulla ratio ſuadeat. Si delator falſus conſtat, redarguendus primum privatim & gradatim,

gradatim, ut λοιδορεῖν deſinat, ac parcius iſta viris objicienda meminerit, ſecus ad judicem trahendus & urgendus, ut famam publice læſam publice reſtituat. Si poſt carecta latet, & in tenebris micat, cum de occultis eccleſia non judicet, nec ab eccleſia nominari, devoveri aut excommunicari poterit, ſed preces fundendæ publice fuerint, ſiqvidem cauſa tanti momenti ſit, ut DEUS ad nominis ſui gloriam illuſtrandam, & juſtitiam inter homines conſervandam autorem furti, veneficii, delationis, aliusve ſceleris, cumprimis publici, ſive per confesſionem ejus propriam, ſ. per aliorum explorationem manifeſtet, qui, ſi nolit eum hoc in ſeculo in apricum producere, ſed futuræ panto-criticæ apocalypſi reſervare, ſua Ei porro judicia intemerata relinquenda, & rumores interim falſi non imprecationibus vetitis, ſed moribus inculpatis re ipſa confutandi ſunt. Quantumvis enim non quævis imprecationes ſint interdictæ, quod concludit Brochmannus To. 2. Syſtem. Loco de Lege Cap. IV. Quæſt. 6, licitumque interdum ſit, orare contra alios, ac preces contra impios legitimo more modoqve inſtitui queant, aſſerente Balduino Caſ. Conſc. Lib. II. cap. 7. Caſ. 8. pag. 240. 242, cum ſciendum ſit, quod Scriptura S. duobus modis maledictum memoret, aliud, quod approbat, aliud, quod

 damnat,

damnat; aliter enim maledictum profertur judicio juſtitiæ, aliter livore vindictæ, diſtinguente ſic Gregorio M. in Job. Lib.IV. Moral. Cap.6.Conf.Dannhauer To.3. Theolog. Conſcientiariæ p.427.428.Unde & Thomas in Secunda Secund.Quæſt.25.Art.6.imprecationes in Scriptura non rejectas tripliciter explicat, 1. per modum prænuntiationis, non per modum optationis, ut ſit ſenſus: Convertantur peccatores in infernum, i. e. convertuntur. 2. per modum optationis, ut tamen deſiderium optantis non referatur ad poenam hominum, ſed ad juſtitiam punientis (ſecundum illud Pſ.57: Lætabitur juſtus, cum viderit vindictam) quia nec ipſe DEUS puniens lætatur in perditione impiorum, Sap. I; ſed in juſtitia ſua, quia juſtus eſt Dominus & juſtitiam dilexit. 3. ut deſiderium referatur ad remotionem culpæ, non ad ipſam poenam, ut ſcilicet peccata deſtruantur, & homines remaneant, hoc eſt, ut pereant ſecundum culpam, & deſinant eſſe peccatores, remaneant autem ſecundum naturam, explanante Thomam ſuum Gregor. de Valentia To.III. Diſp:3.Q.3. P.2. pag. 721. Ac de imprecationibus licitis ac illicitis plura collegit Camerarius Horar. Subciſiv. Centur.III. Cap.33.34.35.36; ubi nimirum inter ſubjecta precum iſtarum diverſa, inter objecta perſonalia diſtincta, inter

cauſas

cauſas impulſivas & finales varias ſollicite diſtinguendum eſt: ea tamen ad hunc caſum, ubi in occultos etiam & ignotos delinquentes fulmen maledictionis coecum & brutum vibratur, non ad juſtitiæ publicæ adminiſtrationem, ſed ad honoris proprii conſervationem, non ad proximi emendationem, ſed ad perditionem, minime quadrant. Exciperent forſan Imprecationis hujus Eccleſiaſticæ promachi, ſe non probare eam a privato quocunque, & ex ſtudio vindictæ prolatam, ſed a perſona publica, in officio Miniſterii conſtituta, ex amore juſtitiæ profectam, ad quam ratione muneris pertineat impiis mala denuntiare & optare. Eifrige Gottſelige Lehrer und Prediger belangend / weil die nicht ein privat- und Menſchen-, ſondern GOttes offenes Ampt führen / und alſo ihr Ampt ein Ampt des Geiſtes iſt, welches ſie zu GOttes Ehren, und zu ihrer Zuhörer Wolfahrt und Seligkeit richten ſollen / alſo iſt denenſelben geziemter maſſen zugelaſſen, daß ſie auch den Fluch / Vermaledeyung, Zerſtör- und Ausrottung der Gottloſen nicht nur verkündigen / ſondern auch wünſchen; aber nicht allen und jeden / ſondern nur den Verſtockten und Unbußfertigen / und die gar

 deſperat,

deſperat, und bey welchen alle Beſſerung ſcheinet verlohren zu ſeyn / auch nicht aus eigener Rach und Begierden / ſondern ledig und allein aus Krafft ihres anbefohlenen tragenden Ampts, inſtruente D. Conrado Dieterico in Pœnitentialibus Davidicis Part. II. in Pſalm. Pœnitent. 7. pag. 982. Was gemeine Ampts-Perſonen / und inſonderheit Lehrer und Prediger der Kirchen anbetrifft / ſo haben ſie auch den Befehl, daß ſie bisweilen fluchen und Ubels dräuen müſſen / ſo iſts nicht allein nicht unrecht, ſondern auch GOTT wolgefällig, wider die Feinde beten, und wünſchen / daß ſie mögen geſtürtzt werden, concedente D. Johann. Schmidt in der 7. Predigt über den 129 Pſalm pag. 126. 129. 134. Wann jemand will zufahren, und um ſich beiſſen mit Fluchen und Schelten, nicht als ein Prediger, dem GOttes Wort befohlen iſt zu führen / der thut unrecht: Welchem aber ſolch Ampt befohlen iſt, der ſoll und muß es thun / und thut auch unrecht, wenn ers nachläſſet. Dann das thue ich nicht von mir ſelber, ſondern von Ampts-wegen, ſonſt ſoll ich für meine

Perſon

Perſon keinem Menſchen auff Erden kein Böſes wünſchen/ noch ſagen, ſondern wiederum jedermann alles Gutes wünſchen/ reden/ und thun. Was GOttes Wort belanget, ſo will ich den Segen über dich ſprechen, daß dir GOtt wehre, und dich zu Schanden mache. Ich bin ein Prediger, der da ſol Zähne im Maul haben/ beiſſen und ſchelten, und ihnen die Warheit ſagen/ und wann ſie nicht hören wollen, in Bann thun, den Himmel zuſchlieſſen/ höllisch Feuer zuordnen, und dem Teuffel geben von GOttes wegen, &c. diſtinguente Theandro Luthero To. V. Jen. Germ. fol. 391. 392. 393. Verum cum miniſtri eccleſiæ ejusmodi imprecationes inſtituant non ex motu proprio, & impulſu aliqvo divino, ſed ad relationem duntaxat & irritationem (ne dicam ad remunerationem) alterius, impatientiæ tantum & vindictæ privatæ œſtro perſæpe intrinſecus perciti, qvicqvid de famæ defenſione extrinſecus obſtrepat, ut explendæ ſatis libidini devovendi delatorem ſuum publice, ſemet ipſum etiam ſimul æterno exitio addicat divinorum judiciorum profanus empæcta, tenue admodum perizoma illud de officii prætextu apparet, ac, ſi diligenter inſpexeris, pellucet. Imo, cum nos Davidis, Lu-

theri & aliorum ſpiritum, vocationem, cauſam & ſcopum non habeamus, merito acquieſcimus in dictis Matth: V. 44. Rom. XII. 14. 1 Petr. I. 23. monente D. Backio in Pſalm. V. p. 100. Dieweil ſie (die gemeine Prediger) nicht den Prophetiſchen Geiſt haben/ wie die Ertz-Våter/Propheten, und Apoſtel/ ſo ſollen ſie nicht, wie ſie/ extraordinarias imprecationes, und neue ſonderliche Art zu fluchen oder zu ſtraffen/ wider eine oder andere Perſon brauchen, ſondern bey dem geſchriebenen Wort/ und der gemeinen Regel bleiben/ und allen Drohungen oder Flůchen wider die Gottloſen die Condition und Beding der Buß und Beſſerung anhencken, daß/ wo dieſelbe erfolget/ auch die Straff, ſonderlich die ewige, nicht über ſie kommen werde, informante D. Schmidt in Pſalm. CXXIX. l. c. p. 129. Conf. Dieteric. Analyſ. Evangelii Domin. Voc. Jucundit: Part. I. Membr. V. uſu Dehortatorio 4. p. 179. itemque in Pœnitentialibus Davidicis Pſ. I. Pœnitent. p. 120. ſqq, ubi pag. 124 memorabile apophthegma Sacerdotis cujusdam Ethnici Athenienſis adducit, qui rogatus, ut Alcibiadi malediceret, reſpondit: Se conſtitutum in ſacerdotium, ut pro hominibus oraret, ſive intercederet, non, ut illos execra-

execraretur. Ne dicam diras & iras Lutheri adductas, aut illas etiam To. V. Jenenſ. German fol. 309. wider den Meuchler zu Dreßden: Ich kan nicht beten, ich muß dabey fluchen, ꝛc. non adverſus inimicos famæ & ſalutis noſtræ privatos, ſed adverſus hoſtes fidei ac religionis noſtræ publicos directas eſſe, ipſomet hæc ita diſcriminante To.3. Jenenſ. German.fol.301.306.307: Glauben und Liebe ſind zweyerley. Liebe fluchet nicht/ rächet ſich auch nicht, aber der Glaube fluchet und rächet. Das heiſſe ich Glaubens-Flüche. Summa: Fluchen umb GOttes Worts willen iſt billig, aber um deinet willen, oder dich ſelbſt zu rächen, oder das deine zu ſuchen, iſt unrecht.

Et quanquam hic quidem diffamator aut fur occultus non devoveatur æternæ damnationi animæ, quale in Papatu anathema S. Adalberti frequentatur, quod Brochmannus confutat To.2. Syſtem. Theolog. de Lege DEI in Præc. VII. cap. 14. Quæſt. 3, & ex eo Dunten in Caſibus Conſcientiæ p.392, tamen nec corporis læſionem aut damnum vitæ ex affectibus privatis inimico noſtro in perditionem ejus vovere per Chriſtianam religionem & charitatem licet, qvæ ſibi nihil mali optat.

Si mortem inimici, ſi læſionem ſeu dejectionem proximi orando petieris, non eſt ſecundum DEUM talis oratio, cum Ipſe præcipiat ac dicat: Diligite inimicos veſtros, inquit Bernhardus in Sentent: cap. 17. Quod non licet facere, id nec licet velle, aut optare per axioma Moraliſtarum apud Vincent. Filliucium Quæſt. Moral. To. 2. p. 399. Atqui privato homini non licet alteri malum facere, ſicut judices poſſunt reum punire, & illi manum inferre. E. nec optare. Niſi forſan ſint hoſtes publici, aut, ſi privati, poſt adhibitas tot admonitiones, & illuſam patientiam noſtram maneant incurabiles & incorrigibiles, quibus tandem temporale malum & afflictionem carnis, ut ſalvetur ſpiritus, precari Chriſtianos poſſe licite, concedunt noſtrates Theologi. Neque enim charitati adverſatur proximo debitæ, ei imprecari mala, non, ut mala ſunt, ſed ut bona quædam juſtitiæ divinæ vel humanæ, ac politiæ etc. Dannhauerus To. 3. Theol. Conſc. pag. 428. Optare poſſumus impiis ac inimicis noſtris aliquid mali, non quatenus malum eſt, ſed quatenus iis cedit in bonum, ſive, quatenus emendationi eorum inſervit. Balduin. Caſ. Conſcient. Lib. IV. cap. 17. caſ. 2. Solet enim interdum temporalis impiorum confuſio converſioni impiorum inſervire. Idem Lib. II. cap. 7.

Caſ.

Caſ.8.p.242. Wo er (der unverſöhnliche Feind) GOtt verachtet/ und von ſeinem Geiſte ſich nicht will lencken laſſen/ darff ein Chriſt ihn auch wol GOtt, als dem gerechten Richter befehlen/ daß er nach ſeiner Warheit ihn züchtigen wolle/ damit Gegentheil in ſich ſchlage, und endlich bekenne, daß GOtt nicht Luſt habe an Feindſeligkeit des Hertzens/ ſondern liebe die Friedfertigen/ welche ſeine Kinder hie und in Ewigkeit heiſſen werden. M. Ludov. Dunte in wahrer Ubung des Chriſtenthums pag. 516. Iſt der Feind boshafftig und beharret in der Bosheit/ daß nachgerad alle Hoffnung der Beſſerung verſchwindet, ſo ſeufftze mit David: Verſtöre den Feind nach deiner Güte, das iſt dem Feinde gut/ wann GOtt ſeine Anſchläge zurück treibet/oder ihm ein ander zeitlich Creutz zuſchicket, daß er in ſich gehet, ſich ſchämet, und zu beſſere Gedancken kommt. Iſt auch dis vergeblich/ ſo ſprich zu GOtt: Ach getreuer GOtt, du ſieheſt, daß mich der Feind verfolget, nicht um mein/ ſondern umb deinet willen, daß er mich in deinem Dienſt hindere/

oder

oder doch müd und matt mache. Du ſieheſt, daß ſeines Wütens kein Ende iſt. Ich will ihm zwar für meine Perſon alles vergeben, aber deines Namens Ehre kan ich nicht vergeben. Gib ihm/ lieber Vater, einen andern Sinn; Sieheſtu aber, daß er nicht zu bekehren iſt/ ſo mache es ein Ende mit ihm/ daß er auffhöre deinen Heiligen Namen zu ſchänden/und wider deinen Geſalbten zu toben. Wann ſolcher Wunſch nicht aus einem fleiſchlichem, eyfferſüchtigem, ſonderm gebührendem Göttlichem Eyffer gehet, auch nicht ſo ſehr wieder die Perſon/ als wider den Frevel des Feindes gerichtet iſt, mag ihn ein Chriſt wol gebrauchen. Sonſt ſoll niemand leichtlich wider / ſondern viel mehr für dem andern ſeufftzen. B. D. Henr. Mullerus in der Creutz- Buß- und Beth-Schule über den 143ſten Pſalm Davids/ in der 21ſten Betrachtung pag. 586. 587. 588. Quorſum etiam ſpectat, quod Moraliſtæ apud Pontificios diſtinguant inter maledictionem formalem, qva qvis imprecando, vel imperando (nam duobus modis, ajunt, maledici proximo, optative & im-

imperative) vult, alicui malum evenire, ut malum eſt; & inter maledictionem materialem, qva qvis imprecando vel imperando vult alicui evenire malum, ſub ratione boni, juſti & utilis, aut, qva qvis malum alicui optare videtur, ſine intentione tamen & deſiderio mali, qvod ore profertur. v. g. ſi puella a juvene ſollicitata, ipſi optet morbum aliqvem, aut etiam mortem, ut ſic ceſſet ab illa libidine, vel moriatur, niſi convertatur; aut, ſi litibus injuſte vexatus optet adverſario ægritudinem, ut ſic reſipiscat & ceſſet, vel fiat pauper, ſi ex abundantia divitiarum litem illi movit; ſi mulier, quæ videt virum ſuum ludo diſſipare bona ſua, optet ut ægrotus in lecto jaceat, ut ſic reſipiſcat, &, ne perdat res ſuas, qvæ prolixe diſputant in Secundam ſecund. Thomæ Qvæſt: 76 de Maledictione Georg. Sayrus, Anglus, Ordinis Benedictini, in Clave Regia Sacerdotii Caſuum Conſcientiæ, ſive Theologiæ Moralis Theſauro Part: II. Lib: 2. cap. 5. n. 12. ſqq. Vincentius Filliucius, Senenſis, Jeſuita To. II. Qvæſtion. Moralium Tract: XL. cap. 5. n. 146. ſqq. Gregorius de Valentia Commentar. Theolog. To. III. Diſput: 3. Qvæſt. 3. P. 2. p. 721 & Diſput: V. P. 19. pag. 1476 ſqq. Paulus Leymannus Theol. Moral. Lib: II. Tract: 3. C. 8. n. 6. ſqq. Sed cum porro maledictionem formalem

formalem habent pro peccato mortali ex ſuo genere, qvia procedat ex odio interiori, & repugnet directe caritati; maledictionem autem materialem pro peccato veniali ex ſuo genere, qvia gravitas hujus peccati ſumatur vel ex intentione maledicentis, vel ex damno, qvod infertur, minus Theologice aliqua peccata natura ſua venialia faciunt, &, qvod in ſuo genere licitum eſt, ex deſiderio qvippe juſtitiæ & gloriæ divinæ promovendæ profectum, in peccatum convertunt. Ordinarie autem & communiter exemplum Jobi ſit regula noſtra cap: XXXI. 30: Ich ließ meinen Mund nicht ſündigen / daß er wünſchte einen Fluch ſeiner (meines Feindes) Seele. Atqve ex eo nomine Max. Rev. T. Excell. inſtitutum religioſum revocandi homines ab inolitis ſuis ſuperſtitionibus, & cum Scriptura S. & recta ratione adverſa fronte concurrentibus hiſce, aliisve in vicinia conſuetudinibus mirifice approbo, ac, ut ἀντιπεπονθὸς amoris reddam, Anti-Cogentium hunc meum Conſcientiarium (ad quem Boranowsky huc usq; obmutuit) officioſe offero, ac æqui bonique conſuli rogo; alterum autem exemplar cum adjecta gratulatione Reiſeriana ad Max. Rev. Dn. D. Waſmuthium & Excell. Dn. Opitium, qvi & ipſi noviſſime eruditis ſuis ſpecimini-

bus

bus Philologicis dotarunt me, tum quoque Nobiliſſ. Dn. D. Johanni Danieli Majori cum oblatione ſalutationis honorificæ per famulum deferri etiam atqve etiam contendo. Sator & Stator Academiarum Evangelicarum Veſtram quoque Kilonienſem inter tumultus Martios, religionis Lutheranæ deniqve peremptorios, in alta pace conſervet, atqve ab orthodoxia doctrinæ & pietate vitæ magis magisqve inclareſcere jubeat! Vale! Summe Reverende Vir, ac rem publicam & privatam feliciter gere. Dabam Lubecæ finitis laboribus noſtris Pentecoſtalibus, die 18 Maji A. C. 1676.

Max. Rev. T. Excell.

addictiſſimus omni ſtudio

Samuel Pomarius, D. *Superint.*

II. Jo-

II.

JOHANNIS VOGT (*)

Paſt. Hornburg. in Ducat. Brem. prim.

Diſquiſitio Critica,

de

Loco 1 Joh. IV. 3. a Neſtorianis non corrupto.

Con-

(*) Doctiſſimus hic ciuis meus variis iam, iisdemque elegantibus, ingenii monumentis inclaruit, quae ſunt.

1. *Schediasma Hiſtoricum de Patria Conſtantini Magni.* Vitemb. 1716. 4.
2. *Apologia pro M. Antonio Mureto, criminis Sodomiae poſtulato.* Inſerta eſt Apparat. Literar. Societat. Colligent. coll. I. pag. 93 ſqq.
3. *Obſeruatio de Synoditis veteris Eccleſiae, ad Leg. LVII. L. XI. Cod. Theod.* Reperitur l. c. Coll. II. pag. 289 ſqq.
4. *Bibliotheca Hiſtoriae Haereſiologicae, ſelectiores & rariſſime obuias doctiſſimorum virorum Diſſertationes, Haereticorum, Haereſiumque Hiſtoriam exponentes, complectens. Collegit, recenſuit, notis, ſupplementisque neceſſariis illuſtrauit Io. Vogt.* Tom. I. Fascic. I. Hamb. 1723. 8. Fascic. II. ibid. 1724. 8.
5. Hiſtoriſche Unterſuchung, wer des alten und bekanten Kirchen-Liedes: Allein GOtt in der Höh ſey Ehr, eigentlicher Autor ſey? Stade. 1723. 4.
6. Das gerechte Zorn-Gericht Gottes über die Verſtockten, aus Rom. XI. 7. 8. 9. 10, in einer Gaſt-

und

CONSPECTUS.

I. *Sintne illa verba a Neſtorianis corrupta?*

II. *Affirmant Socrates, Beda, Hincmarus, Nicephorus, Fulbertus Carnotenſis.*

III. *Ex recentioribus Morinus, Anonymus Anglus, Huntlæus, Germonius; & ex Noſtratibus Hunnius, & Rappoltus.*

IV. *Favent his Vulgata, & Patres nonnulli.*

V. *Rectius negatur, & integritas hujus loci aſſeritur, quam nec Socratis, nec Patrum etiam autoritas labefactat.*

VI. *Hæreticis ſæpe injuria Bibliorum corruptorum actio intentata.*

VII. *Locum Johanneum a Neſtorianis haud eſſe corruptum probat α) convenientia exemplarium & verſionum antiqviſſimarum. β) Scopus Apoſtoli, cui certandum adverſus Docetas.* γ) *Idio-*

---

und Wahl-Predigt der Chriſtlichen Gemeine zu St. Nicolai in Hamburg d. 16 Aug. 1724 vorgetragen. Stade. 4.

. Kurtz-verfaßſte Reformations-Hiſtorie des uralten Burg-Fleckens Horneburg, und aller Evangeliſchen Prediger, welche bis hieher daſelbſt gelehret, ſo viel davon noch zur Zeit glaubwürdig beygebracht werden können. Stade. 1725. 4.

. Das von GOtt allen Menſchen geſetzte Lebens-Ziel, bey der Hoch-Adelichen Leichen-Beſtattung des wolgebohrnen Herrn Otto Jürgen von der Lieth, des Hertzogthum Bremens hochverordneten Land-Rahts, aus Job. XIV. 5. vorgeſtellet. Stade. 1726. fol.

γ) Idiotismus ſtyli Johannei. δ) Autoritas Polycarpi, Cypriani, & aliorum. ε) Silentium Orthodoxorum, & inprimis Cyrilli Alex.

IIX. Unde altera loci illius lectio originem habeat. Eſtii & Couſtantii conjectura.

IX. Pfaffii & Le Moynii.

X. Noſtra conjectura proponitur.

1 Joh. IV. 3.

Καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι.

I.

NOn eadem omnibus de integritate hujus loci mens eſt. Sunt, qvi verba iſta Johannis ab Hæreticis corrupta eſſe exiſtimant. Cum enim olim legeretur: Πᾶν πνεῦμα, ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι, *omnis Spiritus, qvi ſolvit Jeſum Chriſtum, ex DEO non eſt;* Neſtorianos his verbis cauſſæ ſuæ jugulum peti videntes, Johanneum Textum adulteraſſe tradunt.

II.

Autumavit hoc jam a longo tempore SOCRATES *Lib. VII. Cap. XXXII. p. 374. ed. Vales.* de Neſtorio ſcribens: *Ignoravit in Catholica Johannis Epiſtola ita ſcriptum eſſe in antiqvis exemplaribus:* Omnis Spiritus ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν, qui Jeſum a DEo ſeparat, non eſt ex DEo.

Hæc

Hanc enim ſententiam e vetuſtis exemplaribus ſuſtulerunt ii, qui ab hominis diſpenſatione divinitatem ſeparare ſtudebant. Quamobrem & priſci Interpretes id ipſum obſervaverunt, fuiſſe nimirum quosdam, qui hanc epiſtolam depravarint, hominem a DEo ſejungere cupientes. Quinam illi fuerint priſci Interpretes, qui, depravatam fuiſſe ab Hæreticis primam Johannis Epiſtolam, dixerunt, Socrate tacente aperire non poſſum. Eandem criminationem iisdem fere verbis repetiverunt ſeculo IIX BEDA, Venerabilis dictus, in *Annotat. ad h. l.* Seculo IX HINCMARVS Rhemenſis in *Tr. de non trina Deitate. T. I. p.* 464. Seculo XIV NICEPHORVS CALLISTVS in *Hiſt. Eccl. Lib. XIV. Cap.* 32. *T. II. p.* 506. *edit Ducæanæ*, & multis ante Nicephorum annis ſeculo XI ſimilem adverſus Arianos expoſtulationem inſtituerat FVLBERTVS, Carnotenſis Epiſcopus, in *Epiſt.* 1. *ad Adeod, in Bibl. Max. PP. T. XIIX. p.* 3. his verbis: *Arii auditores, quoniam Chriſtum unctum DEum eſſe, negabant, de Evangelio eraſerunt illud, quod Salvator ait*, Spiritus eſt Deus; *& de epiſtola Johannis eraſerunt*, & omnis Spiritus, qui ſolvit Jeſum, ex DEo non eſt.

III.

Inter recentiores Neſtorianorum hanc perfidiam memorando renovant JOHANNES MORINVS, Bleſenſis, Congregationis Orator. Sacerdos, in *Exercitationibus Biblicis*, quas re-

ctius Anti-Biblicas dixeris, quippe in quibus intentionem ſuam, quod verſionem vulgatam velit præferendam eſſe Græco noſtro Textui, ſatis prodit, *Libr. I. Exerc. 2. Cap. I. p.* 36. ANONYMVS Anglus in *diſcurſu de probatione & examine ſpirituum* apud Chriſt. Math. Pfaffium *in Primit. Tubingenſ.* P. I. p. 64. JOH. GORDONVS HVNTLÆVS apud Sal. Glasſium in *Philologia Sacr. p.* 251. *edit. Buddean. Lipſiens.* aliique, qui variantium lectionum copia ad Scripturæ S. integritatem & certitudinem infringendam male utuntur; & haud ita pridem BARTHOLOMÆVS GERMON, Soc. Jeſ. Presbyter, qui in *libro de Veteribus Hæreticis Eccleſiaſticorum Codicum Corruptoribus*, *Pariſ.* 1713. edito, p. 127 ſcribit, *fuiſſe adulteratam Johannis Epiſtolam, non qvidem ab ipſo Neſtorio, ſed ante Neſtorii tempora ab iis, qvi ipſius Hæreſi præluſerant, puta a Theodoro Mopsveſteno, aut a Diodoro Tarſenſi, aut ab ipſorum asſeclis, quos nemo ignorat, hominem a DEo ſeparaſſe in Chriſto, & ſenſiſſe, alium eſſe Filium ex DEo Patre genitum ab æterno, alium ex ſemine David atque ex B. Maria Virgine in tempore procreatum. Sed ſive illi, ſive Paulus Samoſatenus, aut quilibet alii fuerint autores ſceleris, id commiſſum eſſe, Socrates indubitanter aſſeverat.* Imo & ex Noſtratibus B. HVNNIVS, quod admodum miratur Seb. Schmidius *in Comment. ad h. l.*

h. l. latino Textui hic magis, quam Græcis fontibus favere videtur, quem ſecutus FRIDERICVS RAPPOLTVS *in Comment. in h. l. p.*423, lectionem illam, *omnis ſpiritus*, *qui ſolvit JEſum*, ἐμφρατικώτερον eſſe dicit.

IV.

Favent his, fateor, non ſolum Verſio Vetus, Italicæ, vel Vulgatæ nomine notiſſima; ſed etiam Patres nonnulli IRENÆVS *de Hæreſib. Libr. III. Cap.* 16. *p.* 207. *edit Masvet.* TERTVLLIANVS *Libr. contr. Pſychicos Cap.* I. AVGVSTINVS *Tract.* 6. *in Epiſt.* I. *Joh.* JO. CASSIANVS *Libr. V. de Incarnat. Cap.* 4. in *Collectione Simleriana Veterum Scriptor. adverſus Neſtor. p.* 32. LEO M. *in Epiſtola ad Flavianum Cap. V. in laudata Collect. Simler.* PROSPER Aquitanus *Libr. I. de Vocat. Gent. cap.* 23. & forte alii, qui omnes pro verbis noſtris legunt, ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, excepto LEONE, cujus verba græce in *editione Leunclaviana*, cum *legatione Imp. Comneni Baſilea* 1578. evulgata, qua utor, *p.* 218. ita ſe habent: ὅτι πᾶν πνεῦμα τὸ ὁμολογοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἀπὸ Θεοῦ ἐστι: καὶ πᾶν πνεῦμα τὸ διαιροῦν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἀπὸ Θεοῦ οὐκ ἐστι. En novam hujus loci lectionem, quam inter variantes Jo. Millii, & Gerhardi Maſtrichtii lectiones fruſtra quæſivi.

V.

Verum exinde non ſequitur, fontes hic eſſe corruptos, vel Neſtorium etiam, ejusqve ſectatores, Lectionis, quæ hodie in omnibus græcis exemplaribus extat, autores fuiſſe. Quod enim ad Socratem attinet, cujus nobis teſtimonium imprimis objici poterit, dicit ille, quod verba Johannis deleta ſint; non autem dicit mutationem, eſſe factam: *Hanc ſententiam ex vetuſtis exemplaribus* περιεῖλον *ſuſtulerunt.* Obſervatque proinde NICOLAUS NOVRRIUS in *Apparat. ad Biblioth. M. Patr. T.* 1. *Diſſ. IIX.* locum Johanneum a Socrate non in eo ab Hæreticis corruptum dici, quod pro λύει Ἰησοῦν, poſuerint μὴ ὁμολογεῖ, ſed quod integram illam ſententiam abraſerint. Porro nec Patrum etiam autoritas, quippe quorum ex ſcriptis nihil certi de priſca lectione hauritur, tanta mihi videtur, ut illâ loci noſtri integritas labefactetur. Potuerunt Patres vel latinam ſequi verſionem, vel etiam ἐκ προχείρου, ut ſcite loquuntur, i. e. memoria dictante, & ex tempore, non inſpecto vel evoluto S. Codice, locum hunc allegare. Nimirum venerandi Patres, de verborum apicibus non multum ſolliciti, ex memoria, quæ ad inſtitutum factura videbantur, ſæpius allegabant, ac proinde notante

ante HEINSIO in *Prolegom. ad Exercitat. Sacr. p.6.7; nil tam ſibi proprium, & qvaſi ſuum eſſe voluerunt, qvam ut* ταυτοδυναμοῦντα, *ſive alia, qvæ idem notant, aut notare exiſtimant, in adducendis locis verba aut vocabula reponant;* quod allatis e Nyſſeno, Thaumaturgo, Origene, Epiphanio, Baſilio, aliisque, exemplis bene multis probat. Addi quoque poteſt JO. CLERICVS de *Arte Critica Vol. II. p. 391. Solent*, ait, *Veteres ſæpe ex memoria recitare loca, ex qvo fit, ut ſynonyma ſynonymis ſubſtituant, & in ordine verborum nonnihil mutent. Deinde ſæpe ſenſum potius, quam verba ipſa proferunt; Quare varietas citationum non poteſt ſemper urgeri, quaſi varietas lectionis, quæ eſſet in codicibus, quibus veteres utebantur.*

VI.

Nolo equidem Hæreticos ab omni omnino culpa abſolvere; illos enim tentaſſe Sacri Codicis corruptionem, nemo diffitebitur, qvi genium horum hominum ſubdolum ac fraudulentum perſpectum habuerit; licet perficere id nunquam ob exemplaria in manibus orthodoxorum verſantia potuerint. Attamen neque id prorſus negare ſuſtineo, ſæpiſſime injuria Bibliorum corruptorum actionem Hæreticis intentatam fuisſe. Nam cum eorum fides merito ſuſpecta orthodoxis, ac perfidia in divinioribus litteris cor-

rumpendis & refingendis perſpecta ſatis, eaque paſſim caſtigata merito a Patribus fuerit, facile accidere potuit, ut aliquando præter rem corruptionis crimen ipſis impactum. Quod & illis circa locum noſtrum Johanneum eveniſſe, minime dubito. Nemini enim temere injuria facienda eſt, nec hoſtibus etiam dica aliqua, niſi id luculenter probetur, impingenda.

VII.

Neſtorium certe, vel etiam Neſtorianos, aut Neſtorii anteceſſores, ut vult Bartholomæus Germon, corruptionis hujus loci jure inſimulari haud poſſe, patebit ex ſequentibus, quæ ab hoc depravati loci crimine Hæreticos liberare poterunt. Obſervari velim, α) Primo: in hodierna noſtra lectione convenire tum verſiones antiquiſſimas, tum exemplaria omnino omnia, ut notat JO. MILLIVS *ad h. l.*, qui ſolus in ſpendidiſſima ſua Novi Teſtamenti editione adornanda centum & ultra viginti manu exaratos codices incredibili, & plus quam Herculeo labore collatos, adhibuit, & ante Millium BEZA, cujus hæc ſunt verba: *Ita legi in omnibus Græcis exemplaribus, quæ quidem mihi inſpicere licuit.* Quod autem ad verſiones, Syriaca & Arabica lectionem noſtram firmant, quas antiquiſſimas eſſe nemo negaverit. Syriaca certe a plerisque litteratis

teratis ad virum quendam Apoſtolicum, ætatemque Apoſtolicam refertur. Ita enim JO. ANDR. DANZIVS in *Præfat. Aditus Syriæ reclus*: *In eo conſentiunt omnes, non interrupta & conſtanti Orientalium traditione adducti, quod viventibus adhuc Apoſtolis, ab iſtiusmodi viris ſit confecta, qui Apoſtolos docentes audiverint.* conf. *Biblioth. Bremenſ. Claſſ. VII. p.* 480 *ſq.* His verſionibus Æthiopica etiam a Jo. Millio accenſetur; verum JO. CLERICVS in *epiſtola de N. T. Milliano ad C. Junium Optimianum*, quæ legitur in limine *N. T. Millian. edit. Amſtel.* notat, in eo lapſum eſſe Millium, quod verſionem Æthiopicam inter verſiones antiquas, quibus convenit cum hodierna lectione, recenſuerit.

β) Johanni certandum fuiſſe adverſus Docetas, & Gnoſticos, qui Chriſtum non verum, ſed tantum imaginarium, umbratile, & phantaſticum corpus habuiſſe, profitebantur, ex cœlo delatum. At multo validius, imo diſertius adverſus eos eſt argumentum Johannis, ſi doceat, *Chriſtum in carne veniſſe*, hanc enim carnem, tanquam materiæ fœtum, negabant Docetæ. v. JAC. BASNAGIVS *in Prolegomen. ad Caniſii Lection. Antiq. p.* 12. Et licet nomen Docetarum, cum ante Serapionem apud EVSEBIVM *Hiſt. Eccl. Libr. VI. Cap. XII.* itemque CLEMENTEM ALE-

 XAN-

Digitized by Google

XANDRINVM *Stromat. Libr. VII.* nemo id uſurpaverit, ſeculo demum ſecundo ortum eſſe, colligant eruditi. v. THOM. ITTIGIVS *de Hæreſiarchis p.* 168. Ipſe tamen Docetarum error, qui nomini huic originem dedit, ad ipſam Apoſtolorum ætatem recte refertur. Simonem Magum hac in re Docetis præiviſſe, viri quidam docti volunt. v. STEPH. LE MOYNE in *not. ad varia Sacr. p.* 415. & JO. PEARSONIVS in *Expoſit. Symbol. Apoſtol. p.* 329. *edit. Francof.* Simonem deinceps Cerinthus, Menander, Saturninus, Baſilides, Valentinus, Cerdoniani, Marcionitæ, cum tota fere veterum Hæreticorum turba, ſecuti dicuntur. v. JO. FRANC. BVDDEI *Inſtitution. Theol. Dogmat. p.* 1138. Et de Cerintho quidem diſerte IRENÆVS *Libr. I. Cap. XXVI. p.* 105. *edit. Masſvet: JEſum autem ſubjecit, non ex virgine natum, (impoſſibile enim hoc ei viſum eſt) fuiſſe autem eum Joſeph & Mariæ filium, ſimiliter ut reliqui omnes homines, & plus potuiſſe juſtitia & prudentia, & ſapientia ab hominibus. Et poſt Baptiſmum deſcendiſſe in eum, ab ea principalitate, quæ eſt ſuper omnia, Chriſtum figura columbæ; & hunc annuntiaſſe incognitum, & virtutes perfeciſſe; in fine autem revolaſſe iterum Chriſtum de JEſu, & JEſum paſſum eſſe, & reſurrexiſſe; Chriſtum autem impaſſibilem perſeveraſſe, exiſtentem ſpiritalem.* Confer THEODO-

DORITVM *Libr. II. Hæretic. Fabul. Cap.* 3. qui eadem fere cum Irenæo.

γ) Nititur noſtra lectio more hujus Apoſtoli, cui admodum familiare eſt, eandem ſententiam ex antitheſi, & collatione contrariorum, tam perſpicuitatis, quam majoris emphaſeos gratia amplificare, ut THOM. CAJETANVS, SIM. EPISCOPIVS, SEB. SCHMIDIVS, JOACH. LANGIVS in *Commentt. ad h. l.* aliique interpretes, recte notarunt. Conf. SAL. GLASSII *Philolog. Sacr. p.* 252. *edit. Buddean.* At in contrariorum oppoſitione longe convenientius eſt, eadem retinere verba, ſeu terminos, ut contraria juxta ſe clarius poſita, magis etiam ſe invicem illuſtrent. Cum itaque verſu præcedenti dixerit Apoſtolus: πᾶν πνεῦμα ὃ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι. Cur quæſo ita mutaſſet: πᾶν πνεῦμα ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐστι. Taceo, quod phraſis illa, *qui ſolvit JEſum*, obſcurior etiam & anguſtior ſit, quam altera, *qui negat, Chriſtum in carne veniſſe*, quod inprimis urget SEB. SCHMIDIVS *in Commentar. ad h. l. p.* 499.

δ) Longe ante, quam diſſidia Neſtorianorum exorta eſſent, legebat ipſe POLYCARPVS, ipſe Johannis diſcipulus, in *Epiſtola ad Philip.*

Philippenſ.§.7. quæ genuina habetur ab omnibus fere Criticis: *πᾶς ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, ἀντίχριστός ἐστι, omnis, qui non confeſſus fuerit, Chriſtum in carne veniſſe, Anti-Chriſtus eſt;* & e Latinis Patribus CYPRIANVS *Libr. II. contr. Judæos ad Quir: Omnis ſpiritus qui negat, JEſum Chriſtum in carne veniſſe, de DEo non eſt, ſed ex Anti-Chriſti ſpiritu;* quæ procul dubio deſcripſerant ex Epiſtola Johannis, quæ locum noſtrum ita refert. E quibus patet, verba illa, *Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα,* a Neſtorianis, Theodoro Mopsveſteno, Diodoro Tarſenſi, aut Paulo Samoſateno, quippe Polycarpo, & Cypriano longe junioribus, profecta non fuiſſe. Accedit, quod noſtram etiam lectionem confirment CYRILLVS Alexandrinus de *Incarnatione Unigeniti p.7. edit Bon. Vulcan.* 1605. *in* 4. & FVLGENTIVS *Libr. I. ad Traſimund. c.2.* in *Collect. Simlerian. p.m.* 115. & *Libr. de Incarnat. Chriſt. Cap.IX.* TERTVLLIANVS autem *Libr. de Carne Chriſt. cap.* 24. & *Libr. contra Marcion. cap.* 16, & AVGVSTINVS *Tract. VI. in Epiſt.* 1 *Joh.* utramque, tam Græcam noſtram lectionem proferant, quam Latinam iſtam alteram.

e) Non ſiluiſſent orthodoxi, Cyrillus Alexandrinus, Cæleſtinus, Leo M. atque ipſum

ipſum Concilium Epheſinum hanc codicis ſacri corruptelam. Certe Cyrillus Alexandrinus, qui quicquid contra fidem peccarat Neſtorius, probe noverat, nec is erat, qui delictum hujusmodi diſſimularet, ſcelus corruptorum Bibliorum Neſtorio nuspiam exprobravit; Ipſe contra locum hunc ſemel atque iterum ſecundum receptam noſtram lectionem profert, quod ſane non feciſſet, ſi depravatio ipſi innotuiſſet. In eo enim lapſum eſſe Millium, probat DAN. WHITBYVS in *examin. Variant. Lection. Libr. II. Cap. III. Sect. XVII. p.* 80, quod ex Cyrilli Alexandrini latina verſione concluſerit, eum legere ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν, cum Græca Cyrilli cum lectione communi conſentiant. v. CHRISTOPH. MATH. PFAFFIVS *de Evangeliis ſub Anaſtaſio non corrupt.* in *Primit. Tubingenſ. p.* 62.

IIX.

Unde autem altera illa lectio: πᾶν πνεῦμα ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν, *omnis ſpiritus, qui ſolvit JEſum*, emanaverit, difficile dictu eſt. GUILIELMVS ESTIVS in *Commentar. ad h. l. p* 1285 ſuſpicatur, utrumque in vetuſtis codicibus ſcriptum a Johanne fuiſſe; & quidem priori loco id, quod habent Græci codices, ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐλη-

ἐληλυθότα, poſteriori autem ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν. Quod ſi verum foret, tam latini, quam græci codices, judice SEB. SCHMIDIO *in h.l.p.* 408. corrupti eſſent. Ab Eſtii conjectura non longe recedit PETRVS COVSTANTIVS, Monachus Benedictinus. Scripſit hic contra Barth. Germonium *Vindicias Mstorum Codicum*, ubi confer *Cap. VI.p.* 53 *ſq.* Reſpondit Germomonius in *libro de veteribus Hæretic. codic. Eccl. corruptor.* §.III. a nobis laudato; cui repoſuit Couſtantius *Vindicias confirmatas veterum codicum*, ubi *Cap. IIX.p.* 109 putat, verba, *Omnis ſpiritus, qui ſolvit JEſum, ex DEo non eſt*, omiſſa fuiſſe a librario oſcitante ob ὁμοιοτέλευτον, præcedere enim immediate, *omnis ſpiritus, qui confitetur, JEſum Chriſtum in carne veniſſe, ex DEo eſt.* Utramque igitur lectionem ſervat, combinatque Couſtantius. Conf. CHR. MATH. PFAFFII *Primit. Tubing. P.I. pag.* 64.

IX.

Aliam viam ingreditur ipſe celeberrimus PFAFFIVS in *diſſert. de Evangeliis non corruptis p.* 62 ſcribens: *Ab orthodoxis dictum confictum, atque in priorem Johannis Epiſtolam intruſum extat, ut iis Hæreticis opponere quid poſſent, qui unionem perſonalem naturarum in Chriſto negabant.* A qua ſententia ante Pfaffium non alienus eſſe videbatur STEPHANVS

LE

:E MOYNE, qui in *Notis ad Varin Sacra p.*
|05 putat, Patres ſecundi ſeculi, ut Gnoſti-
os, Jeſum a Chriſto divellentes, fortius ſtrin-
;erent, Johanneum Textum interpolaſſe;
nutat tamen pagina ſequenti ſententiam,
:xiſtimatque, interpolationem illam, ὁ λύει
τὸν Ἰησῦν, caſu potius ortam, quam pravo
:onſilio, & ex ἐληλυθότα factum λελυθότα.
r. THOM. ITTIGIVS *de Hæreſiarchis p.* 170.

X.

Ego de origine alterius lectionis, MILLII
:onjecturam in plurimis ſecutus, ita arbi-
:ror: Fuit omnino ab ipſo Johanne ſcriptum,
ıt in noſtris editionibus legitur, πᾶν πνεῦμα
ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησῦν Χριςὸν ἐν σαρκὶ ἐλη-
λυθότα, ἐκ τῦ Θεῦ ὐκ ἔςι. Orthodoxus qui-
lam, qui ſcriptum iſtud putabat de Hæreti-
:is, qui ajebant, Chriſtum veniſſe in phan-
aſmate duntaxat, ideoque ſolvebant JE-
ſum, ſeu naturam ejus humanam a divina
livellebant, vel cui animus etiam fuit, dictum
ıoc Apoſtoli ad iſtiusmodi generis Hæreti-
:os accommodare, e regione germanæ lectio-
ıis ὁ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησῦν, ad marginem
:xplicationis gratia adſcripſit, ὃ λύει τὸν
Ἰησῦν. Quod ſcholion deinceps, cum vſui
:ſſe videretur ad refellendos Hæreticos, pro-
tinus

tinus retulerunt ſcribæ in contextum, vel apponentes illud reliquo contextui, ut in codicibus, unde fluxere latina Tertulliani, & Auguſtini; vel etiam in locum lectionis veræ ſubrogantes, ut in exemplari factum, quo uſus eſt interpres Vulgatus, Socrates, & interpretes vetuſti, quos laudat Socrates. Conf. quæ de hujusce modi Gloſſematibus, quæ textui explicationis cauſa adſcripta, hinc in ipſum verborum ordinem intruſa ſunt, egregie diſſerit JAC. HASAEVS in *pec. diſſertat.* quæ legitur *in Biblioth. Bremenſ. Claſſ. I. p. 687 ſqq.*

III. HER-

Digitized by Google

III.

HERMANNI VLRICI de LINGEN (*) LVBECENSIS,

Sereniſſ. Principi Saxo-Iſenacenſ. a Secretis Regiminis & Archivi,

Diſſertatio,

qua

DIPLOMA BILEHILDIS,

Monaſterio Veteris Cellæ apud Moguntinos conceſſum,

ſuppoſititium eſſe, probatur.

§. 1.

DIverſæ ſunt cauſæ, quibus inducti homines quidam, præſertim vero monachi, adulterata falſaque compo- uerunt diplomata, quod undecimo ſequen- ibusque ſeculis potiſſimum factum, pu- at PAPEBROCHIVS in Propylæo n. 103, uem tamen refellit MABILLONIVS de e Diplomatica, l. 1. c. 6. f. 22, omnem æta- tem

*) De hoc Viro doctiſſimo, Lubecae extra Lubecam ornamento, vid. Athen. Lubec. P. III. p. 91 ſqq.

Digitized by Google

tem ejuſmodi hominum feracem fuiſſe, demonſtrans.

Prima vero cauſa oritur ex caducitate veterum autographorum, quæ cum lacera eſſent, aut ſcripturæ fugientis, ad eorum imitationem alia efficta ſunt, imprudenti, an temeraria quorundam ſimplicitate vel audacia, ut ſcribit MABILLONIVS d.l. l.1.cap.7.§. 2.f.26. Cum enim in Clotarii Regis Conſtitutione generali,& Ludovici Pii Capitulis Wormatienſibus ſancitum eſſet, ut de rebus Eccleſiarum, quæ ab eis per triginta annorum ſpatium ſine ulla interpellatione poſſeſſæ ſunt, teſtimonia non recipiantur, exinde factum putat GERMONIVS de arte ſecernendi diplomata vera a falſis adv. Fontaninum, c.4.p.213.214. ed. Pariſ.1707, ut tabulariorum cuſtodes tabulas ſuas negligentius aſſervarent, quas poſt pacatam & minime interpellatam triginta annorum poſſeſſionem minus neceſſarias putabant, cum ſcirent, nemini tunc licuiſſe, litem de re poſſeſſa Eccleſiis intendere, vel ſuper ea re teſtimonia recipere. Qua tamen incuria & ſecuritate veteres chartæ, mucori, blattis, muribusque obnoxiæ, facile perierunt.

Incendiis quoque, rapinis, vel aliis caſibus, cum multæ chartæ eſſent amiſſæ, CHIFFLETIVS cenſuit, fictis & interpolatis inſtrumentis,

ıentis, quæ aliquando in monaſteriis oc-
urrunt, religioſos viros non jus indebitum
.bi quærere, ſed jus verum & jam partum,
ujus tabulæ perierant, tueri voluiſſe, apud
ꞇERMONIVM d. l. c. 2. p. 174. 175. &
adem ratione, Diploma Dagobertinum de
undatione cœnobii in monte D. Petri apud
:rffurtenſes fuiſſe effictum, a quibusdam tra-
i, refert SAGITTARIVS in Antiquitat. Du-
at. Thuring. l. 1. §. 11. §. 18. p. 46. 47.

Conficta quoque fuiſſe varia diplomata
ıppoſititia a quibusdam, ut falſitati ac inju-
titiæ robur & ſubſidium accerſerent, & præ-
liis male partis tutius fruerentur, ipſe fatetur
ɅABILLONIVS d. l. l. 1. c. 7. §. 8. f. 29, qui hoc
ıominum genus Reipublicæ longe nocentius
ſſe, ſtatuit, quam duorum antecedentium, &
ıerito in eosdem, tanquam peſtes exitiales ad
mnem penitus injuſtitiam, ac nefaria quæ-
ue facinora viam ſternentes, proſcriptione
onorum, pollicis vel dextræ abſciſſione, ali-
uando etiam vivicomburio ſævitum eſſe,
ronuntiat.

Tres ex cauſis prænumeratis exortæ ſunt
ılſorum inſtrumentorum ſpecies, refectorum
empe, adulteratorum & abſolute falſorum,
ıxta ſententiam MABILLONII in Supple-
ıento ad libros de Re Diplom. c. 4. §. 3. f. 16.

§. 2.

Maxima inde opus eſt diligentia in dignoſcendis ſecernendisque antiquis diplomatibus, nec illico habenda pro ſinceris ac ſine cautione recipienda ſunt, quæ aliquam ſpeciem habent antiquitatis; imo expendenda ſunt inſtrumenta vetuſta eo diligentius, quo major ipſis ætas adſcribitur, ut ſcite monet GERMONIVS de arte ſecernendi antiqua diplomata c. 3. p. 185. pariter ac PAPEBROCHIVS in Propylæo, n. 125. ſequens MARSHAMI dictum afferens: Caute intuendæ ſunt ejusmodi chartæ, quæ fidem habent eo minorem, quo majorem præferunt antiquitatem. Quam ob cauſam de arte ſecernendi diplomata ſcriptis egerunt, præter allegatos MABILLONIVM, GERMONIVM, & PAPEBROCHIVM in Propylæo antiquario circa veri falſique discrimen in vetuſtis monumentis, præſertim Diplomatibus, quod inſertum eſt Actis Sanctorum Menſ. April. Tom. II. ed. Antwerp. 1685. RVINARTVS in Præf. Operis Mabilloniani, Paris. 1709. HERTIVS in Diſſ. de Fide Diplomatum Germ. Regum & Imperatorum in Tomo II. Opp., aliique.

§. 3.

Certum enim eſt, haud pauca diplomata quandam falſitatis vel interpolationis proferre ſpeciem, quæ tamen ſuppoſititia non ſunt,

ſunt, quorum exempla dedit MABILLON d. l. l.1. c.7. §.9. f.29. 30. Et ipſe ego in libro de Palatinatu Saxoniæ, c. 3 Diploma Henrici quarti Imperatoris, quo fundationem cœnobii Reinhardisfontani, per Ludovicum Thuringiæ Comitem, ejusque Conjugem Adelheidin factam, confirmat, quod ob annorum regni & imperii Henrici enarrationem, ut videtur, incongruam, & ſequenti modo in fine ſubjunctam: „ Dat. V. Id. Aug. anno Domin. Incarnat. MLXXXVI. Ind. XII. anno Dni Heinrici tertii Imperatoris Imperii X. regni autem XXIIII. actum Mogontiæ in Chriſto fideliter. „ falſitatis ſuſpicionem incurrit, ab hac nota vindicavi. Sæpisſime quoque deprehendi, in antiquorum inſtrumentorum apographis notas quasdam Chronologicas ſcriptoris incuria vel inſcitia corruptas fuiſſe, quæ, cum facile emendandæ ſint, pluribus falſitatis ſignis in Diplomate non apparentibus, ex uno levique mendo Diploma non ſtatim dicendum eſt ſuppoſititium. Licebit pauca, ex pluribus circa hanc rem obſervatis, hic afferre. Habet enim BVRC. GOTHELF STRUVIVS, vir doctus, in Progr. de Palatinatu Saxon. p.19. Diploma quoddam Friderici D. G. Thuringiæ Lantgravii filii, & Sax. Comitis Palatini &c. Datum in Iſenbergh a. Dni MCCXXXII Ind. X. XII. Kal. Jul. Cum

vero nullus anno Chriſti 1232. in Thuringia vel Miſnia vixerit Fridericus, indictio quoque X anno 1232. minime congruat, probe vero anno Chriſti 1282, quo tempore etiam Fridericus admorſus Alberti Degeneris Thuringorum Landgravii filius floruit, exinde pro anno MCCXXXII. in Diplomate annum MCCLXXXII ponendum puto. Duo quoque ſunt apud MEIBOMIVM Tom. I. Scriptorum Rerum Germanicarum, Ottoni primo Imperatori adſcripta Diplomata, quorum prius genuinum, alterum falſum, cenſeo. Prius fol. 740. d. l. agit de Confirmatione bonorum Bremæ, Hammaburg, Bukkam, Birſinen, Ramaſto pertinentium, & ita explicit: „Data VI Idus Auguſti. Indict. X. anno Domin. Incarnat. DCCCCVII, anno autem Ottone regnante Rege II. Actum in Walahuſen. Amen.„ Alterum fol. 744. d. l. donationem factam ab Ottone Imperatore filio Ludolfo & Geroni Marchioni comprehendens, ita finit: „Datum V. Kalend. Aug. anno Dom. Incarnat. DCCCLII. Indict. VIII. regnante pio Ottone Rege anno XV. actum Walahuſen in DEI nomine feliciter. Amen.„ Natus eſt Otto I. anno Chriſti 912. in Regem vero electus & coronatus anno 936. juxta ſcriptores apud STRUVIVM in Hiſt. German. Diſſ. 12. §. 2. 4. p. 318. 319. 320. citatos. Ex quibus patet, Ottonem

onem primum Imperatorem minime anno 907, quo nondum lucem adſpexerat, Diploma condere potuiſſe, multo minus vero a. 852. Prius tamen Diploma aliquo modo defendi poterit, ſi dixeris, annorum ab incarnato Chriſto notationem ſcriptoris incuria corruptam fuiſſe, & annum DCCCCXXXVII, cui & indictio X & annus regni Ottonis ſecundus congruit, exprimi debuiſſe. Poſterius vero ſuppoſititium eſſe, exinde patet, quia indictio VIII nec anno 852, quo decima quinta volvitur, nec anno 952, quo decima currit, congruit. Si quoque concedere vellem, in Diplomatis clauſula annum 952 legi debere, erroremque in numeratione Indictionum commiſſum, quaſi ſœpisſime in Diplomatibus occurrentem, attendendum non eſſe, annos tamen regni Ottonis falſo notatos eſſe, apparet ex ſubſcriptionibus ſequentium ſtatim duorum Diplomatum apud MEIBOMIVM d. l. Tom. I. f. 744. 745. in quorum primo, anno 952mo indictio V & XVIImus regiminis Ottoniani annus asſignatur: Datum III. Kal. Maji, anno Inc: Dom. DCCCCLII. Ind. V. anno Dni Ottonis Sereniſſimi Regis XVII. actum Magdeburg feliciter. Amen. „ Alterum Diploma anno DCCCCLIIImo annum Ottonis Regis XVIIImum currere teſtatur.

§. 4.

Falſorum vero Diplomatum magnus eſt numerus. Quædam apud DOVBLETVM, vel omnino falſa, vel interpolata, vel dubia, tum primæ ſtirpis, tum ſecundæ Regum Franciæ Inſtrumenta extare, lubens fatetur MABILLONIVS l. 3. c.2. §.5. f. 223. & idem l.3. c.6. §.10. f. 242 ſpurias pronuntiat chartas Canonicorum Haleſacenſium apud COCCIVM in Dagoberto, p.158, Canonicorum S. Aredii in Miſcellaneis LABBEANIS p.453, S. Hilarii Pictavienſis ib. p. 394. pro Vienna & Arelate in HONORATI BOVCHE Hiſtoria Provinciæ, Tom.1.p. 734. Diploma Theodoſii junioris in Tomo II. Italiæ Sacræ, col.9, Bullam Leonis IX pro S. Mauritii Eccleſia Agaunenſi apud GVICHENONEM in Biblioth.Sebuſiana.p.315. Dagoberti Regis litteras fundationis Cœnobii Weiſſenburgenſis de anno 624. apud MADERVM in fine Chronici Montis Sereni, TRITHEMIVM in Compendio Annalium, NAVCLERVM in Chron. Alſat. LEHMANNVM in Chron. Spirenſ. l.3. c.12. f.188 ſuſpectas vocat TENTZELIVS, Vir doctiſſimus, in Colloquiis menſtruis a.1697. p.596. Ejusdem quoque Dagoberti litteras fundationis monaſterii in Monte Petrino apud Erffurtenſes ſpurias eſſe, poſt TRITHEMIVM probavit SAGITTARIVS,

RIVS, in Antiquitat. Ducat. Thuring. l. 1 c. 11. Caroli Magni Privilegium de uſu metallifodinarum, Comitibus Glichenſibus conceſſum anno 746. apud Goldaſtum in Conſtitut. Imperial. f. 17. & HENR. MEIBOMIVM de Metallifodinarum Hartzicarum origine & progreſſu §. 41. ſuppoſititium eſſe, demonſtravit idem SAGITTARIVS in Hiſtoria Glichenſi MSta, quæ in Bibliotheca JOHANNIS BASILII de GLEICHENSTEIN, Curiæ Saxo-Vinarienſis Conſiliarii, & Burgelenſis Præfecturæ Præfecti primarii, latet, cujus de hoc Diplomate verba adducit TENTZELIVS in Colloqu. menſtr. a. 1696. p. 626. 621. ſq. Osnabrugenſis Carolo Magno adſcripti Diplomatis falſitatem docuit Vir doctus, ECCARDVS, in Diſſ. de Diplomate Caroli M. Imperatoris de Scholis Osnabrugenſibus critice expenſo. ed. 1717. 4. Lindavienſe, quod ſub Ludovici Imperatoris nomine circumfertur, Diploma effictum eſſe, evicit primus DANIEL HEIDERVS in Actis Lindavienſibus, poſt eum CONRINGIVS in cenſura Diplomatis, quod Ludovico Imp. acceptum fert Cœnobium Lindavienſe. ed. Helmſt. 1672. denique contra Anonymi cujusdam, mortuo leoni Conringio inſultantis, quem MAXIMILIAMVM RASLERVM, Soc. Jeſ. Presbyterum, vocat MABILLONIVS, in Sup-

 plemento

plemento ad libr. de Re Dipl. c. 4. §. 4. f. 17. Apologiam Diplomatis Lindavienſis ed. Conſtant. 1691, WILH. ERNEST. TENTZELIVS in Colloqu. menſtr. a. 1693. p. 738 ſeq. & in Hiſtoricis Vindiciis pro Hermanni Conringii Cenſura. Lindaviæ. 1700. fol. Ipſe quoque MABILLONIVS in Supplem. c. 4. §. 4. f. 17. licet invitus, inficias tamen ire non potuit, dictum diploma adulteratum fuiſſe. Privilegium quoddam Ottonis Magni, Magdeburgenſibus, ut traditur, conceſſum, explosit BENJAMIN LEVBERVS, de Stapula Saxonica. n. 197. 199. Ut de aliis innumeris ejusmodi generis taceamus.

§. 5.

Ejusdem farinæ noſtrum eſt Bilehildis Diploma, cui ſequentia PAPEBROCHII in Propylæo antiquario. n. 103. verba applicare, forte non erit incongruum. „Quemadmodum autem monaſteriorum ſuperiores innocens quædam, ut ipſi putabant, vafrities permovebat, ad ejusmodi fictiones procurandas: ita ſciolorum quorundam ad hoc inductorum manus atque ſtylum animabat profunda quædam Chronologicarum rerum iſtius temporis ignorantia, per quam ſciebant, impune quidlibet ſe ſcripturos, modo ſecundum aliquam publicorum inſtrumentorum formam, neque teſtium inſignium deeſſent

deeſſent nomina, neque temporum characteres undecunque accepti. „Sed ad rem. Exhibet integrum Bilehildis Diploma LATOMVS, in Catalogo Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Moguntinenſium, quem MS. poſſideo, in Sigeberti Epiſcopi Hiſtoria, unde illud, ſubjunctis variis lectionibus, hic exhibebo :

IN nomine Domini Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Ego Bilehilt notum eſſe cupio tam præſentibus, quam futuris (1), qualiter ego propter DEI amorem, propterque ſpem retributionis futuræ, quasdam res proprietatis, hoc eſt, aream unam prope murum Moguntinæ civitatis in auſtrali parte a reverendo (2) Sigeberto (3), avunculo meo acquiſivi, (4) rubeis ſcutis duodecim auro paratis & totidem equis nigris, & conſtruxi in ea domum Domini & ſanctæ Mariæ virginis, ibique con-

(1) *quam & futuris*. Serar. (2) *reverendo* deeſt in tabula, quæ pendet Moguntiæ in Monaſterio, & Serario. (3) *Archiepiſcopo* Serar. (4) *cum* Ser.

congregavi ſanctam congregationem mulierum, & tradidi eis in Eleemoſynam meam ac parentum meorum, quicquid proprietatis habere viſa fui, vel hæreditatis, tam in areis & ædificiis, pratis, paſcuis, ſylvis, terris, aquis, aquarum decurſibus, mobilibus & immobilibus, cultis & incultis, ac (5) mancipiis, ita ut habeant ac (6) poſſideant usque ad conſummationem ſeculi huius. Poſſeſſores vero eiusdem areolæ urbis præfatæ vigilias non curent, nummorum collectionibus, modo Epiſcopo, modo in reparandos muros dandis, nihil addant, aliasque urbanas conſuetudines non obſequent (7): tantum Abbatiſſæ & congregationis uſui, obſequio & (8) imperio ſe parere cognoſcant. Si quis illorum homicidium, furtum, rapinam, aut aliquam aliam culpam

(5) *&* Serar. (6) *atque* Ser. (7) Ita in tabula. Serarius habet *obſervent*. (8) *&* deeſt in Tab.

culpam commiſerit, vel aliquis extraneus (9) malefactor, qui talia fecerit, aream in illam fugiens, ſe receperit, non judicum aut principum urbanorum, verum ejusdem loci iudicio cenſendus asſiſtat. Mundiburdiam & defenſionem ab Epiſcopo (10) Moguntinenſis Eccleſiæ habeant in perpetuum. Electionem vero Abbatiſſæ inter ſemet ipſas habeant: nullam viduam aut aliam quamlibet extraneam, niſi inter ſe nutritam, accipiant. Et ſi ullus Epiſcopus propter ſui (11) temeritatem huius conditionis chartulam infringere voluerit, iram omnipotentis Dei & ſanctorum ſentiat omnium (12), & tamen, quod vult, nequaquam perficiat. Sed præſens chartula huius traditionis omni tempore firma & ſtabilis permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Inſuper etiamſi ulla vidua, vel extranea, his

(9) *de extraneis* Ser. (10) *Archiepiſcopo* Serar. (11) *ſuam* Ser. (12) *omnium ſentiat* Ser.

his ſanctimonialibus fæminis extra conſenſum ſororum (13) præponatur, in peſſimum genus lepræ incidat, & poſtea turpisſima morte pereat (14), & hic non habeat locum putreſcere. Actum in prædicta urbe, regnante Chlodovæo (15) Rege ſerenisſimo, anno quarto decimo, anno dominicæ incarnationis ſexingenteſimo triceſimo quinto, indictione decima, Kalendis Maji, feria quinta, coram teſtibus ſubnotatis:

Signum Bilehildæ, quæ hanc traditionem perfecit.
Signum Geroldi Epiſcopi.
Signum Rodoberti (16) Diaconi.
Signum Richolfi (17).
Signum Adelhelmi (18).
Signum Grimolphi (19).

Signum

(13) *ſuarum* Ser. (14) *damnata pereat* Ser. (15) *Cleodovao* Ser. (16) *Ruodberti* Ser. (17) Ser. *Recholffi*. In Tab. vero eſt *Rocholffi*. (18) In Tab. *Adalhelmi Comitis*. (19) *Grimolffi* Ser.

Signum Hagonis (20).
Signum Hilduini (21).
Signum Mumhilt (22).
Signum Regenhilt (23).
Signum Libolfi (24).
Signum Grimolphi (25).
Ego Aſtimundus (26) juſſu Domini mei Sigeberti (27) ſcripſi, notavi diem (28), ut ſupra.

§. 6.

Generaliter notandum eſt, in Diplomate noſtro, nec ſtylum, nec orthographiam, illi ſeptimi ſeculi eſſe convenientem, quod Inſtrumenta hujus ætatis, apud MABILLONIVM aliosque extantia, inſpecturus, facile comprehendet. Sed ad ſpecialiora.

§. 7.

Incipit Diploma:

In nomine Domini Patris & Filii & Spriritus Sancti, Amen.] Tradit quidem PAPEBROCHIVS in Propyl. n. 28, Diplomata ante Carolum

(20) *Haganonis* Ser. (21) *Hildimini* Ser. In Tab. *Hildinui.* (22) *Mimihilt* Ser. (23) *Reginhilt* Ser. (24) *Hobolffi* Ser. In Tab. eſt *Liobolffi.* (25) *Gumolffi* Ser. In Tab. eſt *Grimolfi.* (26) *Ego itaque Aſmundus* Ser. (27) *Sigiberti Archiepiſcopi* Ser. (28) *diem tempusque* Serar.

lium Magnum confecta ſemper hac formula fuiſſe inchoata. Sed refellit eundem MABILLONIVS. l.2. c.3. §.2.f.68.69. ſcribens: „Neſcio, an aliquid in toto Propylæo reperiri poſſit, quod potiori jure revocari queat in dubium, imo & refelli, quam ejus aſſertionis „pars poſterior. Nullum enim in tota prima „ſtirpe indubitatum Diploma invenio, quod „ab hac invocatione exordium ducat; ſed „quotquot vidi genuina, abſolute ſic incipiunt: Chlodoveus Rex Francorum, Vir „inluſter. aut conſimili modo.„ In illis quoque privatorum chartis circa tempora Dagoberti I.& Chlodovei II. confectis apud MABILLON. l. 6. n. 4. 6. 8, formulam hanc in principio Inſtrumenti non invenies. Cum autem in Privatorum Inſtrumentis circa ſolemnes formulas tunc temporis omnia ex notariorum arbitrio penderent, nec formulam: In nomine Domini &c. prorſus inuſitatam fuiſſe dicendum ſit, ex ſola hac formula, de falſitate Diplomatis noſtri firmum haud depromi poſſe argumentum, facile concedo.

§. 8.

Ego Bilehilt] Ea, quæ tradit LATOMVS in ſuo Sigeberto, Bilhildin, Sigeberti Epiſcopi ſororis filiam, Hetano, Franconiæ Duci nuptam, ſub Clotario & Dagoberto, Francorum Regibus, vixiſſe; maxime fabuloſa

loſa ſunt. Floruit enim Hetanus, Dux Franconiæ ultimus, ſequenti primum ſeculo & a. 740 mortuus eſt, longe poſt tempora Dagoberti. vide TRITHEMIVM de Orig. Francor. in Tomo I. SCHARDII Scriptor. Rer. German. f. 155.b. Quare hunc Bilehildis, circa annum 635, ut Diploma teſtatur, viventis, maritum fuiſſe, non eſt probabile. Sed neceſſe eſt, ut inquiramus, num circa annum 635, quo editum noſtrum Diploma dicitur, Bilehildis vixerit?

Legitur quidem Bilehildis nomen in Childerici Regis Privilegio pro Cœnobio Elnonenſi apud MIRAEVM in Dipl. Belgicis l. 3. c. 3. mendoſam vero hanc lectionem judicat MABILLONIVS l. 2. c. 21. §. 1. f. 158, & pro Bilechilde Junechilden Reginam Sigeberti, Auſtraſiorum Regis, relictam, reponit. Alia memoratur Billehildis, apud Genealogiarum ſcriptores, Regis Metenſis, Theodeberti II. anno 615 defuncti, uxor prima, quæ vero ante maritum obiit, & annum 635 non attigit.

Traditur vero apud ſcriptores plurimos, Blithildin quandam, Clotarii Regis filiam, Ansberto cuidam, viro inter Francos illuſtri & Senatori, matrimonio junctam fuiſſe, eodemque conjugio Arnaldum, ſeu Arnwaldum, Comitem Palatinum, prognatum eſſe, Patrem quippe Arnulphi, Majoris domus

primum, poſt Epiſcopi Metenſis, Genitoris Anſegiſi, Ducis & Comitis Palatini, qui Pipinum Heriſtallium, Majorem domus, a quo Carolus Martellus, Pipini Regis Parens, & Caroli Magni avus, ortum traxit, procreavit, cf. BESSELIVM in not. ad EGINHARD. Vit. Caroli M. c.2. p.17. 18. ed. Helmſt. 1667. Sed equidem fabuloſa ſunt, quæ de hac Blithilde, Clotarii Regis filia, narrantur, a Pipino Rege, aut aſſentatoribus ejusdem, ut pluribus traditur, in eum conficta finem, ut a Francis, quaſi Regio ſanguine ortus, eo libentius in Regem reciperetur Pipinus. Sin quoque vera eſſent, quæ de memorata Blithilde in medium proferuntur, eandem tamen Diploma noſtrum condidiſſe, non eſt, ut credatur. Cum enim Clotarii primi anno 561. quinquageſimo primo regiminis anno, extrema ſenectute defuncti filia, ut referunt Genealogiarum ſcriptores plurimi, ut & PETAVIVS in Rationar. Temp. P.1.l.7.c.14.p.459, & Ansberti, qui anno 570 obiit, conjux fuerit, veritati non videtur conſentaneum, eam 65mo, poſt extinctum maritum, anno adhuc viduam protraxiſſe ætatem, vel annum 635mum, quo datum perhibetur Diploma noſtrum, attigisſe, multo minus vero annum 14mum regni Clodovei, qui eſt annus 652mus ab incarnato Chriſto. Clotarii ſecundi filia, ut dicitur

tur GOBELINO in Coſmodromio ætat. 6. c.31 in Tomo 1. MEIBOMII Script. Rer. Germ. fol. 227, dum ſcribit: „Hic Dagobertus ha-„ buit ſororem, quæ dicta fuit Blithilda, filia„ Lotharii, quam quidam, Ansbrechtus, no-„ bilis Romanus, duxit uxorem, & genuit ex„ ea filium, Arnoldum nomine, qui & genuit„ filium ſui nominis &c.„ eſſe non potuit. Natus eſt enim Clotarius ſecundus menſe quarto ante Patris Childerici mortem, juxta GREGORIVM TVRONENS. l.7.c.7. anno Chriſti 684. vide PETAVIVM in Rat. Temp. l.7. c.11. P. 1. p. 448, cum Blithildis jam ante 14 annos ab Ansberto, marito, anno 670 defuncto, vidua eſſet relicta. Nullo quoque modo videtur probabile, Clotharium ſecundum anno 622, ætatis 38mo, cum Auſtraſiam filio Dagoberto traderet regendam, ex filia Blithilde jam pronepotem habuiſſe Arnolphum, tam matura & ætate, & prudentia florentem, ut ei Regis & regni cura crederetur, quod tamen Arnulpho, Blithildis nepoti, a Clothario II factum, narrat SIGEBERTVS ad a. 628, dum ſcribit: „Chlotarius Rex filium ſuum Dagobertum in regno aſcitum, Pi-„ pino & Arnulpho committit ad regnandum„ Auſtraſios„ vide quoque eundem ad a. 625.

§. 9.

notum eſſe cupio, tam præſentibus, quam futu-

 ris,

ris, &c.] Hanc formulam ſeculo ſeptimo uſitatam, vel ante Carolum Magnum in Diplomatibus adhibitam fuiſſe, non invenio. Incipit quidem Diploma Dagoberti Regis „apud MABILL. l.6. n.5. f. 465: „Dagobercthus, Rex Francorum, Viris Illuſtribus, „Wandelbertho Duci, Roganrico domeſtico & „omnibus agentibus præſentibus & futuris „- - - - - promerere æterna, vel de caduca ſub„ſtantia erogandum, lucrari gaudia ſempiter„na &c.„ Hæc tamen formula initialis cum noſtra parum habet ſimilitudinis. Aſſiduum vero noſtræ in ſeculi noni, decimi, undecimi & ſequentium Diplomatibus & Documentis notabis uſum.

§. 10.

a reverendo] Sigebertus aut Laicus fuit, aut Clericus. Sin Laicus, titulus ei dari debuiſſet: Vir inluſtris. Sin Epiſcopus: Vir Apoſtolicus, ſeu Venerabilis. Reverendos vocatos eſſe Epiſcopos, vel ſaltem Abbates, in chartis ſeptimi ſeculi non repperi. Venerabiles vero, vel in Chriſto venerabiles, a ſeculo VII ad XIII in chartis, his temporibus ſcriptis, dictos fuiſſe, ex MEIBOMIO, VADIANO, BROWERO, TRITHEMIO, GOLDASTO, LYMNÆO, FRANCISCO GVILLIMANNO, & aliorum antiquariorum ſcriptis demonſtrari poſſe, affirmat JOH. HELFRI-

CVS

CVS CLOTZIVS de titulis honorificis c. 5. §.2.p.41. ed. Gieſſ. 1671. Ottonum quoque temporibus Archiepiſcopos titulo Venerabilis Viri inſignitos fuiſſe, docet exemplum in Diplomate Ottonis III, apud MEIBOMIVM in Tomo II Script. Rer. Germ. f.375. Ex variis vero a doctiſſimo MABILLONIO editis Inſtrumentis & Diplomatibus patet, Abbates ſeculo ſeptimo dictos fuiſſe: Venerabiles. Epiſcopos vero: Viros Apoſtolicos. Eo enim modo Clodovius II, Rex Francorum, in Diplomate, anno 16 regiminis dato, quo monaſterii S. Dionyſii libertatem confirmat, apud MABILLON. l.6.n.7.f.466, Landaricum Pariſ. Eccleſiæ Epiſcopum, vocat: Apoſtolicum Virum. Sic Chlodovius III placitum ſuum de Nocido, ſuper fluvium Iſeræ, in pago Camiliacenſi, ita incipit: Chlodovius, Rex Francorum, Vir inluſter. Cum nos in DEI nomine Luſarca in Palatio noſtro una cum Apoſtolicis Viris in Chriſto Patribus noſtris Sigefrido, Conſtantino, Gribone & Urſiniano, Epiſcopis: nec non & inluſtribus Viris, Raynoaldo &c.,, apud eundem MABILLONIVM l. 6. n. 17. f. 474. Sic idem quoque Chlodovius Epiſcopos vocat Apoſtolicos viros, in Chriſto Patres in alio Placito apud MAB. l.6. n.19.f.475. Sic denique Rex Childebercthus Godinum, Lugdunenſis urbis

Epiſcopum, nominat Apoſtholicum Virum, in Præcepto apud MAB. l. 6. n. 20. f. 476, & Anſoaldum, Savorium &c. Epiſcopos Apoſtholicos Viros in Chriſto Patres in alio Præcepto apud eundem l. 6. n. 24. f. 479.

§. 11.

Sigeberto] Quæ de Sigeberto, Moguntinenſis Eccleſiæ Antiſtite, narrat LATOMVS, incerta valde ſunt. Ex Diplomate Bilehildis Epiſcopum eum fuiſſe, non conſtat. Imo in fine ejusdem Geroldus adducitur, Epiſcopus procul dubio Moguntinus. Alii rerum Moguntiacarum ſcriptores Sigebertum omittunt, vel eundem cum ſequente Regeberto Præſule faciunt.

§. 12.

acquiſivi rubeis ſcutis duodecim auro paratis, & totidem equis nigris] Dignitas Eccleſiaſtica, ut ex reverendo titulo apparet, cum adſcribatur Sigeberto in Diplomate noſtro, quid Epiſcopo cum ſcutis auro paratis & equis? Militibus talia inſerviunt, non Clericis. Tunc temporis vetitum erat Epiſcopis, militiam ſequi. Sagittarius enim & Salonius, Epiſcopi, ille Ebredunenſis, hic Vapingenſis, quod armati, militum more, præliarentur, Concilio ſecundo Lugdunenſi, anno 567 habito, Epiſcopatus honore indigni ſunt judicati. vid. Tom. I. Concil. Gall. p. 325, & GREGOR. TV-

RON.

Digitized by Google

RON. l. 5. c. 21, & iterum ad Johannem Pontificem Romanum provocantes, in Cabillonenſi Synodo omni dignitate Eccleſiaſtica ſunt privati. GREGOR. TVRONENS. l. 5. pag. 28.

§. 13.

Poſſeſſores vero ejusdem areolæ, urbis præfatæ vigilias non curent, nummorum collectionibus, modo Epiſcopo, modo in reparandos muros, dandis, nihil addant, aliasque urbanas conſuetudines non obſequent, &c.] Elucent quoque in his & ſequentibus verbis quædam ſpurii Diplomatis ſigna. Primo: Bilchildis, privati ſtatus fœmina, quæ nullum in urbe Moguntina exercebat dominium, immunitatem a vigiliis & collectis, exemtionem a jurisdictione ordinaria, privilegium aſyli &c. cœnobio a ſe condito, & areæ ad id pertinentis incolis propria autoritate concedens adducitur; cum tamen notiſſimum ſit, ejusmodi privilegia, quæ a Principali dependent poteſtate, a Rege vel ſummo Principe peti debuiſſe & impetrari; non vero absque Principis conſenſu ab homine privato cuidam tribui potuiſſe.

Secundo: Epiſcopo hîc collectarum adſcribitur perceptio, cum tamen Epiſcopis tunc temporis nullæ datæ ſint nummorum collectiones, ſed iidem victum accipiebant ex gratuitis populi donis, quæ plurimam partem

pane & vino conſtabant, & diebus ſabbathi juxta Concilium Matiſc. 2. anno 587. c. 4 offerebantur, exinde fidelium oblationes, non vero collectæ dictæ, ex quibus, ut ſancitum legimus in Synodo Aurelianenſi I. c. 15, tertia pars fideliter Epiſcopis deferebatur, duæ Clericis. Interdum quoque ex conceſſione Regum, decimas frugum a populo accipiebant; ita enim decretum eſt in Synodo Matiſcana 2. c. 5. „Statuimus & decernimus, ut „mos antiquus a fidelibus reparetur, & deci„mas Eccleſiaſticis famulantibus ceremoniis „populus omnis inferat.„

Minime vero putandum eſt, ſub Regibus Francorum Epiſcopis vel monachis licuiſſe, de decimis iis a populo oblatis, & de fructibus prædiorum Eccleſiaſticorum, pro lubitu diſponere; vel ejusmodi bona, Eccleſiis a priſtinis poſſeſſoribus Laicis addicta & tradita, a ſolutione cenſus vel tributi, domino territoriali, vel Reipublicæ debiti, libera & exempta fuiſſe. De priori enim ſapienter diſpoſuit Rex Chlodoveus in Synodo Aurelianenſi prima, cujus verba LEHMANNVS in Chron. Spirenſ. l. 2. c. 35. fol. 120 ſequ. adducit; „Juſtisſimum definimus, ut in reparationibus Eccleſiarum, alimoniis Sacerdotum & pauperum refectione vel redemptionibus captivorum, quicquid DEus in fructibus dare dignatus

tus

tus fuerit, expendatur, & Clerici ad adjutorium Eccleſiaſtici operis adſtringantur.,, & idem ex Caroli M. quoque Capit. l.7. cap.290. probat.

De altero vero ſancitum eſt in Capitularibus Regum Franciæ, ut de rebus, unde cenſus ad partem Regis exire ſolebat, ſi ad aliquam Eccleſiam tradita ſunt, ut reddantur propriis hæredibus, aut qui eas retinuerit, illum cenſum perſolvat. Capit. Franc. l.3. c.85. 86. ANGES. l.3. c.15 & 73, & iterum: „quicunque terram tributariam, unde tributum ad partem noſtram exire ſolebat, vel ad Eccleſiam, vel cuilibet alteri tradiderit, is, qui eam ſuſceperit, tributum, quod inde ſolvebatur, ad partem noſtram ſolvat. ANGES. l.4. c,14. Capit. Franc. l.4. c.37.

§. 14.

Mundiburdiam & defenſionem ab Epiſcopo Moguntinenſis Eccleſiæ habeant in perpetuum.] Mundiburdium in antiqua formula apud MABILLONIUM de Re Dipl. l.6. f.619 dicitur quidem: Præceptum. In Diplomate vero noſtro denotat Advocatiam, & tali ſignificatione hanc vocem haud raro occurrere, fatendum eſt. FRANCISCUS HOTOMANNUS in Comment. de Verbis feudalibus f.m.32. ſcribit: „Mamburgus idem fere, qui advocatus &c. itaque qui curator Reip. in libris Pan-

 dectarum

dectarum dicitur, Mamburgus Feudiſticis temporibus appellatus eſt. unde Mamburgium, curatio. In formula regni accepti a Boſone apud Guil. Paradinum Annal. Burgund. l. 1.: omnibus, ut monuiſtis, legem, juſtitiam & rectum Mamburgium, auxiliante DEo, conſervabo. Dicebatur & Mandiburdium &c.„ Docet quoque GOLDASTVS in Replicat. pro Imperio c. 13. p. 184, & in Rationali Conſtitutionum Imperial. p. 22, nec non in Gloſſario verborum Teutonicorum, quod præmiſit Tomo III Conſt. Imp. lit. M. circa finem, Germanos olim advocatiam vocaſſe Mundiburdium, Mundeburde, vel Mundburt, quam vocem a Mund, quod os, & Bürde, quod onus notat, compoſitam putat LYMNAEVS ad Capitul. Caroli V. Imp. p. 134. ABRAH. MYLERVS in Archæolog. Teut. apud LEIBNIT. in Collect. Etymolog. P. 2. p. 125 refert, mundibur vet. Teut. tutorem dici apud Lazium, momboor, mondbor hodie Belgis forte quaſi Mundtbeur, quod pupilli os gerat in eo defendendo. Legimus vero hanc vocem in Diplomate, quantum ſcio, inedito Caroli M. Imperatoris, de fundatione & erectione monaſterii in Neuſtadt, dat. menſe Majo, anno ab Incarnatione Dni. 794, ubi Mundiburt defenſio dicitur his „verbis: Ut ſemper idem locus a nobis dilectus,

ctus, ſub noſtro Mundiburtte vel defenſione,„ quietus ſubſiſtat.„ Nec non in Diplomate Friderici Archiepiſcopi Magdeburgenſis, de Bonis in Gilverſtete, dat. 6. Id. Aug. anno Dominicæ Inc. 1147. Ind. X, apud KNAVTHIVM in Antiquitat. Anhalt. §. 34. p. 15, ubi Martinus, Halverſtadienſis Præpoſitus, Mundiburdum Laicum habuiſſe, traditur ſequentibus verbis: „Præfato vero Friderico de-„ functo, Martinus, Halverſtadenſis Eccle-„ ſiæ quondam Præpoſitus, ſed ejusdem Ec-„ cleſiæ Canonicis inſolentiam ejus accuſan-„ tibus a Romano Pontifice depoſitus, ean-„ dem venditionem legitime factam, quaſi„ conſanguinitatis occaſione infringere opta-„ vit &c. ac ſic ipſo Martino conſentiente &„ laudante, & omnibus prorſus objectionibus,„ quas prius adverſus eadem bona habere vi-„ ſus eſt, poſtpoſitis, benigne etiam conſen-„ tiente ac laudante Marchione Adalberto, qui„ mundiburdus ejus erat, aſſentientibusque„ filiis ejus, Hermanno, Adalberto, Theode-„ rico, qui præſentes erant.„ & alibi.

Cum vero in Diplomate noſtro hoc mundiburdium Epiſcopo Moguntinenſis Eccleſiæ adſcribatur, apertum eſt de falſitate Inſtrumenti hujus indicium. Epiſcopos enim ſub Regibus Francorum, Carolo Magno, & ulterius adhuc, nullam habuiſſe poteſtatem ſecularem,

cularem, tam notiſſimum eſt, quam quod in Conciliis ſæpiſſime ſancitum ſit: Clericos ſe ſecularibus negotiis non immiſcere debere, ne, dum cognoverint inferiora bona diſponere, non valerent ſuperioribus bonis deſervire, ut loquitur GREGORIVS MAGNVS. Vel: Epiſcopi & Abbates curam omnem administrationemque, quæ ad victum & alimoniam attinet, advocatis relinquant, quo minus a profeſſionis inſtituto, cui jurati eſſent, avocarentur, ut jubebat Canon Synodi Moguntinæ, a. 993 habitæ. Exinde decretum eſt, ut Epiſcopi, univerſique Sacerdotes habeant advocatos, quia Epiſcopi, univerſique Sacerdotes ad ſolam laudem DEi bonorumque operum actionem conſtituuntur. Debet ergo unusquisque eorum, tam pro Eccleſiaſticis, quam etiam propriis ſuis actionibus habere advocatum, non male ſuſpectum, ſed bonæ opinionis, ne, dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdant; ſcribit HINCMARVS Epiſt.7.v.31. Hi advocati vel defenſores a Regibus dabantur Epiſcopis & monaſteriis, a Principe enim poſcendi erant Eccleſiarum adverſus potentias ſecularium vel divitum defenſores, juxta Capit. l.5. c.31, vel ut loquitur Carolus M. Capit. l. 7. c. 303: „Pro Eccleſiarum cauſis ac neceſſitatibus ea„rum atque ſervorum DEi, Executores vel

advo-

advocati, ſeu defenſores, quoties neceſſitas,, ingruerit, a Principe poſtulentur, & ab eo fi-,, deliter atque libenter juxta Canonicas ſan-,, ctiones fideliſſime dentur.,, Talis autem Eccleſiarum monaſteriorumque advocatia & defenſio, quæ potiſſimum in exercitio juriſdictionis, adminiſtratione bonorum Eccleſiaſticorum, & eorundem contra quoscunque aggreſſus inimicos, & incurſus hoſtiles defenſione conſiſtebat, Laicis Viris, tum principibus, tum nobilibus credebatur, nunquam vero Epiſcopis ad hoc munus, ut ex prædictis patet, maxime inidoneis. Eo enim modo Rex Dagoberthus Eccleſiis B. Petri & Maximini apud Trevirenſes Protectorem, Rectorem & advocatum dedit Arnulphum, Auſtriæ Moſellanicæ Ducem, ut Diploma docet apud MAGERVM de Advocatia Armata, c. 4. n. 121, quod Sigebertus Rex a. 635 confirmavit, ut ex FRANCISCO de ROSIERES in Stemmat. Lotar. & Barr. Ducum f. 1. 3 refert LEHMANNVS Chronic. Spirenſ. l. 2. c. 36. f. 121. b. Sciendum quoque, Pipini pellicem, Alpaidem, fundaſſe Eccleſiam & Collegium Canonicorum in Hugardis, cui advocatum & Patronum Ducem Auſtraſiorum, ſive Auſtriæ inferioris, dedit, ut tradit Chronicon magnum Belgicum f. 27. Innumera ſunt horum advocatorum Laicorum Eccleſiis præfectorum

ſectorum, plurimam partem tunc temporis hæreditariorum, quorum imprimis in Abbatiſſarum geſtis & factis maxima erat poteſtas & jurisdictio laxior, ſecundum VADIANVM de Colleg. & Monaſter. German. P. I. f. 22, exempla, quæ tamen hîc enumerare, ſuperfluum foret. Vide de advocatis Eccleſiarum Laicis, eorumque officio HAIDERVM im Diſcurs von Reichs-Vögten, lit. k. fol. 43 & ſeq. ut & in Actis Lindavienſibus fol. 330 ſeq. & 576 ſeq. MAGERVM de SCHONBERG de advocatia armata, c. 5 & 11. PAVLLIN. de advocatis monaſticis. WEHNERVM in Obſ. Voce Vogtey. CVJACIVM libr. 5. de Feudis. Tom. III Opp. fol. m. 771. HOTOMANN. de Verbis Feudal. in voce Advocatia f. 4. 5. FILESAC. de autoritate Epiſcopali c. 4. VADIAN. in Alemann. Tom. III. f. 15. Conſilium Argentoratenſe 87. Vol. 2. BESOLD. in Theſauro Practico, voce Kaſten-Vogt. SPANGENBERG. in Chronico Mansfeld. c. 281. BANGERT. in not. ad Arnoldi Chron. Slavor. l. 3. c. 18. p. 338. STRUVIVM Patrem in Synt. Juris Feudalis c. 4. §. 20. p. 146 ſeq. STRUVIVM filium in Synt. Juris Publici Diſſ. 18. §. 24 ſeq. MYLERVM ab EHRENBACH in Archolog. Ord. Imperii c. 14. LEHMANN. in Chron. Spirenſ. libr. 2. cap. 36. fol. 120 ſeq. MEIBOM.

in Script. Rer. German. Tomo III. fol. 248. TENTZEL in Colloqu. menſt. anno 1693. pag. 444 ſeq.

§. 15.

regnante Chlodovæo,] Clodovei, ut vulgo vocantur Francorum Reges, in Diplomatibus ſe non ſcribebant Chlodovæos, ſed Chlodovios. Cernitur enim in fine Diplomatis apud MABILL. de Re Dipl. l. 5. tab. 18. f. 377. 378. ſignum Chlodovio Regi uſitatum. Sic quoque incipit Diploma, quo monaſterii S. Dionyſii libertas confirmatur, pariter ac Placitum de Nocido, ſuper fluvium Iſeræ, in pago Camiliacenſi: Chlodovius Rex Francorum Vir inluſter &c.,, apud MAB. l. 6. n. 7. fol. 466. & l. 6. n. 18. f. 474. In Præcepto Childeberti III, de Napſiniaco, villa in pago Bituricenſi, monaſterio S. Dionyſii conceſſa, leguntur verba: ,,tempore bonæ memoriæ germano noſtro Clodovio condam Rege &c.,, apud MAB. l. 6. n. 20. f. 476. nec non in Præcepto Chilperici III, de immunitate Dionyſiani monaſterii apud eundem l. 6. n. 30. f. 484. ,,juxta quod anteriores parentes noſtri, vel præcelſus avunculus noſter Theodericus, ſeu & conſobrini noſtri, Chlodovius, Childeberčthus & Dagoberčthus.,,

§. 16.

Rege Sereniſſimo]. Pipinum Regem, Carolum

rolum Magnum & ſucceſſores Sereniſſimos appellatos fuiſſe, ex Diplomatibus, eorum temporibus ſcriptis, patet. Francorum tamen Reges, ſeptimo ſeculo viventes, ſe ipſos vocarunt Viros illuſtres, a ſubditis vero Regum glorioſorum ſeu glorioſiſſimorum, non vero Sereniſſimorum, titulis inſigniti fuerunt, quod variis exemplis demonſtrari poteſt, deſumptis ex MABILLONIO l. 2. c. 3. f. 69. l. 6. f. 606. 607. 469. 479. &c.

§. 17.

regnante Chlodovæo Rege Sereniſſimo anno quarto decimo, anno Dominicæ Incarnationis ſexingenteſimo triceſimo quinto.] Legimus hic, Diploma noſtrum anno 14 regiminis Chlodovæi Regis, anno Incarnat. Domin. ſexcenteſimo triceſimo quinto fuiſſe datum, quod apertiſſimum eſt falſitatis & impoſturæ indicium, cum anno 635mo vix bimus fuerit Chlodovius. Patrem Chlodovii, Dagobertum, ſuperſtite adhuc Chlotario, ab eodem anno Chlotarii Regis 29mo Auſtraſiam accepiſſe regendam, ex AIMOINO l. 4. c. 8 probare nititur, & annum hunc 29mum regni Chlotarii anno æræ Chriſtianæ 622 congruere, tradit PETAVIVS in Rat. Temp. P. 2. l. 4. c. 17. p. 280. Erravit quidem PETAVIVS, dum ſcribit, Chlotarium anno 29 Dagoberto filio tradidiſſe Auſtraſiam, ipſe enim ſtatuit,

ſtatuit, Chlotarium anno Chriſti 584, qvo natus eſt, interfecto per Landericum Patri, ſtatim ſucceſſiſſe. P. 1. l. 7. c. 11. p. 448. & anno 628. principatus anno 45. obiiſſe. P. 1. l. 7. c. 14. p. 457. ita, ut juxta hanc computationem annus 29 regni Chlotarii ſit annus ab incarnato Chriſto 613mus. Sed error latet in numero 29. anno enim Chlotarii 39. ſeu anno Chriſti 623. Dagobertum creatum fuiſſe Regem Auſtraſiorum, Autor Vitæ Dagoberti c. 12. teſtatur ſeqventibus verbis: " anno triceſimo nono regni ſui Hlotharius Rex Dagobertum filium ſuum conſortem regni fecit, eumqve ſuper Auſtraſios Regem conſtituit. " Poſt Patris obitum cum ſextum ageret Auſtraſiæ regni annum, juxta FREDEGARIVM, brevi qvoqve defuncto fratre Ariberto, univerſum Francorum Imperium ſuſcepit regendum. Incidit vero Chlotarii Regis mors in annum æræ Chriſtianæ 628, juxta PETAVIVM P. 1. l. 7. c. 14. p. 457. & P. 2. l. 4. c. 17. p. 280. SAGITTAR. in antiq. Ducat. Thuring. l. 1. c. 10. p. 21. Autorem des memoires de l'Hiſtoire de France. l. 9. p. 231. Ed. à la Haje 1701. non vero in annum 630, ut tradit HERMANNVS CONTRACTVS ad h. a. in Tomo 1. URSTISII Script. Rer. German. f. 288. nec in annum 631. juxta erroneam TRITHEMII de Orig. Francorum in Tomo I. SCHARD.

Script. Rer. Germ. f. 163. a. & LEHMANNI in Chron. Spirenſ. l. 3. c. 10. fol. 187. ſententiam. Regnavit Dagobertus per annos ſedecim, ut apud omnes conſtat. Num autem hi anni ſedecim ab initio regni Auſtraſiæ, num a Patris Chlotarii morte numerandi ſint? dubitatur apud hiſtoricos. Plurimi horum ſedecim annorum ſeriem ab obitu Chlotarii incipiunt, SIGEBERTVM ſecuti. Sed melior mihi videtur ſententia doctiſſimi MABILLONII l. 4. de Re Dipl. c. 26. fol. 192 & in Supplemento c. 7. fol. 27. 29, Dagobertum annis ſex vivente Chlotariô Auſtraſiæ regno, & decem poſt Patris obitum univerſo Francorum imperio præfuiſſe, aſſerentis. Inter alia enim, quæ allegatis locis legi poſſunt, argumenta, ex FREDEGARIO, Dagoberti Regis æquali, probat, ſedecim illos Dagoberti annos non ab obitu Patris, ſed ab eo anno, quo Rex Auſtriæ vivente Patre renunciatus eſt, numerandos eſſe. Luce enim clarius hoc patere ſcribit ex ipſa FREDEGARIANI Chronici continua ſerie, in qvo FREDEGARIVS numeratis Dagoberti in Auſtria, vivente Clotario, Patre ſex regni annis, ſeptimum ejusdem ſtatim a patris obitu computat, nec plures, qvam decem in conſeqventibus numerat. c. 56 ſq. Chlodovius vero, cujus 14mo regni anno, congruente anno Chriſti 635mo, diploma noſtrum

ſtrum confectum ſcribitur, Dagoberti hujus filius fuit ſecundo genitus, & natus anno duodecimo regni Dagoberti, ut referunt FREDEGARIVS c. 76. & AIMOINVS l. 4. c. 27. unde ſeqvitur, ſi, ut plurimi faciunt, regni Dagoberti annos ab exitu Chlotarii numerare velis, Chlodovium anno 639 ſeu 640. in lucem fuiſſe editum. Putat vero PETAVIVS P. 2. l. 4. c. 17. p. 281, licet alias Dagobertum ſexdecim poſt patrem defunctum annis regnaſſe usque ad annum Chriſti 644mum, ſtatuat, duodecimum illum tamen Dagoberti annum ab exordio regni Auſtraſiæ ſumendum, & ita anno 633. ſeu potius 634mo orbem adſpexiſſe Chlodovium. Quæ computatio cum eâ Mabillonii, cui & ego libens ſubſcribo, concordat. Vixit Dagobertus Rex Regnumqve Francorum adminiſtravit, ſecundum MABILLONII ſedecim annorum regiminis ejus computationem, usqve ad annum Chriſti 638, quem annum SAGITTARIVS quoque in Antiquitat. Duc. Thuring. l. 1. c. 10. §. 8. p. 27. Dagoberti emortualem vocat. Ad annum 644mum usqve eum certe non fuiſſe ſuperſtitem, patet ex privilegiis Iohannis qvarti Papæ, (anno 639. in Pontificem electi & Pontificatus anno primo, menſe nono, die nono juxta PLATINAM in Vit. Pontif. fol. 32. b. Ed. Norimb. 1481. ſeu anno 641. die 12. Octobr.

defunćti, juxta HOFMANNVM in Hiſt. Papar. P.1. p. 383.) Luxovienſi monaſterio ex rogatu Chlodovii Regis Dagoberti filii conceſſis apud MABILL. in Supplem, ad lib. de Re Dipl. c. 7. f. 28. & in Annal. Benedićtin. Tom. 1. p. 382. Errarunt inde PETAVIVS in Rat. Temp. P. 1. l. 8. c. 2. p. 463. & P. 2. l. 4. c. 17. p. 280, qui Dagobertum anno 644 obiiſſe tradit; HERMANNVS CONTRACTVS in Tomo I. URSTISII Script. Rer. Germ. f. 288, qui ad annum 658. Dagoberti mortem referens, ſcribit „ DagobertusRex magnus filius Lotharii annis regnans ſedecim moritur, & ad S. Dionyſium ſcpelitur „ cum tamen ipſe fol. 286. mortem Lotharii & initium regni Dagoberti in annum 631. contuliſſet, & Dagobertum annis ſedecim regnaſſe ſcribat. f. 288. Lapſus qvoqve eſt LEHMANNVS Chron. Spirenſ. l. 3. c. 11. fol. 188. qui ex Aimoino tradit, Dagobertum anno 647 vita funćtum eſſe. Gravior tamen eſt hallucinatio TRITHEMII in libro de Orig. Francor. apud SCHARD. T. 1. f. 163. anno DCLXVmo Dagobertum ex hac vita migraſſe, fingentis. Succeſſit defunćto Dagoberto filius Chlodovius in regno Neuſtriæ & Burgundiæ anno 638. & regnavit annis oćtodecim juxta primum FREDEGARII Continuatorem & Anonymum Dionyſianum, quos citat MABILL. in

Supple-

Supplemento c. 7. §. 4. f. 28. PETAVIVS vero P. 2, l. 4. c. 17. p. 281. 17mum regiminis annum attigiſſe Chlodovium ex IVONE CARNUTENSI & AIMOINO l. 4. c. 41. tradit. Iuxta MABILLONII d. l. ſententiam, quam inſcriptione qvadam Vitæ S. Johannis Abbatis Reomenſis ex Codice Foſſatenſi probare ſtudet, Chlodovius vitæ curſum usqve ad annum 656 perduxit. Si vero FOLQVINO, decimi ſeculi monacho, fides, Chlodovius annum 654 non exceſſit, quam ſententiam SAGITTARIVS in Ant. Duc. Thur. l. 1. c. 13. §. 3. p. 60. quoque fovet, nullo tamen ſcriptoris cujusdam teſtimonio ſuffultus. Iamjam citatus vero FOLQVINVS annum 660mum vocat ſextum filii Chlodovii, ejusqve ſucceſſoris, ſeqventibus verbis in Chartario Sithienſi, c. 2 apud MABILLON. de Re Dipl. l. 6. f. 605. "Sub Francorum qvoqve Principe prædicti Regis Hlodovei filio anno ipſius ſex, verbiqve incarnati 660, placuit venerabili viro Mummoleno Noviomenſi Epiſcopo Domnoqve Bartino Abbati de Sitdiu monaſterio, inter ſe aliqva commutare locella." Sed qvicqvid ſit, annum 660mum non attigiſſe Chlodovium certum eſt, quo tamen anno eundem deceſſiſſe tradit PETAVIVS P. I. l. 8. c. 2. p. 464. & P. 2. l. 4. c. 17. p. 281. Multo minus vero ad annum 664 usqve vitam tranſegit, ut putat

 LEH-

LEHMANNVS Chron. Spirenſ. l. 3. c. 17. f.190. vel ad annum 681, ut fingit TRITHEMIVS de Orig. Francor. in Tomo 1. SCHARD. f.163. Patet nunc ex præmisſis, Chlodovium circa annum 635, quo tamen 14mus regni eius annus in diplomate noſtro citatur, vix bimum Regno Francorum nondum præfuiſſe. Sequentibus vero probabimus, etiam poſt Dagoberti Regis mortem tractum Moguntiacenſem Imperio Chlodovii nunqvam fuiſſe ſubjectum. Erant enim Dagoberto filii duo, Sigebertus & Chlodovius, inter qvos Pater, ut refert AIMOINVS. l. 4. c. 27. æqua lance regnum diviſit, Sigebertum ſeniorem ex liberis Auſtriae Regem inſtituit, Chlodoveum vero minorem natu pari dignitate Neuſtriæ ac Burgundiæ præfecit. Natus eſt Sigebertus a. 629. ex Rogintrude Pellice, et adhuc puer a Patre Auſtraſiæ Rex fuit declaratus anno 632. vide PETAVIVM. P. 1. l. 8. c. 2. p. 463. lucem vero adſpexiſſe Sigebertum anno 633. falſo putat LEHMANNVS Chron. Spir. l. 3. c. 14. fol. 189. In Regem vero Auſtraſiæ a Patre ſuffectum eſſe anno Dagoberti undecimo, qui eſt annus Chriſti 633, teſtatur FREDEGARIVS c. 75. „anno XI regni Dagoberti Dagobertus cum Mettis urbem veniſſet, cum conſilio Pontificum ſeu Procerum omnibusque primatibus regni ſui conſentientibus, Sygi-

Sygibertum filium ſuum in Auſter regnum ſublimavit, ſedemque Mettis civitatem habere permiſit" vide & AIMOINVM l.4.c.26. Obiit Sigebertus non, ut SAGITTARIVS tradit in ant. Duc. Thur. l. 1. c. 12. §. 9. p.58. anno 650, ſed circa annum 654. juxta PETAVIUM P.1. l.8. c. 2. p.464. Decimum ſeptimum enim annum poſt patris obitum attigiſſe eum, ex Autore libri de Geſtis S. Deſiderii Cadurcenſis Epiſcopi probat MABILL. in Supplem. c.7. §3. f.28. In litteris Sigeberti pro conſtructione monaſteriorum Stabulenſis & Malmundarienſis Remaclus adducitur Epiſcopus, qvi ad hanc dignitatem circiter annum 653. pervenit, referente eodem MABILLONIO d. l. f.27. ad annum vero 656. ut ponit LEHMANNVS Chron. Spir. l. 3. c. 14. f. 189. non perveniſſe Sigebertum, ex eo veritati ſit conſentaneum, quod frater ejusdem Chlodovius, qvi tamen annum 656. non eſt egreſſus, Sigeberto per aliquod tempus ſuperſtes apud omnes habeatur. vide FREDEGAR. c. 91. AIMOIN. l.4.c.41. PETAV. P.1. l.8. c.2. p. 464. Huic Sigeberto Auſtraſiorum Regi ſubiecti erant Maguntinenſes, Auſtraſiæ quippe regno adſcripti. Intererant inde exercitui, qvem adverſus Radulfum, Thuringiæ Ducem, ducebat Sigebertus, ſed in prælio cum Radulfo infideles fuiſſe Magoncenſes. FRE-

DEGARIVS refert. c. 87. Inde qvoqve TRITHEMIVS de Orig. Francor. in Tomo I. SCHARD. f. 163. b. ſcribit „ Sigebertum regnaſſe in Auſtraſia apud Metenſes, Colonienſes, Leodienſes, Trevirenſes, Moſellanos, Tulenſes, Moguntinenſes, Neometenſes, Vangiones. " PONTANVS quoque Origin. Francic. l. 5. c. 7 aſſerit, ad Auſtraſiæ regnum olim pertinuiſſe omnes regiones „ quo terrarum ſpatio noſtro nunc ævo comprehenditur Lotharingia, Alſatia, Wormatia, Maguntia, Treviri, Palatinatus pars, Comitatus Salicienſis, Hannonia, Cameracum, Namurcum, Limburgum, Leodium, Brabantia, Flandria, Clivia, Juliacum, Gelria, Hollandia, Zelandia, Trajectum ac Zutphaniæ Comitatus. confer qvoq; SCHVRTZFLEISCH. in diſſ. de Veteri regno Auſtraſiæ.

Brevibus deniqve erit demonſtrandum, unde falſarius ille, qui noſtrum compoſuit diploma, inductus fuerit, ut annum Chlodovei Regis 14mum cum eo æræ Chriſtianæ 635mo compararit. AIMOINVS enim, Hiſtoriæ Francicæ ſcriptor, ex erronea annorum regni Franciæ Regum computatione, annum regiminis Chlodovei ſecundum in annum Chriſti 623. incidere, tradidit. Digna ſunt de hac Aimoini hallucinatione MABILLONII de Re Dipl. l. 2. c. 26. §. 7. f. 191. verba, ut hic addu-

Digitized by Google

adducantur, qvæ ita ſonant." Ex hac computandi ratione per annos regum nata eſt confuſio ingens apud poſteros, qvi cum calculum illum veterem ad annos incarnationis revocare vellent, in multos errores lapſi ſunt. Neque ſolos imperitos tenuit hic lapſus, ſed etiam viros in rebus hiſtoricis pro illis temporibus apprime verſatos; quos inter Aimoinus Floriacenſis, haud ignobilis hiſtoricus, annum Chlodovei junioris ſecundum comparat cum anno incarnationis DCXXIII. cum in libri ſui ſecundi de Vita & Miraculis S. Benedicti c. 1. annum Chriſti MV illigat cum anno CCCLXXXV a condito coenobio Floriacenſi, cuius primordia ad annum Chlodovei junioris ſecundum referuntur." Hanc AIMOINI, celeberrimi tunc hiſtorici, computationem ſecutus eſt Impoſtor, cujus operae & fallaciæ noſtrum origines debet Inſtrumentum. Cum enim juxta AIMOINI numerationem annus Chlodovei ſecundus æqvalis habeatur anno Chriſti 623, annum 14mum regni eiusdem anno æræ Chriſtianæ 635mo congruentem poſuit fraudulentus adulterini diplomatis Autor. Vixit vero ſub Carolo Magno, Ludovico Pio & Lothario Imperatoribus jam dictus AIMOINVS, de cuius ætate videndus doctiſſimus VOSSIVS l. 2. de Hiſtoricis Latinis c. 34. p. 309, 310. ſq. & inde Di-

 ploma

ploma noſtrum ſpurium ſeculi noni aut recentioris adhuc temporis partum eſſe, haud abſurde concludimus,

§. 18.

anno dominicæ incarnationis] Æram Chriſtianam apud Francos anno 635 nondum uſitatam fuiſſe, certum eſt. Nec in Pontificum Epiſtolis & actis Conciliorum circa annum 635 ſcriptis eandem fuiſſe adhibitam, demonſtrari poterit. Extat qvidem apud BEDAM Honorii Papæ ad Honorium Cantuarienſem Epiſtola, qvæ annum Chriſti 634. his verbis refert: Data III Idus Junii imperantibus piisſimis dominis noſtris Auguſtis Heraclio anno XXIV. proconſulatus eiusdem anno XXIII, ſed & Heraclio felicisſimo Cæſare, id eſt filio eius anno III. indict. VII. id eſt anno dominicæ incarnationis DCXXXIV. Sed verba ultima: id eſt anno Dom. inc. 634. æqve ac illa præcedentia: id eſt filio eius, a BEDA explicationis cauſa addita eſſe, non absqve ratione aſſerit Vir Cl. IO. GVILIELMVS IANVS in hiſtoria æræ Chriſtianæ c.3. §. 7. p.88. Certe in concilio Conſtantinopolitano III. Oecumenico 6. anno Chriſti 680 convocato, æram Chriſtianam fuiſſe notatam non legimus. Incipit enim. „In nomine Domini Dei & ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti, imperantibus a DEo coronatis & Sereniſſimis noſtris

noſtris Dominis Flaviis, Conſtantino quidem piiſſimo & a Deo decreto magno Principe perpetuo Auguſto & Imperatore anno vigeſimo ſeptimo & poſt conſulatum ejus anno decimo tertio, Heraclio vero & Tiberio a Deo conſervandis eius fratribus anno 22. die 7. menſis Novembris indictione IX. " vide Tom. VI. Concil. fol. 605 ſeq. Nec in Synodo Romana paulo ante congregata, nec deniqve in Synodo Lateranenſi anno 649. habita æræ Chriſtianæ uſum invenies. vide IANVM in Hiſt. æræ Chriſt. c. 3. §. 5. p. 85. 86. In Hiſpanicis Conciliis æra Hiſpanica fuit adhibita, annique Regum notati, ut idem IANVS docet d. l. c. 3. §. 5. p. 86. Eadem annos Regum numerandi ratio obſervatur in Francicis Conciliis & primæ ſtirpis Regum edictis, nec unqvam, præſertim in Regum diplomatibus, ante Carolum Magnum æræ Chriſtianæ notationem uſurpatam fuiſſe deprehendimus. Patet hoc ex quam plurimis Regum Francorum diplomatibus, qvæ fere omnia in hunc modum finiunt: Datum ſub die X. Kalend. Iulias anno XVI. regni noſtri in DEi nomine feliciter, ut diploma Chlodovii apud MABILLONIVM de Re diplomat. l. 6. n. 7. f. 466. 467. & privatorum Inſtrumenta ſeqventem in modum: Factum ſub die XII. Kalend. Iulias anno IV. regni Domni noſtri Dagoberti Regis, apud

apud eund. l. 6. n. 4. f. 464. Quibus ſimilia videas exempla apud ſæpe citatum MABILLONIVM l.2.c.26.f.191. l.6. f.465. 469. 470. 471. 473. 474. 476. 477. 478. 479. 480. 481. ſeq. CAROLVM COINTIVM Annal. Eccleſ. Francic. Tom. V. p.107. ZYLLESIVM in Defenſ. Abbatiæ S. Maximini P. 2. p. 59.

Æræ Chriſtianæ vero in publicis monumentis adhibitæ exemplum ante annum ab incarnato Chriſto 742mum non deprehendimus. Hoc vero tempore Concilii Germanici, ſive Ratisbonæ, ſive Auguſtæ Vindelicorum congregati, Præfatio incipit. „In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Carolomannus Dux & Princeps Francorum anno a nato Chriſto Servatore & authore noſtro ſeptingenteſimo qvadrageſimo ſecundo undecimo Kalendas Maji &c. apud LABBEVM Concil. Tom. VI. f. 1534. BALVZIVM Tom. 1. Capit. p. 145. & 853. GOLDASTVM in Conſtit. Imperial. Collectione f. 15. Ex Regibus Francorum primus Carolus Magnus hanc in diplomatibus quibusdam adhibuit æram. Licet enim in diplomatibus eiusdem apud MABILLON. l. 6. f. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 512. expreſſa non reperiatur, legitur tamen in iis, qvæ citantur apud MABILL. l. 2. c. 26. §. 4. f. 189. 190.

190. & JANVM Hiſt. æræ Chriſt. c. 3. §. 14. 15. 16. 17. 18. p. 93. ſq. ut & in diplomate Carolino apud MADERVM in Syllog. diplom. adject. Adamo Bremenſi, p. 175. & CONRING. de finib. Imper. c. 4. p. 12. nec non in Diplomate a Carolo Magno Trutmanno Comiti conceſſo, quod in Archivo Tremonienſi adhuc hodie aſſervatur, ut refert MEIBOMIVS in Vindiciis Billinganis. Tom. III. Script. Rer. German. f. 40. & editum legi poteſt apud MEIBOM. in not. ad WITTICHIND. annal. Tom. I. Script. Rer. Germ. f. 689. BALVZIVM in Capit. Reg. Francor. Tom. I. p. 249. SCHATEN. in annal. Weſtphal. l. 8. p. 539. & CRVSIVM, qvi integras ad diploma Trutmanni notas ſcripſit, Opuſculisqve ſuis Politico-Iuridico-Hiſtoricis, Mindæ 1668. 4to impreſſis, adjecit. Incipit quoque Teſtamentum Caroli Magni apud EGINHARDVM in Vita Caroli M. c. 33. p. m. 114. " In nomine domini &c. deſcriptio atque diviſio, qvæ facta eſt a glorioſiſſimo atqve piiſſimo Domino Carolo Imperatore Auguſto anno ab incarn. domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCXI. anni vero regni eius in Francia XLIII. & in Italia XXXVI. imperii autem XI. Indict. IV. &c. " Finit vero diploma Karoli M. monaſterio in Neuenſtat conceſſum, ſequentem in modum: Data

menſe

menſe Maio anno ab incarnatione Domini DCCXCIV. indictione II. anno regni Karoli Regis excellentiſſimi in Francia XVIII. & in Italia XII. actum Aquisgrani regio Pallatio feliciter, &c.“ nec non in confirmatione donationis villæ Steinfelt &c. a Gertrude Karoli M. ſorore monaſterio in Neuenſtat factæ, quæ ita explicit: acta ſunt hæc anno dominicæ incarnat. DCCCXII. indict. XII. anno regni noſtri XLIII. &c.“

Dubitat PAPEBROCHIVS in Propylæo n. 31, num illius ſeptennii tempore, quod inter Theodorici ultimi mortem & Childerici coronationem medium fuit, acta publica notata fuerint annis incarnationis, nec ne? Sed negative reſpondet MABILLONIVS l. 2. c. 26. §. 3. p. 189. adducens chartam Caroli Martelli hoc tempore conſcriptam apud DOVBLETVM p. 690, cuius autographum ipſe Mabillonius inſpexit, clauſulamqve ita ſonantem obſervavit: „Actum Careciaco villa, in Palatio, quod fecit menſis September dies XVII. ann. quint. poſt defunctum Theodericum Regem. Theſin quoque PAPEBROCHII d. l. n. 33, in Francia ante annum Chriſti 1060. neminem inveniri ex Regibus usque ad Phlippum I, qui annos Chriſti notaverit, erroneam iudicat MABILLONIVS l. 2. c. 26. & eandem jam adductis

Caroli

Caroli Magni diplomatibus æra Chriſtiana notatis, aliisqve apud JANVM in Hiſt. æræ Chriſt. c. 3. allegatis exemplis abunde refelli, qvilibet videbit.

§. 19.

Indictione decima] Deprehendimus qvidem indictionum uſum in Concilio Aurelianenſi tertio, qvarto, qvinto, Arelatenſi ſub Sapando, Lugdunenſi ſecundo & Matiſconenſi primo adhibitum fuiſſe; aſt in hæc loca, ubi de Indictione mentio eſt, interpolationem irrepſiſſe CAROLVS COINTIVS Tom. II. Annal. a. 575. n. 5. putat, cui conſentit MABILLONIVS l. 2. c. 24. §. 2. f. 178. indictionis uſum in Diplomatibus Francicis ante initium ſeculi noni fere nullum, in rebus hiſtoricis rarum admodum fuiſſe, at locum habuiſſe nonnunquam in actis Conciliorum & privatis Epiſcoporum Galliæ litteris ac inſtrumentis, perſuaſum habens, exemplis probat l. 2. c 25. §. 11. f. 187. & l. 5. f. 376. idem quoque docet exemplum Palladii Epiſcopi. Hunc enim indictionem notaſſe patet ex Inſtrumento ab eodem confecto anno octavo regni Domini Dagoberti Regis indictione ſeptima, apud MAB. l. 6. n. 6. f. 465. In Regum vero Franciæ diplomatibus ante Karolum Magnum non fuit adhibita. MAB. l. 2. c. 26. §. 5. p. 190.

p. 190. l. 5. f. 376. pariter ac in Privatorum Chartis. Quotquot enim Inſtrumenta ſeculo ſexto & ſeptimo confecta, excepto unico per Palladium Epiſcopum ſcripto, apud MABILLONIVM l. 6. n. 1. 3. 4. 8. 14. 23. 191. 192. expreſſa reperiuntur, indictionum notationem non continent. Patet exinde, indictionem in noſtro diplomate, ſecundum ſeculi noni ſequentiumque morem, a falſario ex ſuo cerebro fuiſſe appoſitam. Nec demum congruentem anno 635mo poſuit indictionem impoſtor; anno enim 635mo non decimam, ſed juxta ſolitum calculum octavam currere, qviſque huius computationis peritus facile comprehendet.

§. 20.

Calendis Maji], Kalendæ in veteribus inſtrumentis non per C, ſed recte per K ſcribuntur. vide exempla apud MABILL. l. 6. n. 1. 4. 7. 11. 13. 18. 19. 21 ſeq.

§. 21.

Signum Geroldi Epiſcopi] Cum inter teſtes adducatur Geroldus Epiſcopus procul dubio Moguntinus, nam quid extranei Epiſcopi ſtipulatione, in quam tamen

provocat

provocat diploma, ubi de Iure Epiſcopi Moguntini circa novum monaſterium agit, opus fuiſſet ? falſitatis eſt indicium. Inter vicinos enim Epiſcopos nemo tunc temporis Geroldi nomine appellatus deprehenditur; Moguntinus vero Geroldus Præſul non circa annum 635mum, ſed ſeculo octavo ſub Carolo Martello & Pipino vixit.

Et hæc ſunt, qvæ de falſitate diplomatis Blithildæ adſcripti notare libuit. Πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε.

IV.

Io. Henr. a Seelen

ad

Virum maxime rever. et praeclariſſ.

HENRICVM BRAKERVM,

Paſt. Nicol. Flensb. longe meritiſſ.,

Epiſtola,

NOTAS ET EMENDATIONES MEVRSIANAS

Gloſſario Rigaltiano

adſcriptas,

complectens.

QVam valde tua multam reconditamque doctrinam ſpirans Epiſtola, AFFINIS HONORATISSIME, ad me humaniſſime perſcripta, ornat primum huius Bibliothecae volumen, tam decentes Tibi pro hoc inſigni fauoris documento perſoluo gratias, atque vt noſtram Bibliothecam porro doctiſſimis Tuis ac minime vulgaribus meditationibus illuſtres, & illorum, quos in colligenda eadem atque edenda laboris habeo ſocios, & meo nomine, ea, qua par eſt, ratione rogo. Vtinam vero poſſem ex meo

meo penu talia reddere, qualia ex tuo ſuppeditaſti, polita ſcilicet, ſelecta, acuta, elegantia! Sed cum fruſtra hoc tentarem: mecum enim habito haud ignorans, quam curta mihi ſit ſupellex; opportune recordabar cimelii cuiusdam litterarii, quod ante aliquot annos in manus meas incidit, ex quo, ſpero, me poſſe depromere, quae Tibi forſan haud diſpliceant. Amas enim ſtudium criticum, & praeſtantiſſimam litteraturam Graecam habes in deliciis. Patere igitur, FAVTOR OPTIME, vt mearum loco Tecum hac vice communicem Obſeruationes quasdam IOANNIS MEVRSII, Antiquarii, Philologi & Critici cum paucis comparandi. Scilicet poſſideo NICOLAI RIGALTII *Gloſſarium* Τακτικὸν μιξοβάρβαρον. *De verborum Significatione, quae ad nouellas Impp., qui in Oriente poſt Iuſtinianum regnauerunt, de re militari Conſtitutiones pertinent.* Lutet. 1601. 4, & illud quidem exemplar, quod Meurſio Rigaltius donauit. Indicant hoc verba, quae manu pereleganti Rigaltius in fine tituli ſcripſit: *Eruditiſs. humaniſs. que. viro, Dn. Joanni Meurſio, Nicolaus Rigaltius D. D.* Huic Gloſſario manu ſua, quae doctis male pingentibus eundem adſcribit, varia alleuit Meurſius, quibus vel emendat aliquid, vel illuſtrat, vel ſupplet, digna, quae non lateant in te-

 nebris,

nebris, ſed protrahantur in lucem, & aliquando nouae perrari huius Gloſſarii editioni inſerantur. En! ergo illa, bona fide excerpta.

Pag. 5. lin. 10. ἀλλαξιμάριον] ἀλλαξιμάτιον, παρὰ τὸ ἀλλάσσειν τὰ ἱμάτια. Atque ſic rectius quidem eſſet, ſed medio illo ævo ἀλλάσσειν ſimpliciter pro *Permutare veſtem*, & ἀλλάγματα, ſiue ἀλλαγὰς pro *mutatis veſtibus* dicebant. Itaque non temere auſim mutare. Inuenies apud Curopalatem pagg. 135. 137.

Pag. 17. lin. 10. ὀπισθοκαρβίων] ὀπισθοκουρβίων.

Pag. 21. lin. 6. δομόσια] δημόσια.

Pag. 24. Ἄσία, Anſula.

Pag. 32. lin. 5. φρονοῦντας] φορνοῦντας.

Pag. 33. lin. 9. Βηρύτται] *Veruta* Latinorum. Nihil aliud.

Pag. 46. lin. 5. μονοήρεις] μονήρεις.

Pag. 50. lin. 4. Iuſtinian. Nouell. πέ] Item Baſilic. Lib. LVII. p. 479.

Pag. 58. Ἔμφωτον, Interualium.

Pag. 59. lin. 17. Dagus] Gallicum *Dais*.

Pag. 92. lin. 13. 15. κονταράτοι] Analogia iubet vtrobique reſcribere κονταρίατοι a κοντάριον.

Pag.

Pag. 93. lin. 2. 3. Κονδα. Corona pretioſa : Corto , κονδὸς μικρός] Jd eſt *Curtus*. Porro haecce verba iuuanda interpunctione. κονδὸς. μικρὸς. Hoc item vult ſignificare , κονδὸν nihil aliud eſſe, quam *ſertum*. Id quod ex citatis hic locis ſatis apparet. Et expreſſe in Gloſſario. Κονδὸς, *Curtus*. Item. Κολοβὸς , ὁ κονδὸς. Curtus. Infra in hoc ipſo Rig. 131. 144.

Pag. 114. lin. 6. Μάζα, δρουγγιςὶ, ὁμοῦ, *ſimul*.] Errat Rigaltius. Nam μάζα non eſt *ſimul*, quod exiſtimat , ſed Latina vox *Maſſa*. Gloſſ. Graecolat: Μάζα , ὁ βῶλος , *Maſſa*. Item Latinograeçae : *Maſſa*, Μάζα, Φύραμα. Hinc apud Leonem Naumachicis: μάζας ξιφοειδεῖς. Cum vero idem auctor dicit , δρουγγιςὶ , ἤγουν ὡς μάζα , vult dicere *denſe*, vel *maſſa aliqua*. Clarius alibi loquitur : δρουγγιςὶ Ἰάσσεται , ἤγουν ὁμοῦ, ὡς μάζα. Hinc μαζίον forma ὑποκοριςῇ apud Suid. in κυμβία. Κυμβία , μάζια τῶν χρυσίων.

Pag. 115. lin. 2. Ματζούκια] Ματζούκης etiam nomen proprium apud Niçetam in Man. Comneno , lib. VII.

Pag. 138. lin. 1. Fortaſſe legendum εἴδους ἀλεύρου] Nihil eſt mutandum. Gloſ-

 ſae

ſac veteres: Βυκελάος, ἄρτου ἐλαφροῦ, ὃς λέγεται κολλίκιον.

Pag. 141. lin. 14. τράφου] Fortaſſe τάφρου.

Pag. 149. lin. 5. Μπόρσα] Praeponebant recentiores Graeci τὸ μ´ vocibus. Sic infra p. 203. μπούλπερ. Porro hinc πορσίον & πορσίκιον dicebant ὑποκοριστικῶς. Codin. Conſtantinop.

Pag. 154. lin. 1. κονταράτοι] κονταριάτοι, a κοντάριον.

Ibid. lin. 9. 10. Ῥογεύεσθαι, τὸν ὀψωνιασμὸν παρέχεσθαι] Balſamon in Reſponſis: οἱ στρατιῶται, φασὶν, ἰδίοις ὀψωνίοις οὐκ ἀνατρέφονται.

Ibid. lin. 10. Roga] Nicetas in Man. Comn. lib. 1. καὶ ῥόγαν τῶν ἐν τοῖς κατέργοις στρατιωτῶν τεταγμένων.

Ibid. lin. 16. Opinator L. *Opſonator.* Firmat, quod ſupra. Ῥογεύεσθαι, τὸν ὀψωνιασμὸν παρέχεσθαι. In Latinis quoque Gloſſis *Stipendium* vertitur ὀψώνιον στρατιωτικὸν, μισθὸς στρατιωτικός. Gloſſae Graecae videntur pro quouis ſtipendiario milite accipere, ſed non recte, & error eſt. Haec primum ſcripſerat Meurſius. Deinceps vero addidit ſequentia. Sed iam muto ſententiam, & rurſum

ſum τὸ *Opinator*. L. Miſſi. C. Th. de Exactoribus: *Miſſi opinatores cum delegatoriis indicibus, eorumque officiis inſiſtant, vt intra anni metas id, quod debent, accipiant.* Hinc illud in Gloſſis Iſidori: *Militaris, opinatus*, id eſt, vetus miles. Item iſtud: *Opinatores, exiſtimatores, vel arte militares.*

Pag. 165. lin. 9. Interſcapulum] Gloſſ. Interſcapulum, μετάφρενον. Sed lego *Interſcapulium*, qua forma Interfluminium, Intermetium, Intermodium, & talia.

Pag. 190. lin. 2. τὰ σινάκια] L. τασινάρίας.

Pag. 191. lin. 5. τζίτλα] Sica. Jtaque fortaſſis erit τζικὰ.

Pag. 195. lin. vlt. ὀπισθοτελίνων καὶ ἀντελίνων] Poſtilena. Antelena.

Pag. 207. lin. 19. μȣλτῷ] Vide Gloſſ.

Pag. 211. lin. 12. χούζια] χȣζία ſunt, quae nos vocamus Gotelinghen.

Pag. 214. lin. vlt. ἐν ταῖς κȣλκαις] Lege ἐν ταῖς σκούλκαις. Sunt autem σκȣύλκας *Stationes*, quas vulgo *Sentinellas* ex Gallico idiomate appellamus.

Haec ſunt, VIR DOCTISSIME, quae Meurſius ad illud, quod aſſeruo, Gloſſarii Rigaltiani exemplum annotauit. Ipſam magni huius Critici manum & ex aliis documentis, & ex eiusdem Gloſſarii Graecobarbari collatione indubitato cognoui. Hoc enim ſi euoluamus, praeſertim in voce Μάζα, deprehendemus, ea, quae ibi commentatus eſt, cum iis, quae Gloſſario Rigaltiano adſcripſit, exacte in plerisque conuenire. Tibi vero, tanquam Critico acutiſſimo, iſthaec diiudicanda trado, ſimulque publico nomine a Te peto, vt quae, magni ingenii & ornatiſſimae Bibliothecae, iure a viro celeberrimo, Alberto Thura (*) celebratae, ope, dare potes tum aliis, tum Graecis praeſertim litteris (teſtis enim αὐτόπτης confirmare poſſum, quae laudatus Thura (**) rectiſſime ſcripſit, Te *Lexica Graeca plus* 20000 *obſervationibus ex ſcriptis Patrum Eccleſiae*, imo etiam aliis, *locupletaſſe*) incrementa, luce dones, & hac ratione omnes, qui his capiuntur deliciis, Tibi reddas obſtrictos. Quo gaudio

(*) Id Hiſt. Litter. Danor. pag. 234. ſq.
(**) l. c. pag. 329.

Digitized by Google

dio vt afficiantur multi, opto Tibi ſincere (noſti enim animum meum) vitam, valetudinem, vires, & cuncta, quae Te poſſunt excitare ad ἀνέκδοτα Tua orbi erudito exhibenda. Vale, DECVS CIMBRIAE, viue cum Tua ac Tuis proſperrime, & eodem fauore, quo praeſens olim fruitus ſum, me abſentem quoque ſemper proſequere. Iterum vale! Scr. Lubec. Prid. Calend. Septemb. A. MDCCXXVI.

V.

Frid. Gvilelmi Cleffelii Obſervationes Philologicæ in aliquot N. T. loca.

Matth. V. 22.] ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ] Voculam εἰκῇ hic obelo notarunt Critici nonnulli, quibus ea, tanquam gloſſema, e margine in Textum irrepſiſſe uidetur, ea præſertim ratione inducti, qvia in vetuſtiſſimis MSS. codicibus, verſionibus & Patrum ſcriptis non exſtare dicitur, judicante ita Celeb. *Pfaffio in Diſſert. de Variis N. T. Lectionibus* p. 163. Verum enim vero fateamur licet, alibi ejusmodi gloſſemata in Textum eſſe translata, hic tamen vel ea propter vocem illam genuinam eſſe putem, qvod ad mitigandum duriuſculum Chriſti effatum prorſus videtur neceſſaria. Ne enim putemus, omnem hic iram, tanquam Chriſtiano homine indignam, damnari, vocula illa appoſita prohibet, illamque ſolam, quæ ſine ratione interdum concipitur, hic vetitam eſſe docet. Jta qvicqvid Latini *ſine conſilio & juſta cauſa, petulanti & temerario impetu fieri dicunt*, idem Græci hac voce exprimere ſolent.

lent. Exempla hujus ſignificationis paſſim occurrunt apud profanos. Chryſippo apud Galenum εἰκῇ φέρεσθαι is dicitur, qui non quidem ἀναιτίως ſine omni cauſa, ſed χωρὶς λόγου & κρίσεως, ſine ratione & judicio, temere & inconſiderate fertur, nec ex nulla, ſed ex levi & frivola inanique cauſa aliqvid ſuſcipit, qvi animi motus a Stoicis ἄλογα πάθη dicebantur. *vid. Cl. Salmaſ. ad Simplic.* p. 92. Hinc de Oratoribus ſui temporis, qvi qvicqvid veniret in buccam effutire non erubeſcerent, de argumentorum ſuorum nervis parum ſolliciti. Iſocr. Panethan. p. 564. edit. Wolff. dicit, εἰκῇ καὶ φορτικῶς καὶ χύδην ὅ, τι ἂν ἐπέλθῃ λέγουσι. Lucian. de Paraſito nihil ſibi metuenti p. 530. τὴν θύραν τοῦ δωματίου προστίθησιν, εἰκῇ καὶ ὅλως, ὡς μὴ ὑπὸ ἀνέμου ἀνοιχθείη, *ædiculæ ſuæ januam quidem claudit, ſed plane incurioſe & temere, nullamque aliam ob cauſam, quam ut a ventorum violentia eam muniat.* Idem de Aſtrolog. p. 261. poſtquam fabulam de Icaro more ſuo exploſerat, οἱ Ἕλληνες, inquit, τὸν κόλπον ἐν τῇδε τῇ θαλάσσῃ Ἰκάρειον εἰκῇ καλέουσι i. e. *Ratio, quam dare ſolent Græci, quare ſinum hujus maris Icarium nominauerint, quaſi Icarus in illud fuerit delapſus, nullius eſt momen-*

menti. Jta 1. Cor. XV, 2. εἰκῆ πιςεύειν eſt oſcitanter nimis fidem dictis adhibere, aut *incognita habere pro cognitis*, *hisque temere aſſentire*, quod, tanquam vitium, veritatis ſtudioſos effugere, ſedulo monet *Cic.* L. 1. *de offic. c. VI.* Apud *Ælian. V. H. Lib. IV.* c. 1. εἰκῆ ζῆν eſt vitam otio & inertia tranſigere veluti pecora, quæ natura prona & ventri obedientia finxit, nullaque vel arte vel opificio victum ſibi parare. Idem teſtatur Lib. IV. c. 12. neminem a Zeuxi ad contemplandam Helenam a ſe pictam admiſſum eſſe, εἰκῆ *gratis*, ſive, *nullo dato pretio.* Hic ergo ſenſus erit verborum Chriſti: Quicunque qvamvis e propinquo fratri ſuo iraſcendi occaſionem ambabus, quod ajunt, arripit manibus, & vel de re levicula, odio plane indignâ, non erubeſcit amicitiæ fœdus diſſolvere, is tantæ temeritatis pœnas luet graviſſimas, imo reus erit judicii capitalis. Eam enim eſſe vim vocis κρίσεως, hæc Æliani loca evincunt. Lib. XIV, 43. V. H. Πτολεμαῖος οὐδέποτε κυβεύων μὲν ταῦτα ὑπὲρ τῆς ἀνθρώπου κρίσεως ἤκουσεν, *Nunquam poſthac inter ludendum de rebus capitalibus judicium tulit.* Lib. III, 36. Ἀριστοτέλης ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας δέει τῆς κρίσεως. *Ariſtoteles Athenas reliqvit, veritus, ne capitis damnaretur*, ubi vid. Perizon. *Rom.*

Rom. VII, 3.] ſmbecillitas hic legi tribuitur. Eundem fere in modum loquitur *Themiſtius Orat. I. p.* 15. ὁ φιλάνθρωπος βασιλεὺς τῷ μὲν γράμματι συγγινώσκει τῆς πρὸς τὸ ἀκριβὲς ἀσθενείας, προστίθησι δὲ καὶ αὐτὸς ὁπόσον ἐκείνῳ ἀδυνατεῖ. ἅτε, οἶμαι, καὶ αὐτὸς νόμος ὢν καὶ ὑπεράνω τῶν νόμων. τὸ προσθεῖναι δὲ αὐτῷ, ἀφελεῖν ἐστι τῆς χαλεπότητος τοῦ νόμου, *Humanus Princeps legi quidem ſcriptæ hoc ignoſcit, quod imbecillior ſit, quam ut omnia reſecet ad vivum: quod autem præſtare illa per ſe non poteſt, ipſe ſupplendo adjicit. Jure id quidem, quippe qui lex ipſe ſit, legibusque ſuperior. Hoc ipſum porro, legi adjicere, nihil aliud eſt quam de ſeveritate ejus detrahere.*

2. Cor. *III*, 6. ὃς ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους οὐ γράμματος ἀλλὰ πνεύματος] Lex in N. T. & νόμος & γράμμα appellari conſuevit. Νόμος dicitur ſæpiſſime, quando de legis valore ac pretio mentio injicitur, γράμμα vero plerumque, ſi ſermo eſt de pœna ejusdem. Derivandum enim a paſſivo γέγραφεται, quod, docente *Stephano in Theſ.*, *accuſandi* ſignificationem habet. Vti ergo a δικαιῶμαι, δικαίωμα ipſum actum abſolutionis, condemnationi oppoſitum, Rom. V, 16. ſignificat, ita γράμμα ipſum *accu-*

ſandi,

jandi, & in jus vocandi actum perquam commode notat. Solent eodem nomine leges ſuas etiam inſignire profani. Iſocr. Areopag. p. 350. Δεῖ τὲς εὖ πολιτευομένες ἐ τὰς ςοὰς ἐμπιμπλάναι γραμμάτων, ἀλλ' ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχειν τὸ δίκαιον, *decet prudentes magiſtratus non porticus implere legibus, ſed efficere, ut cives animis inſitum habeant juſtitiæ ſtudium.* Plut. in Pericle p. 172. πολλαὶ ἀνεφύοντο δίκαι τοῖς νόθοις ἐκ τε γράμματος ἐκείνε, *multæ nothis controverſiæ motæ ſunt ex illa lege.* Videtur vero Apoſtolus præcipue, comparationem inſtituturus inter miniſtros Evangelii, cum illis, qui ſub V. T. cultui externo potiſſimum operabantur, eas hic intelligere leges Moſaicas, quæ, quid circa varios ritus, ſenſui maxime obvios, obſervandum eſſet, præcipiebant. Eam enim ob cauſam γράμμα a πνεύματι ſollicite hic diſtinguit, ſpiritumque vocat oeconomiam novi fœderis, qua ea omnia, qvæ hactenus ceremoniis illis Moſaicis obvoluta fuerant, plana & perſpicua fiebant. Conf. *Olear. in Obſervat. ad Matth. p.* 151. Appoſite ſane hanc in rem miniſtros V. T. διακόνες γράμματος dixit, ſiqvidem γράμμα apud Ælian. Var. Hiſt. Lib. IV. c. XII. etiam *picturæ* ſignificationem

Digitized by Google

nem obtinet. Vere enim omnes illi typi, n tabulis & libris Moſaicis propoſiti, picturæ uaſi munere fungebantur, venturum Meſ-ſiam rudiori, (ſi ita loqvi licet) penicillo dumbrantis.

Eph. VI, 13] τέλειον ἄνδρα hic Pau-us vocat, qvem Homerus alicubi, παν-οίῃσ' ἀρετῇσι κεκασμένον, omnibus ſcili-et, quæ Chriſtianum decent, ornatum vir-utibus, ut humano more perfectus dici ueat. Jta quoque Jſocr. in Panathen p. 568. ὶς τελέıας ἄνδρας & πάσας ἀρετὰς ζοντας conjungit. Quia vero virtutis vo-ibulum late patet, multasque complecti-ur ſpecies, videndum nunc eſt, quænam emphaſi vocis τέλειος hic in cenſum enire debeant. Prima eſt ſtudium cogno-endæ veritatis, quæ ſicut intellectum no-rum ab omni errore purgat, ita merito liquis omnibus præcedere, & facem quaſi æferre debet. Ea quoque nobis eſt inſita que innata cognitionis & ſcientiæ cupidi-s, in qua excellere pulchrum putamus, bi autem, errare, neſcire, & decipi & alum & turpe ducimus. Nullam vero ajori ſtudio Paulus Epheſiis ſuis commen-are poterat veritatem, quam quæ DEum abebat autorem, & ad quam ſi tanquam cyno-

cynoſuram vitam ſuam inſtituerent, perfecti proprio quodam jure dici poterant. Atque ideo perfectos pueris opponit, quippe qui ea nondum animi ſagacitate pollent, ut veritati operam navare, verumque a falſo dignoſcere queant. Τέλειοι enim proprie ſunt, qui ex ephebis exceſſerunt, juſtam jam ætatem & ſtaturam conſecuti, quo ſenſu apud *Lucian. in Cynic p.* 815. οἱ μὲν παῖδες τῶν τελείων δέονται πλειόνων, *pueri pluribus egent, quam adulti.* Sic τὰς τελείας γυναῖκας dicit *Ælian. Lib. XIII. V. H. c.* 1. quas alias ὡραίας γάμου adpellare ſolebant Græci, *fœminas adultas, nubiles, viroque maturas.* Vnde etiam Τέλειοι θεοὶ *Lucian.* in Jov. Tragoed. T. III. Opp. p. 432. ſunt Dii majorum gentium, & ex iis præſertim, Suida teſte, Jupiter & Juno πρυτάνεις ὄντες τῶν γάμων, *præſides nuptiarum.* Hinc eandem vocem in ſcholam ſuam receperunt Philoſophi, præſertim Pythagoræi, quâ eos deſignabant, qvi in contemplatione virtutum ſummum jam gradum erant conſecuti, & talem quidem, quo proxime ad Deos immortales accedere credebantur, Τέλειοι proinde, aut θεωρητικοὶ dicti, quia ſtudio veritatis contemplandæ vel maxime vacabant, ad diſtinctionem

Τῶν

τῶν καθαρτικῶν ſive, qvod idem eſt, τῶν πρακτικῶν. conf. *Salmaſ. ad Simplic. p.* 14. ſqq. Dein τέλειοι etiam erant initiati, qvi, omni de ſacris gentilium myſteriis doctrina perccepta, interioris nunc erant admiſſionis, & ad ipſam inſpectionem ſiv. ἐπόπτειαν pervenniebant. Hinc in Chriſtianorum ſcholis ea vox adſcita, non poteſt non perfectam doctrinæ cœleſtis notitiam involvere, qva imbuti, omnis ex ea in nos redundantis ſalutis fiunt participes. *Altera* eſt *virtus*, ut veritatis inveſtigandæ ſtudium nunqvam abiciamus, ſed majores in ea ſemper facere progreſſus ſtrenue allaboremus. Qvicunqve n limine ſubſiſtere vult, nec pedem proferre audet, nunquam ſane in ipſum penetrait cœnaculum, ubi ſuaviſſimæ adponunur dapes, qvæ cœleſtia anhelantis animæ tim plane reſtinguere poſſunt. Is vero deum perfectus evadet, qvi nunqvam perfectum ſe eſſe putabit. Sic enim τέλειος iam dicitur de iis, qui licet ad metam nonum pervenerint, tamen continuo proficiunt. ite eam in rem *Epictetus in Enchirid. cap. XXV.* dicit: ἤδη οὖν ἀξίωσον σεαυτὸν βιοῦν τέλειον καὶ προκόπτοντα, *Nunc igitur viri rfecti ac proficientis vitam tibi ſume!* In qvæ rba ita commentatur *Simplicius:* ἤδη οὖν

ἀξίωσον σεαυτὸν βιοῦν ὡς τέλειον, οὐχ ὡς τέλος ἀπειληφότα. ἐκεῖνος γὰρ οὐ δεῖται τούτων τῶν λόγων. ἀλλ' ὡς κατὰ τὸ προκόπτειν τέλειον, τῷ ἀεὶ προκόπτειν καὶ μηδαμοῦ διακόπτειν τὴν προκοπήν. Jam vivendum tibi eſſe ſtatue, tanqvam perfecto, non qvod perfectionem ſis aſſecutus, is enim hujusmodi ſermones non deſiderat, ſed qvaſi ratione progreſſuum perfectus, qvi nunqvam progredi deſiſtas, nunqvam ceſſes aut remolleſcas. Metaphoram hic a curſoribus ad metam ſibi præfixam contendentibus nemo non videt, qvi præclara ſimul Pauli verba *Philipp. III,* 12. cogitat, qvæ mirum qvantum ad illuſtrationem hujus expoſitionis faciunt. Duabus hiſce virtutibus *tertia* nunc eſt adjungenda, qva etiam parati ſumus ad veritatem doctrinæ evangelicæ contra qvosvis ejus hoſtes ſedulo defendendam, erroresqve fugiendos. Dignum ſane hoc eſt Chriſtiano, tanqvam athleta, munus, ut virum ſe præſtet, qvando de rebus fidei diſputatio movetur, neqve facile litigantibus temere palmam concedat. Videtur Paulus eo inter alia vel maxime reſpexiſſe, qvia in ſubſeqventibus monet, ne ſe a fundamento fidei deturbari patiantur Epheſii, neve præbeant aures ejusmodi hominibus, qvorum aſtu verendum eſſet, ne

a ve-

a veritatis tramite abducerentur. Vult ergo unumqvemqve eorum eſſe τέλειον ἄνδρα, qvo vel nomine, vel encomio potius, ornatos legimus tales athletas, qvi rebus ſtrenue geſtis non ſuccubuerant, ἄνδρες propterea, τέλειοι vero ideo dicti, qvod in omni genere certaminum conſummati evaſerant, docente id ex Polybio & Inſcriptione qvadam *Octavio Falconerio in Not. ad Inſcript. Athlet. p. 86. ſqq.* Sequitur *qvarta virtus*, qvæ unumqvemqve Chriſtianorum jubet, cœleſti illa veritate agnita, integram ſceleriſqve puram agere vitam, ſiqvidem turpe eſt, Chriſtianum ſe profiteri, ignavâ vero eſſe operâ. Hoc ut deſignaret Apoſtolus, tale adhibuit vocabulum, qvod etiam in ſacrificiis uſurpari ſolebat. Nullæ ibi, niſi integræ, qvas τελείους vocabant, victimæ aræ admovebantur; mutilum vero, vel labe qvadam infectum animal immolare nefas habebatur. Teſtem hujus rei produco *Athenæum*, qvi ex mente Ariſtotelis *Dipnoſoph.* Lib. 5. οὐδὲν, *inqvit*, κολοβὸν προσφέρομεν πρὸς τοὺς θεοὺς, ἀλλὰ τέλεια καὶ ὅλα, *mutilum nihil Diis offerendum, ſed integra & perfecta.* Qvod ipſum forſan ab Hebræis acceperunt gentiles, qvorum ſacerdotes victimas ante ſolicite explorare conſueverant, qvam immolarent, num מום

 vitium

vitium qvoddam in illis deprehendere poſſent. Venit hic in mentem Pauli dictum *Eph. V*, 27, ubi Eccleſia Chriſti ab omnibus ſordibus ſanguine Servatoris purgata dicitur μὴ ἔχουσα σπῖλον ἢ ῥυτίδα, coll. *Cant. IV*, 7. Vnumqvemqve ergo Chriſtianorum decet, ab omni vitiorum labe, qvantum ejus per humanam imbecillitatem fieri licet, illibatum ſervare animum, & ad ſanctioris vitæ ἀκμὴν omni contendere ſtudio, qvo vel tandem conſummatus dici qveat. Reſtat *qvinta* virtus ex uſu vocis eccleſiaſtico derivanda. Qvicunqve de veritate doctrinæ cœleſtis plane certus & convictus eſt, non renuit fidei ſuæ teſtimonium qvovis modo, etiam ingruente tempore perſecutionis, vel ipſa morte exhibere, ſaltem usque ad vitæ ſuæ finem conſtanter in ea perſeverare. Hinc primi Chriſtiani, qvos veneranda antiqvitas martyres novit, cum fidem Chriſtianam, qvam amplexi erant, morte obſignarent, τέλειοι a Patribus dici conſueverunt. vid. *Zimmerman. Anal. p.* 423. Nominis hujus ratio ſine dubio ex ſacrificiis repetenda eſt, ubi τέλειωσις notabat victimæ conſecrationem, τελειοῦσθαι vero non ſolum conſecrari, ſed etiam cruenta morte, qvalis nimirum ſacrificiis conveniens erat, vitam finire. conf. dicta SS. qvæ ſignificatum hunc abunde ſtabilire

bilire poterunt, Ebr. V, 9. VII, 11. IX, 9. Secundum hanc, qvam dedi, hujus vocis expoſitionem τέλει@ ἀνὴρ Paulo eſt: *Qvi fidem Chriſtianam & ore & opere profitetur, ita vero, ut nullis neqve caſibus, neqve periculis, ſe ab ea divelli patiatur, ſed citius animam, qvam hanc deponere ſit paratus.*

Coloſſ. II, 18.] ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων ἐμβατεύων] Senſum horum verborum alias ſatis obſcurum facile aſſeqvetur, cui antiqva Philoſophiæ dogmata non ſunt incognita. Ad ea enim Paulum hic reſpicere, ex univerſa capitis hujus ſerie, & præcipue v. 8. manifeſto apparet, ubi meminit hominum judicantium κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου i. e. *ſecundum principia mundanæ ſapientiæ.* In compendio nobis ea ſiſtit *Apulejus*, cujus *in Libr. de Deo Socratis* p. 62. hæc leguntur verba: *Sunt qvædam divinæ mediæ poteſtates, inter ſummum æthera & infimas terras, in iſto interſitæ aeris ſpatio, per qvas & deſideria noſtra, & merita ad Deos commeant. Hoc græco nomine δαίμονας nuncupant: inter terricolas coelicolasqve vectores, hinc precum, inde donorum, qvi ultro citroqve portant hinc petitiones, inde ſuppetias: ſeu qvidam utrinqve interpretes ſalutigeri.* Scilicet, cum Platonici & fere omnes reliqva-

 rum

rum Sectarum Philoſophi, Deos ſuos coeleſtes rerum humanarum curâ tangi non putarent, hos ſibi finxerunt ſpiritus, qvos δαίμονας, & ab officio, qvo fungebantur, ἀγγέλȣς nominare ſolebant, qvi ſacrificiis ſuis intereſſent, nidore animalium pro victimis oblatorum, qvem κνίσσαν dicebant, alerentur, & mediatorum inſtar mandata Dei ad homines, horumqve preces ad Deum deferrent. Ad hos itaque preces ſuas dirigebant, hosqve ſibi propitios reddere ſtudebant. Vix dubium eſt, qvin nonnulla ex traditione ab Ebræis, vel ex ipſa S. Scriptura, ubi multa hominibus præſtita ab Angelis beneficia commemorantur, hauſerint, qvæ deinceps profani illi homines, ut ſolet gens ad ſuperſtitionem prona, in tam craſſum errorem traxerunt. Interim hæc de Angelis & Dæmonibus doctrina totum pene orbem Apoſtolorum temporibus pervaſerat, ut ipſi qvoqve Chriſtiani priorum ſeculorum ab hac hæreſi non plane fuerint immunes, ſed ſub humilitatis prætextu, ne precibus ſuis ad Deum nimium audacter accederent, illi ipſi dignos cenſebant Angelos, qvibus eum, qvem Ethnici Dæmonibus ſuis, cultum ex parte præſtarent. Teſtimonium hujus rei ſi qvis forte reqvirat, adeat cano-

nem

Digitized by Google

nem illum Concilii Laodiceni, qvi in Codice Canon. Eccleſ. univerſ. *Chriſtoph Juſtelli* eſt a centeſimo & trigeſimo nonus, ubi illius temporis Chriſtianis ἀγγέλυς ὀνομάζειν itidem interdictum legimus, uti hic ab Apoſtolo Paulo Coloſſenſibus, qvorum urbs in Phrygia, ſicut & metropolis ejus, Laodicea, ſita erat, θρησκεία τῶν ἀγγέλων prohibetur. Plura, qvæ dici poterant, videri poſſunt in doctiſſimi Angli *Joſephi Medi Diſſert. de Apoſtaſia noviſſimorum temporum p.* 13. *ſqq. edit. Baſil.* & *Voſſ. Lib. I. de Idololatr. p.* 64. qvibus adde *Cl. Walchii Diatrib. de Interpret. Nov. Foed. ex Hiſt. Philoſ. p.* 17. Cæterum malim ego vulgarem *obambulandi* ſignificationem verbi ἐμβατεύειν retinere, & cum *B. Luthero* vertere, einhergehen, qvam cum *Petito in Var. Lect. c.* 9. *& Amelio Vol. I. Explicat. dict. N. T. p.* 424. reddere *in poſſeſſionem mittere ingrediendo.* Vbi enim de Angelis, qvos dixi, terram obambulantibus & facta hominum reſpicientibus, ſermo eſt, hoc verbum itidem a profanis uſurpatum video. Egregius eſt locus *Themiſtii*, & dignus, qvi hic legatur. Exſtat in orat. VII. p. 90. edit. Harduin. ubi hoc, tanquam antiqvæ Philoſophiæ dogma, adducit: κατὰ χρόνυς τινὰς ὡρωμένυς, ποτὲ ἀκήρατοι καὶ θεῖαι δυνάμεις ἐπ᾽ ἀγαθῷ

τῶν ἀνθρώπων ἐμβατεύȣσι τὴν γῆν, ἐκ τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃ κατιȣ̃σαι, *Certis qvibusdam temporibus immortales & divinæ poteſtates, de coelo deſcendentes, in ſalutem hominum terram obambulant.* His adde præclara *Ariſtidis* verba ex *Tom. I. Opp. Orat. in Minerv. p.* 19. *edit. Canteri*, qvæ maxime hic ad rem faciunt: Ἀγγέλȣ ἐςι μείζων ἤδε, τῶν ἀγγέλων ἄλλοις ἄλλα ἐπιτάττει, πρώτη παρὰ τȣ̃ πατρὸς λαμβάνȣσα, ἀντ᾽ ἐξηγητȣ̃ τινος ȣ̓̃σα τοῖς θεοῖς, ϗ εἰσαγωγέως ὅταν ϗ τȣ́τȣ δέῃ. ἅτε δὲ ἐν κορυφῇτε τȣ̃ Ολύμπȣ, ϗ ἐκ κορυφῆς τȣ̃ Διὸς γενομένη, πόλεωντε πασῶν τὰς κορυφὰς ἔχει κατὰ κράτος ὡς ἀληθῶς ᾑρηκυῖα· ϗ τῶν ἀνθρώπων ὅσοι θεοφιλεῖς, ȣ̓κ Ἄτη πατεῖ τὰς κεφαλὰς, Ἀθηνᾶ δὲ ἀνέχει, ϗ ἐμβατεύει, τηρȣ̃σα τὸ σύμβολον τῆς αὐτῆς γενέσεως, *Minerva angelis eſt major, eorumqve aliis aliud imperat, qvod a patre primum acceperit, interpretis vice apud Deos, & magiſtræ, cum opus eſt, fungens. Vt autem in coeli vertice, & ex Jovis vertice nata eſt, ita & urbium omnium vertices occupat, vi illarum potita, & hominum piorum capitibus ipſa, non Ate inambulat, ſervato ortus ſui ſigno.*

Tit. II. 5.] Qværitur hic, qvid voce οἰκȣρὸς indi-

indicare voluerit Paulus, utrum, ut domi ſe teneant mulieres, an vero, ut rem domeſticam curent. Mihi qvidem utraqve ſignificatio Textui & ſcopo Paulino videtur conveniens, qvem perqvam commode & appoſite B. Lutherus expreſſit verbo germanico häußlich. *Feſtus* illam mulierem, qvæ caſam ſive domum cuſtodit, & ſedulo cavet, ne crebris excurſionibus ab intentione rei familiaris obeundæ avocetur, *caſariam* dixit. *Athenæus* Lib. 13. Dipnoſ. p. 590. edit. Caſaub. Ὑπερείδης ὁ Ῥήτωρ Φίλαν πολλῶν ὠνησάμενος χρημάτων εἶχεν ἐλευθερώσας, ὕϛερον δὲ καὶ οἰκουρὸν αὐτὴν ἐποιήσατο, *Hyperides orator Philam, cum ſerviret, magna pecunia redemptam donavit libertate, & cuſtodem poſt ac cellariam diſpenſandis rebus domeſticis præfecit. Ariſtid. Orat. inRom. T. I. Opp. p. 378. edit. Canter.* Ἐν οἰκίᾳ πενιχρᾷ οἱ αὐτοὶ ὀψοποιοὶ, οἰκουροῦσι, ϛρωννύουσι, *in tenui familia, iidem & cibis coqvendis, & domui ſervandæ, & lectis ſternendis vacant.* Haud raro autem οἰκουρεῖν, domi manere, & nonnunqvam etiam vitam agere umbratilem & otioſam ſignificat. Τὸ οἰκουροῦν *plebs urbana, Plutarcho in Pericle p.* 159. dicitur. Hinc οἰκουρία tribuitur merulæ fœminæ apud *Ælian. Hiſt. Animal. Lib. I. c.* 15. qvæ, dum mas ad captandam prædam

exire ſolet, interea domi manet. Διὰ πένθος οἰκουρεῖ καθειργμένος μετὰ τῶν γυναικῶν, *Luctus eum domi cum mulieribus cohibuit. Plut. in Camill. p.* 134. *Themiſtius. Orat.* 26 Philoſophiam οἰκουροῦσαν vocat, qvæ domi qvaſi deliteſcit, nec in communem uſum fructumqve profertur. *Idem Orat. cit. p.* 324. τὸν λόγον, orationem, commendans ait: οὐκ ἐντρεπόμεθα αὐτοῦ τῆς φύσεως οἰκουροῦντες, *Nihil ejus naturam curamus, cum domi permanemus.* Linguam enim vult, ut inſerviat communi hominum uſui, qvod fieri neqvit, qvando, qvi ea uti debebant, illam comprimunt, & intra privatos parietes ſubſiſtunt. *Plut. in Pericl. p.* 171. διαιτᾶσθαι dixit δίαιταν οἰκουρὸν καὶ ἀργὸν i. e. vitam otio & inertia tranſigere. Reſpexiſſe vero ſic Paulum præcipue morem veterum cuſtodiendi virgines, & ut caſtitati illarum ſervandæ eo melius conſuleret, ex eo more præcepiſſe, ut domi manerent, mihi videtur admodum veroſimile. Deſtinatam enim honeſtioribus virginibus, qvo a congreſſu virorum plane arcerentur, interiorem ædium partem fuiſſe, qvæ ideo γυναικωνίτις dicebatur, nemo neſcit, qvi Græcorum præſertim mores habet cognitos. Vnicum hic addo locum, præter ea, qvæ legi poſſunt apud *Huet. in Demonſtr. Evang. p.* 768.

p. 768. *Amamam in Antibarb. Bibl. p. 593. ſqq.* & *Pfeifferum in Antiqvit. Græc. p. 347. ſqq.* Ita *Lyſias Orat. 2. c. 4. p. 26.* de ſorore ſua & ſororis filiabus teſtatur, eas in gynæceo abſconditas tanta in verecundia fuiſſe educatas, ὥστε καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων ὁρώμεναι αἰσχύνεσθαι, *ut etiam a domeſticis conſpectæ erubuerint.*

Apoc. I, 18.] Claves, qvarum hic injicitur mentio, imperii & poteſtatis ſunt Symbolum. Apud *Ariſtid. T. I. Opp.* Orat. in Serap. p. 96, Serapis dicitur γῆς καὶ θαλάττης κλεῖδας ἔχειν, & Photeus in Hymnis Orphei, πόντου κλεῖδας ἔχων. Eodem modo de Dæmone Orpheus canit:

Ἐν σοὶ γὰρ λύπης τε χαρᾶς κλεῖδες ὀχεῦνται,

In te enim moeſtitiæ & gaudii claves vehuntur.

Cæterum vid. qvæ ad hunc locum de clavibus inferni *Lamb. Bos* notavit.

VI.

Recenſiones Librorum.

I.

B. JOH. PETR. GRUENENBERGII,

Phil. & S. Theol. Doct. & Profeſſ. in Academ. Roſtoch. Ducal. Publ. Ordin. Conſiliarii Conſiſtorialis & per Ducatum Meklenburgicum Superintendentis, *Specimen illuſtrationis qvorundam Locorum, è veteri Teſtamento â Sacris autoribus in Novo Teſtamento allegatorum, in privatis Scholis qvondam propoſitum, nunc vero ob inſignem utilitatem, qvam in declaranda fidei doctrina afferre poteſt, ex ipſo B. Autoris Mſto publicæ luci datum* â DAV. HENR. KOEPKENIO, D. P. P. O. Roſtochii. 1727. apud Martin. Chriſtoph. Schvvechtenium, pl. 9. 8vo.

CUm in iis locis, qvæ Sacri Scriptores Novi-foederis ex antiqvo citant, qvædam non parum inter ſe differre videantur, qvædam non tam ex ipſo fonte, qvam ex translatione Lxxvirali petita, multæqve præterea difficultates aliæ occurrant, qvæ diligentiam & acumen interpretum exercere qveant, plures merito in hoc negotio deſudarunt, ut amicum utrorumque conſenſum oſtenderent. Salivam inprimis eruditis

ditis movit vir Cl. M. J. CHRISTOPHORUS COLERUS, promiſſis ſuis in *Surenhuſium animadverſionibus*. Prodiit ſcilicet ספר המשוה ſive Βίβλος καταλλαγῆς, *in qvo ſecundum veterum Theologorum hebræorum formulas allegandi & modos interpretandi, conciliantur loca & V. in N. T. allegata*, auctore GUILIELMO SURENHUSIO, Hebraicarum & Græcarum literarum in illuſtri Amſtelædamenſium Athenæo Profeſſore. Amſtelædami A. 1713. 4to. Qvi in hoc opere Surenhuſii aliqvid deſiderarunt, non attenderunt doctiſſimi viri inſtitutum atqve ſcopum. Ille vero in præfatione ad Lectorem. "Cum propter "communia ſtudia, qvæ in gente hebræa "jam â juventute mea excolui, ſuperbas qvo"rumdam doctorum voces omni acerbitate "plenas interdum audirem, aſſeverantium, "N. T. depravationem vel inde manifeſtam "eſſe, qvod illud nunqvam vel rariſſime cum "textu Hebræo authentico V. T. conveniret, & "propterea N. T. tanqvam ספר פסול *Librum* "*illegitimum* & depravatum, eſſe habendum, "qvam ſententiam ii tam audacter profite"bantur, ut nonnulli ſe rem Chriſtianam am"plexuros eſſe dicerent, ſi qvis N. cum V. "T. ſcripturis conciliare poſſet. Hæc cum "audirem, dici non poteſt, qvanto dolore "confoſſus fuerim. Hæc & alia diu multum"qve

"qve animo volvens, incidi tandem in Do-
"ctorem qvendam Hebræum, in Talmude,
"Cabbala & ſcriptis allegoricis bene verſatum,
"qvi etiamſi in Galliis religionem Chriſti-
"anam amplexus eſſet, ſed propter idolola-
"triam, qva divinus Pontificiorum cultus
"infectus eſt, ad Judaismum relapſus eſſet,
"tamen ab integritate N. T. non plane aver-
"ſus erat. Qvæſivi ab illo, qvid de locis
"ex V. in N. T. allegatis ſentiret, an ea rite
"allegata eſſent, nec ne, usqve adeo, ut Ju-
"dæi hac in parte non haberent, qvod carpe-
"rent? Reſpondit, ſe judice loca iſta more
"Majorum allegata atqve accommodata eſſe.
"Ut autem de illius reſponſione certior fierem,
"propoſui ei duo vel tria loca, de qvibus
"viri omnium doctiſſimi ad noſtram usqve
"memoriam vehementer laborarunt: ad hæc
"vero, poſteaqvam præter omnem exſpecta-
"tionem ſapienter reſpondiſſet, & reſponſi-
"onem ſuam ex variis Talmudis locis & au-
"torum Exegeticorum, Allegorizantiumqve
"ſcriptis firmaſſet; qvæſivi porro ab eo, qvo
"potiſſimum modo mihi procedendum foret,
"ſi de locis ex V. in T. N. adductis inter ſe
"conciliandis tractatus aliqvis conſcribendus
"eſſet? reſpondit, ſibi nihil magis idone-
"um videri, qvam ſi magnam operis Tal-
"mudici partem, nec non vetuſtiſſimorum
"au-

"autorum, ſive Allegoricorum, ſive Exege-
"ticorum ſcripta peragrarem; atqve ex iis
"Formulas allegandi & modos interpetrandi
"annotarem, & tantum colligerem, qvan-
"tum ad ſcopum meum aſſeqvendum ſatis
"eſſe videretur." Huic igitur operi cum ſe accinxiſſet, uberrimamqve meſſem collegiſſet, enatum ei eſt valde commendandum iſtud opus. Hisce igitur *Surenhuſii* Laboribus cum acceſſerint viri tam eruditi animadverſiones & illuſtrationes, emendationesqve ex critica & exegeſi ſacra petitæ, collatis iis, qvæ â Theologis noſtris in hoc genere ſcripta ſunt, qvin egregia & exasciata omnia proditura ſint, dubitandum non eſt. Interim tamen pauca illa, qvæ in B. Grünenbergii Mſcto reperta ſunt, contemni non debent, tanqvam reliqviæ viri eruditisſimi, qvi multa cum reverentia & diligentia ſacrum codicem tractare ſolebat. Cl. enim Editori animus eſt, ea, qvæ inter ſchedas B. viri reperit, publicæ luci donare, ne perpetua oblivione ſepulta jaceant, initiumqve præſenti opuſculo fecit, â qvo labores academicos primum exorſus fuit.

Locus primus, qvem illuſtrandum ſibi ſumit, eſt ex *Jeſ.* VII. 14. citatus *Matth.* I. 22. 23. Oſtendit hîc, ut verbum verbo reddi-

tum,

tum, (*) atqve autumat, illud ה emphaticum in voce העלמה re vera præfixum eſſe emphatice, qvaſi diceretur: Illa, illa virgo, ad qvam pertinet promiſſio *Gen.* III. 14. Illa virgo ê domo Davidis pariet. Qvem in ſenſum emphatica qvoqve adjunctio eſt articuli in græco, ἡ παρθένος. *Neqve enim*, ait: *in ea ſum opinione, ante hoc Eſaiæ vaticinium nihil fuiſſe de partu virginis cognitum, ſed & hanc in populo Dei fuiſſe receptam Prophetarum doctrinam, qvamvis in ſcripturis ſacris de ea doctrina ante Eſaiæ tempora clarius ſcriptum nihil legatur.* Enarrat hinc occaſionem vaticinii, ut oſtendat, Prophetam literaliter de Filio Dei & Mariæ agere, adeoqve â Matthæo ſenſu literali, non myſtico aut accommodato allegatum eſſe. Probat hoc ex autoritate angeli, qvi ceu legatus Dei non poterat non recte & Dei Domini ſui ſententiam percepiſſe, & Joſepho, quæ in commiſſis habebat, referre, integra: (**) ex autoritate Matthæi, â Spiritu Sancto

(*) Difficultatem, qvam recentiores Judæi movent ex *Gen*, XVI. 11. de translatione vocum præſentis ſignificatus apud Prophetam הרה וילדת per ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται vide ſolutam â *Surenhuſio* l. c. p. 152. ſq.

(**) Hoc B. viri, de angelo hæc verba proferente, aſſertum, non adeo videtur extra dubium poſitum. Neqve qvicqvam refert, ſive Angelo, ſive Evangeliſtæ adſcribantur. Prolixius hoc docetur in *Veſperis*

Digitized by Google

Sancto: ex ſcopo Prophetæ his verbis, certum non extingvendæ familiæ Davidis ſignum, divino ex mandato daturi: ex proprietate & perſpicuitate vocis עלמה: ex admiranda pueri concipiendi conditione: ex ſimplicitate Scripturæ ſacræ, qvæ non niſi unum ſenſum literalem admittit: ex analogia fidei, qvæ reqvirit, ut in ſacris literis non tantum N. ſed & V. Teſtamenti ſimus inſtructi de admirando hoc virginis partu. *Pag.* 21. agit de Loco *Michæ* V. 1. citato *Matthæi* II. 5.6. Oſtendit hic diſcrepantiam, qvæ in vocibus occurrit, ut tamen ſenſus divinitus intenti convenientiam elegantem ſimul inſinuet. Verba vero hæc non tam Matthæi, qvam Sacerdotum & ſcribarum eſſe, qvi recitaverint hoc dictum eâ ratione, qva in Synagogis fieri ſolebat, neqve voluiſſe Spiritum S., ut â Matthæo mutarentur. Verba enim non aliter proferuntur, qvam in oratione

Gröninganis colloq. XIX. p. 402. & XX. p. 420. ſ. Neqve aliter ſentit celeb. WOLFIUS *in Curis* p. 22. Angelus certe loqvitur de re futura, ea vero, qvæ hic narrantur, rem exponunt, qvæ jam contigerat, & optime conveniunt ſacro ſcriptori, qvi hæc ſcripto conſignabat, cum revera contigiſſent. Etiamſi vero Joſephus ex ſacris literis per Angelum confirmatus non fuerit, dubitandum tamen non eſt, qvin Deus manifeſtationi Angelicæ ea κριτήρια, qvæ Joſephum convincerent, addiderit.

tione directa fieri debere, Rhetores docent. Unde Matthæus: οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ. Qvamvis igitur diverſa videantur in multis verba Prophetæ & Judæorum, tamen ſenſum Prophetæ eos exacte tenuiſſe & protuliſſe, monſtrat. *Profecto*, ſcribit: *ſi ſola ſpectes verba, minus rectè dixere, ſi ſenſum, non tantum recte, ſed etiam rectiſſime: qvæ enim lectori minus perito & ſcripturarum incurio qvoqve Regi Herodi poterant videri paulo magis obſcura, licet talia doctis obſcura videri non poſſent, admiſtis, demtis & immutatis qvibusdam, clarius afferre voluerunt, accommodantes ſeſe prudenter ad animos auditorum.* In eo tamen deceptos eſſe interpretes Judaicos ſtatuit, qvod putarint, ad Israelem nomine talem iſta pertinere, qvæ tamen ad Israelem fide talem pertinent. (*) Concludit deniqve, vere reſpexiſſe Deum per Micham ad Chriſtum, & proximè qvidem ac literaliter. Probat hoc ex Synagogæ ante Chriſtum vigentis conſenſu & expoſitione

(*) Longe igitur diverſa eſt hæc ſententia ab ea *Hieronymi*, qvi cum ex differentia vocum diſcrepantiam qvoqve ſenſus ſine cauſa præſumebat, Matthæum per ſcribarum & ſacerdotum negligentiam excuſare cupit, qvæ tamen non tam excuſatio, qvam injuſta exprobratio eſt, indigna, qvam in virum divinitus inſpiratum conjiciat, qvamqve evitare non poteſt, ſi negligentiam eorum cœco impetu ſecutus eſt. Verba Hieronymi & citat & refutat SURENHUSIUS l. c. p. 177.

tione tum temporis indubitata, ex conſenſu Spiritus Sancti, digna hæc cenſentis, qvæ publice Chriſtianis legenda proponerentur & ne verſionem qvidem illam mutare volentis, ex convenientia cum *Joh.* VII. 42. ex claritate textus, qvi poſtulat ortum alicujus regentis ê Bethlehem poſt captivitatem Babylonicam, qvalis in omni hiſtoria nullus eſt, præter Jeſum noſtrum, ex deſcriptione deniqve perſonæ, *Cap.* IV. 7. 10. 11. 13. 14. V. 1. 2. 3. 4. 5. collato *cap.* VI. 9. & ex ſcopo deniqve Prophetæ. *Pag.* 43. illuſtrare aggreditur *Exod.* XIII. 2. alleg. *Luc.* II. 23. qvæ loca & qvoad ſenſum & verba optimè conveniunt, niſi qvod ἄρσεν adhibeatur â ſcriptore græco ſacro, loco בכור ebræi, cum hoc tamen latius ſit, qvam iſtud. Sed obſervat, non ſolum in Hebraico libere qvandoqve addi in hoc primogenituræ negotio זכר, (*Exod.* XIII. 12. *Num.* III. 40. &c.) verum etiam, Lucam iſtud in vocibus ſeqventibus limitare per voces διανοῖγον μήτραν. (*) Diſcutit hac occaſione qvæſtionem: an Chriſtus inter τὰς διανοίγοντας μήτραν ſit referendus? ita, ut ſta-

(*) Cum B. autor. §. 11. p. 47. voces פטר כל רחם pro pleonaſticis habeat, ut eo liberius prætermitti potuerit alterutrum, aut mutari à Luca, judicandum aliis relinqvam, qvid de judicio *Surenhuſii* ſtatuendum, qvi l. c. p. 306 ait: *Verba hac elucidationem*

ſtatuat: Mariam in partu & apertione uteri plane æqviparari reliqvis matribus, qvæ in conceptione ab omnibus matribus fuerat ſeparata. Applicare vero Lucam hoc dictum ad Jeſum, ut oſtendat, Mariam matrem fuiſſe attentam ad Leges per Moſen præſcriptas; in partu nulla extraordinaria miracula fingi debere; Jeſumqve ipſum primogenituræ Legibus & conditionibus lubentiſſimè ſubjici voluiſſe. *Pag.* 65. accedit ad *Lev.* XII. 6.7.8. alleg. *Luc.* II. 22. & 24. & *pag.* 70. ad *Hoſ.* II. 1. alleg. *Matth.* II. 15, in qvibus tamen conciliandis brevior eſt, ſolumqve oſtendit, Prophetas iſtis in locis literaliter eſſe locutos & in ſenſu literali ab utroqve ſacro ſcriptore allegatos, Lectoremqve ad Diſputationes ſuas inaugurales remittit. (*) Hinc operam navat conciliando Matthæo cum Jeremia. *Matthæum* enim C. II. v. 17. ex *Jeremia* XXXI. 15. docere: Herodem facinore ſuo

qvandam dare voci בכור, *qva reſpondeatur ad qvæſtionem illam; an ſi gemellos filios foemina prima vice pepererit, is, qvi primo in utero matris conceptus eſt, gaudeat jure primogenituræ, an vero is, qvi prius in lucem editus eſt? Credunt enim Hebræorum Doctores, eum, qvi prius conceptus eſt, poſterius in lucem prodire*, ubi ſimul qvædam adverſus *Hadr. Junium* in Parall. non inconcinne monet.

(*) *de Filio Dei ex Ægypto vocato*, habitas *Roſtochii* a. 1696.

ſuo probaſſe veritatem eorum, qvæ divinus vates cecinit, θρῆνον ϰ κλαυθμὸν καὶ ὀδυρμὸν circa ſepulcrum Rahel excitatum eſſe, ita, ut de nullo alio luctu hæc verba accipi debeant. Adeo enim curate expreſſum eſſe obſervat idioma Hebraicum, ut etiam voces, Ραχὴλ κλαίυσα τὰ τέκνα αὐτῆς, rationem Hebraiſmi in omittendo verbo ſubſtantivo æmulatæ fuerint. Leviſſimam enim eſſe differentiam in vocibus בכי תמרורים: nam pluralitatem numeri compenſari per adjectam ſingulari pluralitatem in voce πολὺς, qvæ auget amaritudinem ejulatus Bethlehemitici (*). Enarrat hinc occaſionem vaticinii. Promiſſionibus enim de adducendis cum Iſraelitis gentibus ad bonitatem Jehovæ in naſcente Meſſia patefaciendam addit prædictionem de luctu, fletu & ejulatu multo Ramæ audiendo,

(*) SURENHUSIUS l. c. p. 192. tres in verbis ſacrorum autorum utriusqve codicis variationes obſervat. 1.) qvod Matthæus pro duobus ſubſtantivis cum adjectivo Prophetæ נהי בכי תמרורים, tria ſubſtituat ſubſtantiva cum uno adjectivo, videlicet θρῆνος, κλαυθμὸς & ὀδυρμὸς πολὺς. 2.) Qvod Propheta bis dixerit על בניה, Matthæus vero ſemel tantum. 3.) qvod Propheta in ſingulari numero dixerit כי איננו, Matthæus vero in numero plurali ὅτι ὐκ εἰσί. Singulas non ineleganter excutit & erudite conciliat, qvem, qvæſo, vide.

endo, per Herodianum infanticidium. Graviter hic concludit: non eſſe apud Matthæum nudam applicationem, repugnare & gravitatem autoris, tantum vaticinium ad rem prorſus alienam trahere; neqve opus eſſe, ſenſum myſticum qværere, cum literalis ſuppetat. Urget præterea autoritatem Matthæi, qvi non ſolum verba verbis plane convenientia allegat, ſed etiam impletionem vaticinii docet, non olim aut factam aut faciendam, ſed tunc temporis factam, cum ſtrages ederetur. Τότε ἐπληρώθη. (*) Urget emphaſin vocum, inqve locum, ſubjectum, cauſam atqve durationem inqvirit. Urget ſpeciales circumſtantias, nativitatem Meſſiæ c. XXX. 9. 21. converſionem Iſraelitarum, ad eundem concurſum gentium, commune iſtorum gaudium de Chriſto naſcente, c. XXXI. 1 —— 14. qvo cum tempore coincidunt lacrymæ Rahelis, v. 15. qvæ nullibi, niſi ad cunas Bethlehemiticas infantium qværi poſſunt: ſcopum deniqve Prophetæ & deſignationem temporis ex *Hebr.* VIII. 6. 7. 8. ubi ad Chriſtum applicatur dictum *Jerem.* XXXI. 31. de foede-

(*) SURENHUSIUS, qvi in urgendis citationum formulis acutus & curioſus eſt, h. l. videtur dormitaſſe. Nam inqvirit qvidem in voces ἵνα πληρωθῇ, ſed particulam neqvaqvam negligendam h. l. τότε non curat.

foedere novo conjuncto cum converſione Ephraitarum & reliqvorum ex Judæis, & compenſatione lacrymarum Rahel filios paulo ante deflentis (*) &c. *Pag.* 95. agit de loco *Matth.* II. 22. 23. verba iſta: ὅτι Ναζαραῖος κληθήσεται, non eſſe prophetica, ſed ipſius Evangeliſtæ referentis divinum conſilium, Joſepho τῷ κατ' ὄναρ χρηματισθέντι ſine dubio revelatum, & cum eventu optime conveniens, Matthæo certè divinitus inſpiratum. Futurum enim κληθήσεται non ſimpliciter per futurum, ſed per futurum potentiale ſeu imperativum ex communiſſimo Hebræorum Græcorumqve more exponit. Propheticorum autem vaticiniorum allegationem hic putat indeterminatam eſſe,

(*) De Rahel nuper plane aliter ſentit J. E. HARCKENROTH Bibl.Br. CL. V. p. 1095. urbemqve hic invenire ſibi viſus eſt רכל. Propheta autem habet רחל LXX. Ῥαχὰλ, *Matthæus* Ῥαχὴλ. Rachel præterea hîc deplorat *Suos*; ſed רכל in libro Samuelis (1. Sam. XXX. 29.) ex mente V. CL. inter Eſthemoam & Jerachmeelitarum & Kenæorum urbes, circa terminum tribus Judæ, verſus auſtrum, ſita erat, eo usque autem crudelitas Herodis non pervenerat, ut illa urbs *ſuos* flere neceſſe haberet, &, qvod magis eſt, *filios ſuos*, id qvod præterea non tam commode de civitate, qvam matre dicitur, neqve cætera, qvæ Sacri Scriptores addunt, in hanc urbem qvadrant.

ſe, qvo etiam modo alibi allegare ſoleat *Matthæus* c. g. c. XXVI. 56. 54. Particulam qvoqve ὅτι putat, non deſignare allegationem directam, atqve ita redundare, ſed ſuam omnino ſignificationem obtinere. Verba qvippe ſeqventem in modum transfert: "Nachdem "aber (Joſeph) im Traum göttlich unterrich-"tet vvar, zog er in die Theile Galilææ, und "ſetzte ſich nach ſeiner Ankunfft zu vvoh-"nen in die Stadt Nazareth, auf daſs erfül-"let vverden möchte, vvas durch die Pro-"pheten iſt geredet vvorden. Denn der Na-"zaræer (von Nazareth) ſoll er genennet "vverden". (*) De loco *Mal.* III. 1. â *Marco* c. I. 2. allegato, collato *Matth.* II. 10. & *Luc.* VII. 27. ubi לפני transfertur πρὸ προσώπου σου, ait p. 109: *Filium Dei interdum ſpecialiſſime dici Faciem Dei Exod.* XXXIII. XXXIV. *Idqve hoc etiam loco fieri ſi exiſtimes, nihil peccabis;* demonſtratqve deinceps, Malachiam h. l. literaliter de præcurſore Meſſiæ locutum fuiſſe.

Locus

(*) Conferatur ejusd. diſſertatio *Roſtoch.* A. 1699. habita de Jeſu Nazaræo. Cæterum hæc ipſa eſt ALEXANDRI MORI ſententia, cui multa opponit B. G. OLEARIUS *Obſerv.* in Matthæum p. 68. ſq. Qvi tamen nimis liberalis eſt dicendo: *Non ferre morem Evangeliſtarum, provocare ad teſtimonium Prophetarum, verbis, qvibus id continetur, non allegatis.* Citata enim â Noſtro loca ex *Matth.* XXVI. contrarium ſatis clare oſtendunt.

Digitized by Google

Locus ultimus, qvem illuſtrandum ſibi ſumit, petitus eſt ex *Jeſ.* XL. 3. 4. 5. â *Marco* I. 3. collato *Matth.* III. 3. *Luc.* III. 4. 6. *Joh.* I. 23. Obſervat, Evangeliſtas reliqvos verbum פנו per ἑτοιμάζειν, Johannem vero per εὐθύνειν reddere, re ipſa vero convenire. (*) In ultimo tamen verſu Prophetæ ab Evangeliſtis citati agnoſcit differentiam aliqvanto majorem, qvam tamen ita, ut difficultatem omnem dispellat, exponit, & verba Jeſaiæ literaliter de Johanne intelligenda, & ab Evangeliſta ita accepta eſſe demonſtrat.

Conſtitutum erat B. GRUENENBERGIO, prouti hoc in libello ea illuſtrat, qvæ prima nati Meſſiæ tempora concernunt, reliqva qvoqve, qvæ de Ejusdem ætate ſubſeqvente, officio & reliqvis, ſacri Vates prænuntiarunt, exponere. Negotiorum tamen varietas hoc conſilium intervertit, ut CL. editor in præfatione narrat. Qvamobrem cum in hiſce initiis labor ſubſtiterit, plura ex iſto ſcrinio ſperare non licebit.

(*) Etymon qvoqve εὐθὺ egregie qvadrat. Vid. SVIDAS in hac voce, p. m. 1076.

II.

JO. ALBERTI FABRICII,

SS. Theol. D. Prof. Publ. & hoc anno Gymnaſii Rectoris, *Bibliothecæ Græcæ Volumen Tertium Decimum, qvo continetur Elenchus Medicorum Veterum, & notitia collectionum ac ſcriptorum græcorum junctim editorum, Liturgicorumqve. Accedunt Anonymi Hoeſcheliani Definitiones latina verſione donatæ: Sententiæ variorum & Secundi Philoſophi, emendatæ ex MS. Nuncupationes eccleſiaſticæ, qvibus utuntur in ſuo litterarum commercio Græci recentiores: Theophili Corydalei expoſitio Rhetorices, &c. Hamburgi*, 1726. 4to. *IV. Alph.* 17. *pl.*

EAdem eſt doctrinæ vis atqve elegantia, idem ardor ac ſtudium, qvo coeptam viginti abhinc annis, & qvod excurrit, telam pertexere allaborat celeberrimus, deqve Græcis literis dudum meritiſſimus FABRICIUS.

(O! doctiorum qvicqvid eſt, aſſurgite
Huic tam colendo nomini!) (*)

Novum

(*) Ita merito in Virum hunc omni laude majorem uſurpare liceat verba, monimento ſepulchrali *ISACI* CASAVBONI, qvod templum Abbatiæ Weſtmonaſterienſis in Anglia ſervat, inſcripta.

Novum enim jam exhibet Bibliothecæ Græcæ Volumen, qvod Libri VIti partem Tertiam conſtituit, eoqve comparatum eſt, ut nobiliſſimo operi finis propediem imponatur. Prima parte Libri VIti memorati, ann. 1722. edita, de Canonum Eccleſiaſticorum Collectoribus ſive ſynopticis, ſive uberioribus, & de Conciliis univerſalibus ac particularibus diſſeruerat; itemqve ſecunda hujus Libri parte, qvæ ann. 1724. inſecuta eſt, poſt elenchum ſitus epiſcopatuum orbis Chriſtiani, & alia qvædam, notitiam Ictorum & Medicorum veterum Græcorum tradiderat. Cum vero iſtius Voluminis modus adjungere vetuiſſet Medicorum Græcorum deperditorum recenſionem, præſenti Tomo illam dare inſtituit, ſimulque de variis ſcriptorum græcorum collectionibus more ſuo, id eſt, erudite ac ſolide, commentatur.

Duobus itaqve capitibus Volumen hoc abſolvitur, IXno nimirum & Xmo, qvorum illud Medicorum veterum elenchum, hoc Collectionum Græcarum notitiam exhibet. Sub initium capitis IX. extat index ſcriptorum a *Theophraſto* citatorum, ad paginas editionis Heinſianæ compoſitus, p. 1--4. nec non index eorum, qvorum medicamenta à *Nicolao Myrepſo*, Medico Alexandrino, referuntur,

tur, p. 9--15. Ex hujus opere magno de CompoſitioneMedicamentorum, qvod latine tantum prodiit, græce vero in Bibliothecis MS. ſervatur, ſuperſtitioſa plurima adducuntur, dum ille curandis varii generis morbis recitationem Orationis Dominicæ, Symboli Apoſtolici, aliorumqve Scripturæ dictorum, aut adjurationem in nomine Dei Trinunius factam, aut ſimile qvippiam, remedii loco præſcripſit. Succedit Elenchus Medicorum veterum, præcipue eorum, qvorum ſcripta deſiderantur, vel de qvibus mentio in priſcis monumentis occurrit, qvos inter etiam Arabibus locus conceditur, qvoniam ex græcis Medicis hos pleraqve in areolas ſuas derivaſſe conſtat; eaqve occaſione cl. Auctor ſyllabum ſcriptorum de variis doctrinæ generibus, editis, ineditis, ac deperditis, qvos in hac Bibliotheca Græca paſſim enarravit, p. 15--17. ſeqventem ſiſtit. Egit nimirum de Scriptoribus

Rei Accipitrariæ Lib. I. c. 25.
Ænigmatum Volum. X. p. 538. ſq.
de Alexandro Magno Lib. III. c. 8.
Argonauticorum Lib. III. cap. 21.
de Arianis & contra Arium Vol. VIII. p. 335. 312.
Arithmeticis Lib. IV. c. 22.
Aſtrologis L. III. c. 20.

Cate-

Catenarum auctoribus in libros ſacros L. V. c. 7. Vol. VII.
Chronicis Vol. VI. p. 135.
Commentariis in ſcriptores N. T. Lib. IV. c. V.
Conciliis univerſalibus & particularibus, Vol. XI.
Eccleſiaſticis libris Græcorum, ad calcem Voluminis V.
Epiſcopis Alexandrinis Vol. VIII. p. 594. 598. Cæſareenſibus Vol. IIX. p. 338. CPolitanis Vol. VI. p. 707. 757. Hieroſolymitanis Vol. X. p. 503. 506. Romanis Vol. XI. p. 735. 745.
Epiſtolarum L. II. c. 10.
Eroticis Vol. VI. c. ult.
Etymologicis Vol. X. p. 22.
Scriptoribus contra Eunomii hæreſin, Vol. VIII. p. 250.
Scriptoribus contra Eutychianos Vol. IX. p. 311.
Fabularum L. II. c. 9.
Geographis L. IV. c. 2.
Geometris, L. III. c. 14.
Geoponicis Vol. VI. p. 506.
Grammaticis L. V. c. 7. Vol. VII.
Scriptoribus contra Eccleſiam Græcam Vol. X. p. 441. ſq.
Scriptoribus contra Hæreſes L. V. c. 11. Vol. VII.

Har-

Harmoniarum Evangelicarum ſcriptoribus L. IV. c. 5.
de Hieroglyphicis L. I. c. 13.
Hiſtoriæ Byzantinæ ſcriptoribus Vol. VI. p. 684. 769. Eccleſiaſticæ, ibid. p. 112. & Vol. XII. p. 152. ſq. de expeditionibus in Palæſtinam Vol. VI. p. 763. ſq.
Scriptoribus in Homerum L. II. c. 5.
de Incredibilibus L. I. c. 21.
Juriſconſultis L. VI. c. 6. Vol. XII. p. 330. ſq. & 564.
Legum latoribus L. II. c. 14.
Lexicis Vol. X. p. 105.
Locorum communium collectoribus Vol. VIII. p. 839.
Manichæis & ſcriptoribus contra Manichæos L. V. c. 1. p. 287. ſq.
Medicis Græcis editis Vol. XII. p. 571. ineditis ibid. p. 780. Chemicis Vol. XII. p. 775. Chirurgis ibid. p. 778. Gynæciorum ſcriptoribus Vol. XII. p. 699. Hippiatricis Vol. VI. p. 494. de Urinis Vol. XII. p. 779.
Melodis Eccleſiæ græcæ Vol. X. p. 130.
rei Militaris ſcriptoribus L. III. c. 30.
Monothelitis & adverſus Monothelitas Vol. X. p. 202.
Muſicis L. III. c. 10.
Scriptoribus contra Neſtorium Vol. IX. p. 286. ſq.

Ora-

Oratoribus L. II. c. ult. & L. IV. c. 30.
Philoſophis ante Socratem L. III. c. 13.
Cynicis L. III. c. 13.
Epicureis L III. c. 32.
Megaricis L. III. c. 33.
Peripateticis L. III. c. 11.
Platonicis L. III. c. 3.
Pythagoricis L. II. c. 13.
Scepticis L. III. c. 33.
Stoicis L. III. c. 15.
Scriptoribus & Synodis in cauſa Photiana Vol. IX. p. 372.
Poëtis Comicis L. II. c. 22.
Epigrammaticis L. III. c. 28.
Lyricis L. II. c. 15.
Metaphraſtis Pſalmorum L. V. c. 16. Vol. VII.
Tragicis L. II. c. 19.
Scriptoribus de re pictoria & ſtatuaria L. III. c. 24.
Proverbiorum L. IV. c. 9.
de Rhetoribus L. IV. c. 32.
Sanctis, Græcorum ſtylo celebratis, Vol. IX. p. 48. ſq.
Scriptoribus Theogoniæ L. II. c. 8.
Scriptoribus de Veritate religionis noſtræ Chriſtianæ Vol. VII. p. 96. ſq. qvi nuper proprio volumine diligentius expoſiti ſunt, Hamb. 1725. 4to.

Ipſam

Ipſam deinde Medicorum veterum notitiam ita tradit, ut fundamenti loco pleniſſimam in hoc genere Syllogen ſubſternat, qvam in eximio libro *de Nobilitate* (*) jam olim exhibuit ANDREAS TIRAQVELLUS (**), Vir non minus de humanioribus literis, qvam de juris civilis ſcientia inſigniter promeritus. Qvam multa autem illius obſervatis adjunxerit, vel etiam in illis emendaverit ac reſtituerit, ex utriusqve comparatione facile cuiqve patet, dum Tiraqvelli Nomenclatura Medicorum ſecundum literarum ſeriem adornata, 10. modo plagulis abſolvitur, Noſtri

(*) Extat tum ſeorſim impreſſus, tum qvoqve in Operibus *Tiraqvelli* Francofurti 1574. Tomis VII. fol. excuſis, Tomo I. ubi cap. XXXI. fol. 127 --- 263. *an ars medicinæ nobilitati deroget*, prolixe disqviritur.

(**) De illo *Robertus de Pellevé*, olim Abbas à S. Fromondo, poſtmodum Epiſcopus Apamienſis, in elogio operibus præfixo ita cecinit:

Qvicqvid in immenſis Latiæ Grajæqve Minervæ
Artibus eſt, ſapiens hoc Tiraqvellus habet.

Inter πολυτέχνες pariter ac πολυγράφες eum referendum eſſe, docet teſtimonium JAC. AVG. THVANI, qvi *Hiſt. Lib. XXI. f.* 430. edit. Offenbac. 1609. fol. ipſum æqve ingenii ut corporis numeroſa foecundum prole vocat, cum ſingulis annis ſingulos libros ac liberos reipublicæ dederit; qvod idem ex Thuano repetit THOM. LANSIUS *Orat. pro Gall.* p. 161. edit. Tubing. 1613. 4to.

Noſtri vero Elenchus ad II. Alph. & 9. pl. ſeſe extendit. Ubivis igitur obſervationes doctiſſimæ utiliſſimæqve interſperſæ ſunt, è qvibus nonnullas delibabimus, cum omnes referre inſignis illarum copia haud permittat.

P. 25. Dum memoratur *Aceſias*, qvi anſam dedit proverbio: Ἀκέσιας ἰάσατο, adducitur effatum V. Cl. *Joh. Jac. Baieri*, Medici in Acad. Altorfina celeberrimi, ex Adagiorum Medicinalium Centuria Lips. 1718. 4to. qvi in Judæa in primis gente multos extitiſſe Medicos Aceſiæ ſimiles, aſſerit, prouti fidem faciat exemplo ſuo mulier αἱμοῤῥοῦσα, de qva *Marcus* Evangeliſta c. V. 25. ſq. teſtatur, qvod multa fuerit perpeſſa à compluribus Medicis, & erogaverit omnia ſua, nec qvicqvam profecerit, ſed magis deterius habuerit.

P. 28. Mentione facta *Achillis*, celeberrimi Græcorum Principis, qvi Medicæ qvoqve artis laudem tulit, adjunguntur obſervata *Caroli Drelincurtii*, Prof. Medici Leidenſis, ex raræ diligentiæ opuſculo, qvod Lugd. B. 1694. 4to. edidit, inſcripſitqve: *Homericus Achilles, Caroli Drelincurtii penicillo delineatus per convitia & laudes.*

P. 31. *Achillas* vocatur παρακεντητὴς, ex Galeno Pharmac. local. L. VII. c. V. qvod

Tiraqvellus *aurigam* reddit, Noſter vero *compunctorem* interpretatur, eumqve intelligi putat, qvi ſcarificationem, cucurbitationem (Schröpffen) venæqve ſectionem exercet.

P. 42. Inducitur *Agnodice*, Herophili diſcipula, obſtetrix prima Athenis, cum antea viri hoc munere fungerentur; unde referente Hygino fab. 274. mulieres verecundia ductæ interierant. Improbatur qvippe hic mos, utpote inimicus pudori, licet in Gallia hodie & alibi etiam locorum, propter obſtetricum inſcitiam vel negligentiam non inuſitatus; & viciſſim non minore contentione defenditur ſingularibus ſcriptis, de qvibus vid. Act. Erud. 1709. p. 128. Journ. des Scav. 1708. T. II. p. 64. & 1718. T. II. p. 147.

P. 48. ſq. Siſtitur ſpecimen Bibliothecæ univerſalis, ab *Alphonſo Ciacconio*, Hiſpano, ordine litterarum circa annum 1583. concinnatæ, cum obſervationibus Noſtri. Deſinit illa in Epimenide, & Msta. extat apud Max. Venerandum J. C. WOLFIVM, qvem Muſa vetat mori.

P. 60. Occaſione *Andromachi Senioris*, cui ſalutiferam illam γαλήνης ſive Theriacæ compoſitionem acceptam ferunt Medici, citatur codex latinus A. C. 1479. exaratus, in qvo Theriacæ conficiendæ ratio ex Democrito & Andromacho monſtratur, qvem ſervat

vat Bibliotheca Nobiliſſimi D. *Uffenbachii*, teſte Catalogo ejus Mstorum p. 689. ſq.

P. 66. ſq. de *Antonio Muſa*, Auguſti Medico, affertur locus *Dionis Caſſii*, qvem inſignem ſcriptorem proxime, ſi ita ſummo vitæ arbitro placuerit, recenſitum à ſe & illuſtratum prelis ſubjicere, geſtire animum ait Noſter.

P. 76. ſq. *Apollophanis* Seleucienſis, Regis Antiochi Soteris Medici, memoria recolitur, in cujus honorem cuſi à Smyrnenſibus numi bini deſcribuntur ex Viri celeb. *Richardi Mead*, Medici Londinenſis, Diſſert. de Numis qvibusdam a Smyrnæis in Medicorum honorem cuſis. Conf. p. 93. voc. *Athenagoras*, & p. 189. v. *Hiceſius*.

P. 81. ſq. *Aretæum* Cappadocem dum nominat cl. Auctor, illis, qvæ de ipſo ejusqve editionibus Lib. IV. hujus Bibl. Gr. cap. III. dixerat, nunc addi cupit, eundem ſcriptorem emendate ac luculentis typis vulgatum eſſe nuper Græce à Viro Nobiliſſ. *Joanne Wigano*, qvi novam verſionem latinam elegantem ſeparatim ad calcem voluminis ſubjunxit, Oxon. 1724. fol. Conf. Journ. des Sçav. Jul. p. 36. In Belgio qvoqve Aretæum recudendum eſſe docet inter Medicos veteres, qvos recenſendos nova cura & junctim nitide edendos in ſe ſuſcepit Vir arte & doctrina excellentiſſimus, *Hermannus Boerhave*.

P. 88. *Aſclepiadis* Pruſienſis veterem iconem & monumentum ſervari apud Illuſtriſſimum *Alexandrum Albanum* narratur, qvod ſingulari diſſertatione nuper illuſtravit V.C. *Blaſius Caryophilus*, Neapolitanus, Pt. I. Diſſertationum Miſcellan. Rom. 1718. 4to, in qva de Asclepiade hoc fuſius tractat. v. Biblioth. Vet. & Nov. V.C. *Joh. Clerici* Tom. XVIII. p. 453. ſq. Plures qvoqve Medici Asclepiades recenſentur ex *Thom. Reineſii* Epiſt. XLVI. ad Rupertum, p. 395. & in ſupplementum hiſtoriæ Medicorum à Reineſio promiſſæ ſubjicitur elenchus ſcriptorum Asclepiadis.

P. 191. ſq. de *Hippocrate* illo Magno, Coo Medicorum Principe, multa notatu digna proferuntur. Cúm enim noſtræ ætate acris de ſummi illius Viri religione contentio ſit agitata, aliis eum atheis audacter adſcribentibus, uti fecit *Nicol. Hieron. Gundlingius* Tom. II. Otiorum c. 3. Bibliothec. Nov. Pt. XXIX. p. 802. ſq. & in Gundlingianis Pt. XXII. & XXIII. aliis tam indignam ſana mente fœditatem ab ipſo removentibus, à qvorum partibus præter alios ſtant *Andreas Ottomannus Gœlike* in Orat. inaug. Duisburgi 1713. habita, & in Hiſt. Medic. Univerſ. Pt. V. ut & D. *Dan. Wilhelm. Trillerus* in Hippocrate Atheiſmi falſo accuſato, Rudolſtadii 1719. 8vo. qvibus & Noſter omnino adſentitur: inſeri-

tu

tur hic p. 192 —— 246. *Johannis Stephani*, Bellunenſis, Medici Veneti, Theologia Hippocratis Coi, in qva Platonis, Ariſtotelis, & Galeni placita Chriſtianæ religioni conſentanea exponuntur, Venet. 1638. 4to. edita, additis notationibus locorum Hippocratis, qvibus de religione agitur. De Hippocratis qvoqve editionibus judicium nuper dediſſe indicatur V. Cl. *Joann. Friend* in præf. ad libros de morbis epidemicis editos Oxon. 1717. 8vo. ubi Charterianam ceu parum emendatam notat; nec non *D. W. Trillerum* in Epiſt. Medico-Critica, qva & ipſe novam & caſtigatiorem Hippocratis operum editionem pollicetur, Rudolſt. 1720. 8vo.

P. 259 — 298. exhibetur *Johannis Leonis* Africani Libellus de illuſtribus Medicis & Philoſophis apud Arabes, locis qvibusdam emendatior, notisqve illuſtratus, qvem è codice Mediceo Arabico primus latine verſum edidit *Hottingerus* in Bibliothecario Qvadripartito p. 246. ſq. Tiguri 1664. 4to. Mittimus *Marcelli Sidetæ* Carmen de Medicina ex piſcibus, à *Fed. Morello* Paris. Profeſſ. Regio latine verſum p. 317. ſq. *Sexti Placiti* librum de Medicina ex animalibus, ex editione *Andreæ Rivini* rarius obvia p. 395 -- 423. Carmen de Medicina *Vindigiano* tributum, ejusdemqve Epiſtolam ad Valentinianum Imp.

p. 446. ſq. & alia, qvæ Lectori harum rerum intelligenti, artisqve ſalutaris cultoribus induſtriis, non poſſunt non grata eſſe atqve accepta.

Pedem potius proferimus ad Caput X. Libri VIti, qvod alterum eſt hujus Voluminis, totumqve impenditur recenſendis omnis generis Collectionibus ſcriptorum Græcorum, qvos junctim prelo ſubjicere Viris eruditis ſubinde placuit. Affertur itaqve (I.) *Ἐγκυκλοπαιδεία Φιλολογικὴ Johannis Patuſæ*, Athenienſis, græcè Venet. 1710. 8vo. apud Nic. Sarum qvatuor Voluminibus edita, p. 457. ſq. (II.) *Michaëlis Maittaire* Miſcellanea græcorum aliqvot ſcriptorum carmina, cum verſione latina & notis, Londini 1722. forma qvarta majore typis nitidis, p. 462. ſq. (III.) *Joh. Jac. Schudt* Faſciculus Græcus, Francof. 1702. 8vo. p. 464. (IV.) *Joh. Vorſtii* Veterum Poëtarum græcorum poëmata, aut poëmatum apoſpasmatia ſelecta, Berol. 1674. 8vo. & Francof. ad Viadrum 1692. 8vo. p. 464. ſq. (V.) *Hieron. Freyeri* Faſciculus Poëmatum græcorum ex antiqvis ac recentioribus Poëtis collectus, Halæ Magdeb. 1715. 8vo. cum verſione latina p. 466. ſq. (VI.) Gymnaſmatum literaturæ græcæ libri tres curante *Matthæo Dreſſero*, græce & latine, Lips. 1574. 8vo. è qvorum libro II. p. 198. hic ſiſti-

ſiſtitur Epiſtola *Philippi Melanchthonis* ad Joaſaphum Patriarcham CPol. ann. 1559. ſcripta, græce & latine, p. 468. ſq. qvæ cum alia verſione latina itidem legitur in Appendice, *Philippi Cyprii* Chronico Eccleſiæ græcæ ab Henrico Hilario adjecta, lit. c. 2. ſq. (VII.) *Michaëlis Neandri* Opus aureum & Scholaſticum, Lips. 1577. 4to. p. 470. ſq. (VIII.) Ἀνθολογικὸν, *Anthologicum* Græco-Latinum, Baſil. 1556. 8vo. p. 471. (IX.) *Ariſtologia Pindarica* græco-latina, & Sententiæ novem Lyricorum, ex variis tum Patrum, tum Ethnicorum libris collectæ, Baſil. 1556. 8vo. p. ead. (X.) Anonymi (qvi eſt *Laur. Rhodomannus*) Poetæ Græci Argonautica, Thebaica, Troica, &c. Lips. 1588. 8vo. p. 472. (XI.) Loci communes philoſophici græci, ſive doctrinæ veterum Sapientum de moribus & virtutibus, ex omnibus fere græcis veteribus excerptæ, & è notationibus Michaëlis Neandri, Præceptoris ſui, editæ à *Joh. Vollando*. Lips. 1588. 8vo. p. 472. ſq. (XII.) Catecheſis *Martini Lutheri* parva Græco-Latina, ex verſione græca Joh. Mylii poſt editionem 1558. recognita cum Litania, precibus, aliisqve ἀξιομνημονεύτοις, per *Mich. Neandrum*, Baſil. 1564. 1567. 8vo. p. 473. ſq. Inſeruntur hic verſus græci audaciore, ſed ingenioſa compoſitione vocum conſtantes

p. 475. ſq. (XIII.) Apcrypha, parænetica, philologica, cum verſione *Nicolai Glaſeri*, Hamb. 1614. 8vo. p. 477. ſq. (XIV.) Epiſtolæ græcæ ex diverſis autoribus ſelectæ: Luciani Saturnalia, Cronoſolon, & Epiſtolæ Saturnales, græcè, Lovan. 1520. 4to. p. 478. (XV.) Τῶν ἑλληνικῶν ἐπιςολῶν ἀνθολογία, Paris. 1583. 4to. p. 478. ſq. (XVI.) τῶν ἑλληνικῶν ἐπιςολῶν ἀνθολογία, καὶ τῶν σοφῶν ἀποφθέγματα, Patavii 1710. forma minore, p. 479. Subjunguntur hic Nuncupationes eccleſiaſticæ Epiſcoporum & ſalutandi formulæ, qvibus in epiſtolis ſuis Græci noſtra ætate utuntur, uti illas edidit *Joſephus Waſſe* in Bibliothecæ litterariæ num. IX. Lond. 1724. 4to. (XVII.) Collectiones græcorum ſcriptorum variæ, qvæ *Joachimo Camerario*, Germaniæ Phœnici, debentur, p. 493. ſq. Subjicitur Epiſtola *Antonii Eparchi* ad Phil. Melanchthonem græcè, p. 500. ſq. & elenchus cæterorum ſcriptorum Camerarii, p. 506. ſq. (XVIII.) Monumenta plurima Auctorum Græcorum à *Dav. Hœſchelio*, Pelasgæ eruditionis anteſignano, evulgata p. 534. ſq. Inſeruntur hic *Anonymi* Hœſcheliani definitiones, ordine Alphabetico ex Cod. MS. Bibl. Palatinæ, cum verſione latina cl. Auctoris noſtri, p. 544. ſq., qvi & alia qvædam conſimi-

Digitized by Google

ſimilia adjecit, uti ſunt: Altercatio *Hadri-ani* Aug. & *Epicteti* Philoſophi, ex editione Frid. Lindenbrogii, p. 557. ſq. *Secundi* Athenienſis Sophiſtæ Sententiæ, Græc. Lat. ex editione Luc. Holſtenii collata cum MS. Gudiano, p. 564. ſq. *Joannis Pediaſimi* deſiderium de muliere mala & bona, Gr. Lat. p. 576. ſq. Diſputatio regalis & nobiliſſimi juvenis *Pippini* cum *Albino* Scholaſtico, p. 579. ſq. *Nicarii*, *Carſilidis*, aliorumqve interrogationes & reſponſiones, p. 583. ſq. *Frid. Lindenbrogii* variarum Qvæſtionum Centuria, p. 586. ſq. & *Antonii Chapuis*, Delphinatis, Qvæſtiones & reſponſiones p. 601. ſq. (XIX.) Volumina varia Auctorum græcorum, ex officina *Aldi Manutii*, Romani, qvi Pauli pater & Aldi junioris avus fuit, ſub inſtauratarum litterarum primordia nitide excuſorum p. 605. ſq. (XX.) *Roberti Stephani*, filiiqve *Henrici* in græcas literas merita, cum tabula genealogiam Stephanorum exhibente, p. 614. ſq. (XXI.) Scriptores græci à *Johanne Meurſio* collecti, p. 626. ſq. (XXII.) *Frid. Sylburgii* Collectio Scriptorum Hiſtoriæ Romanæ, Francof. apud Wechel. 1588. 1599. fol. tribus voluminibus, qvorum ultimum ſcriptores græcos complectitur, p. 634. ſq. (XXIII.) *Joh. Gasp. Suiceri* Ἐμπύρευμα εὐσεβείας, qvo continentur Miſcellanea, Tiguri 1681.

 12mo.

12mo. p. 638. ſq. (XXIV.) Λέξεις ῥηταί. Græcarum ſententiarum centuriæ, pro adultioribus Scholæ Scarenſis alumnis excerptæ & cum latina verſione editæ, ab *Haqvino Spole*, Upſal. 1712. 8vo. p. 639. (XXV.) Ποικίλη Ἱστορία, ſive novus hiſtoriarum fabularumqve delectus, cum notis & verſione, in uſum Scholæ Etonenſis, curante *Johanne Uptono*, Londin. 1701. 8vo. p. 639. ſq. (XXVI.) *Thomæ Gale* Hiſtoriæ Poëticæ Scriptores antiqvi, Gr. & Lat. Paris. 1675. 8vo. Opuſcula Mythologica, Phyſica, & Ethica, Gr. & Lat. Cantabr. 1671. 8vo. atqve ex nova recognitione Amſt. 1688. 8vo. & Collectio Rhetorum Græcorum Selectorum Oxon. 1676. 8vo. p. 640. ſq. Subjungitur hic p. 648. ſq. *Theophili Corydalei*, Athenienſis, Ἔκθεσις περὶ Ῥητορικῆς, ſive Rhetorica Expoſitio, græcè pridem Lond. 1625. 8vo. edita, cum verſione latina hactenus inedita. (XXVII.) *Joſephi Mariæ Thomaſii*, Cardinalis, Inſtitutiones Theologicæ antiqvorum Patrum, Romæ 1709. 1710. 1712. 8vo. tribus Voluminibus, p. 749. ſq. (XXVIII.) Conciones Græcorum Patrum à *Petro Pantino* primum græcè editæ, & latina verſione donatæ, Antverp. 1604. 8vo. p. 750. ſq. (XXIX.) Decem & ſeptem excellentiſſimorum Theologorum Declama-

clamationes , Latine ex verſione *Theodori Peltani* , S. I. Ingolſt. 1579. 8vo. p. 751. ſq. (XXX) Τῶν ἁγίων Πατέρων , ΜΑΡΚΟΥ ἐρημίτε , καὶ ἀσκητοῦ ΝΙΚΟΛΑΟΥ , καὶ ΗΣΥΧΙΟΥ πρεσβυτέρε , τὰ ἑυρισκόμενα συγγράμματα , Græcè ex Biblioth. Reg. Paris. ap. *Guil. Morellum* 1563. 8vo. p. 753. (XXXI.) Theſaurus Aſceticus , cum verſione lat. editus à *Petro Poſſino* , S. I. Paris. 1684. 4to. p. 753. ſq. (XXXII.) Indiculus asceticorum , qvæ inter Patrum opera reperiuntur, digeſtus ab *Asceta Benedictino* (i. e. *Luca Dacherio*) Paris. 1648. 4to. & 1671. 4to. p. 755. ſq. (XXXIII.) Bibliotheca Patrum Aſcetica qvinqve Voluminibus 4to. edita Paris. 1661. autore *Claudio de Chantelou*, p. 756. (XXXIV.) *Franciſci Rous* , Etonenſis Collegii Præpoſiti, Mella Patrum , Lond. 1650. 8vo. p. ead. ſq. (XXXV.) *Henrici Caniſii* Lectiones antiqvæ, Ingolſtadii primum 1601. 1602. 1603. 1604. ſex Voluminibus 4to. editæ , nuper autem ſtudio V. C. *Jac. Basnagii* , prolegomenis & notis illuſtratæ , variisqve monumentis auctiores recuſæ , typis nitidis Wetſtenianis Amſtel. 1725. fol. qvatuor Voluminibus, p. 759. ſq. Exhibetur hic recenſio uberior editionis Basnagianæ collatæ cum Ingolſtadienſi , adſcriptis utriusqve paginis , una cum

cum indice alphabetico omnium in utraqve comprehenſorum monumentorum p.761.ſq. (XXXVI.) *Ludov. Antonii Muratorii* Anecdota Græca, ex MS. Codicibus eruta Patav. 1709.4to. p.781. ſq.(XXXVII.)*Joh.Chriſtoph. Wolfii*, Viri celeb. Anecdota græca ſacra & profana, ex codicibus manu exaratis primum in lucem edita, verſione latina donata, & notis illuſtrata, Hamb. 1722.1723.1724. qvatuor Voluminibus 8vo. p. 783. ſq. (XXXVIII.) *Franciſci Combefiſii* Collectiones complures græcorum ſcriptorum, p.788.ſq. (XXXIX.) Bibliothecæ & collectiones homiliarum atqve ſermonum priſcorum eccleſiæ patrum, editæ ab *Alcuino* ſeu *Paulo Diacono*, *Laurentio Cumdio*, *Gerardo Moſano*, *Petro Blanchot*, *Jean de Loyac*, *Galeatio Florimontio*, & *Chriſtiano Daumio* p.794. ſq. (XL.) Duplex collectio ſcriptorum veterum à *Caſp. Barthio* concinnata, p.807. ſq. (XLI.) *Joannis Leunclavii* Volumen Veterum ſcriptorum, vulgatum Baſil. 1578. 8vo. p.809.ſq.(XLII.) *Joh. Hudſoni* Geographiæ veteris ſcriptores græci minores, Oxon. 1698. 1703 & 1712. 8vo. qvatuor voluminibus, p. 811.ſq. (XLIII.) *Thomæ Galleti* Religioſus, Lugd. 1615. 8vo. p. 813. ſq. (XLIV.) Liturgiæ SS. Patrum, Paris. ap. typographum Reg. *Guil. Morellum* 1560. fol. p. 814. ſq. *Euſebii Renaudot* Collectio

ctio Liturgiarum Orientalium, Paris. 1716. 4to. duob. Vol. p. 818. ſq. & alia Liturgica. (XLV.) Scripta varia, qvibus rem litterariam græcasqve inprimis antiqvitates ornavit & auxit illuſtris D. *Bernardus de Montfaucon*, Congregationis S. Mauri, Benedictini Ordinis, Gallicæ gentis & ætatis ſuæ decus τηλαυγές, p. 835. ſq. Deniqve adjicitur ſeries alphabetica Collectionum Scriptorum veterum, qvæ in præſenti ac cœteris hujus Bibliothecæ Voluminibus, & in *Thom. Ittigii* libro de Bibliothecis & Catenis Patrum Lips. 1707. 8vo. edito, recenſentur, p. 849. ſq.

Ex iis, qvæ hactenus allata ſunt, abunde ſatis conſtabit, qvanta pulcherrimarum rerum copia Volumen hocce XIII. ſit inſtructum, qvod cumulum addit decusqve egregiis meritis, ab Auctore celeberrimo in hoc ſtudiorum genere dudum acqviſitis. Nec multum abeſt, qvin arduum hoc Bibliothecæ Græcæ ædificium jam ad ſummum usqve faſtigium ſit evectum, indicio Dn. Auctoris, in Præf. ad Lectorem inqvientis: *Ad ſtadii calcem jam decurſum eſt mihi, nihilqve reſtat ad conſummandum univerſum hoc opus, cujus*

jus pridem deſidero exitum videre, niſi mantiſſæ indicum & ſupplementorum, qvorum multam & non contemnendam copiam in mundo habeo, & de Scriptoribus dubiis ac ſuppoſititiis diatriba. Qvibus omnibus elaborandis atqve in lucem emittendis, ut ætatem viresqve firmas ſupremum Numen Cl. Dn. Auctori largiatur, ex animo vovemus, qvo pretioſum hunc literaturæ Græcæ theſaurum abſolutum mox perfectumqve videamus.

III.

Digitized by Google

III.

Der Patriot.

Hamburg. in 4to.

VArios eſſe moralia tradendi modos, tum exemplis conſtat, tum ſingularibus de hoc argumento libris *Georgius Paſchius* aliique docuerunt. Illorum vero etſi nullus quidem ſua omnino careat vtilitate; alii tamen aliis praeſtantiores ſunt, & recte viuendi diſciplinam vel ſuauius, vel altius in animos hominum demittunt.

Inprimis certa eſt apud lectores gratia illius inſtituti, quo per chartas, quas voce Sidoniana *hebdomadales* licebit dicere, exquiſitiſſima morum praecepta, per viciſſitudinem operis in penſa diſtributi, ſine faſtidio hominibus proponuntur.

Placuit iſte modus jam ab aliquo tempore gentibus nobiliſſimis, praeſertim Anglis, apud quos, nunc *Gerronis*, nunc *Spectatoris*, nunc *Tutoris* adſcito nomine, praeclariſſimi aliquot viri, quid grauitate pariter ac amoenitate poſſent, ſchedis ejusmodi venalibus feliciter ſunt experti. Inde, poſt Heluetios, Germani etiam noſtri, quorum ingenia exteris quibusque nec dignitate, nec

cultu

cultu concedunt, non minori alacritate idem ſcriptionis genus ſuſceperunt, ſuſceptumque pari cum ſucceſſu excoluerunt.

Princeps in his PATRIOTA eſt, qui permulta illa ornamenta, quibus exſplendeſcit Hamburgum, acceſſione non leui auxit. Ad gloriam enim inclytae ciuitatis omnino facit, quod Senecam ejusmodi Saxonem ſuis annumeret ciuibus, & ex pomoeriis ſuis dimittat ſcriptum limatiſſimum, quod ab vniverſa, qua patet, Germania, & a gentibus etiam remotioribus in deliciis habetur.

De Auctore varia quidem adhuc coniectura eſt, aliis vnum, aliis plures vaga ſuſpicione opinantibus: illud tamen aſſeuerare audeo, tanta eſſe illorum virorum, quae rumore incerto circumferuntur, nomina, vt, ſiue vnus eorum, ſiue plures coniunctim in opere hoc patriotico laborent, conquiescere ſaltem ſecure posſint maleuoli illi blaterones, qui praefracte malunt ad rumorem quemvis obſurdescere, quam ex praeſentisſimis indiciis fiduciam recti bonique concipere.

Etenim Patriotae ſtatim ab initio non defuere Momi, Zoili, Ariſtarchi, qui partim murmure & ſtrepitu, partim ſchedis emiſſis conati ſunt, ſi fieri poſſet, vt aliquid maculae ei adſpergerent, aut ciuium plauſus cohiberent. In his alii abſurdi plane & inepti, alii

alii errore quodam impediti, quidam vero malitioſi ac virulenti, qui nodum in ſcripo quaerentes, innocentiſſime dicta contorquere, & nunc plebem, nunc viros ex quouis ordine, praeſertim ſacro, ſpectatiſſimos concitare peruicaciter allaborarunt.

Sed per medias has caniculas inaniter hiantes, greſſu graui & impauido perrexit Patriota, omnem illam latrantium turbam longe infra ſe deſpiciens, ſemper ſibi ſimilis, & ſatis habens, aduerſarios ſuos, ipſo reipublicae ac ingenuorum quorumque iudicio vel deriſos, vel reiectos, fatuorum inſtar ignivm per ſe euanuiſſe. Nec alium ei morem in poſterum futurum opinor, ſiquidem congat, vt hinc illinc e latebris ſubſiliens vipera quaedam, limam mordendo dentes faiget. Adeo enim parum haec ſibi nocitura ludum intellexit Patriota, vt viros alios ordatos, cauſam ſuam ſuſcepturos, ipſe liquando rogauerit (*), ne pro ſe decertaent, aut fauces praecluderent illis homunionibus, qui nulla mercede conducti ſpon- ſua ad infimam vsque plebem Patriotici ominis buccinatores exiſterent (**).

Ita eadem animi magnitudine ac conantia ab anni 1724. initio ad hoc tempus in

(*) Vid. Patriot. Num. VI. p. 4.
(**) Conf. Num. XX. p. 1.

in ſtadio ſuo continenter decurrit candidiſſimus ille morum cenſor, jamque parum abeſt ab integri triennii ſpatio feliciter abſoluto.

Nec dubium eſt, ad eum exſtimulandum plurimum valuiſſe conſtantem illam lectorum emtorumque cupiditatem, quos, cum aliis quibusque ſcriptis ad exemplum Patriotae compoſitis illico ſatiarentur, ſuarum tamen chartarum nondum pertaeſos vidit, imo extra Hamburgum emtores indies auctos admiratus eſt.

Hinc factum, vt magna chartarum pars in alias transferretur linguas. Gallice enim partes priores tredecim nitide expoſuit, & ſuis, quas vocat, *Reflexionibus* praeclare ornauit Cl. *Scharffenſteinius*, quem olim in Alſatia munere ſanctiori functum, ſed a Gallis in exilium actum, Subrectoris Altonauienſis officium ad aliquod tempus ſuſtinuiſſe, accepi. In Daniae metropoli vir quidam doctus & publici commodi ſtudioſus, electa quaedam conuertit in ſermonem patrium, e quibus jam plagulae complures ad nos perlatae ſunt. Vt de Ruſſica, itemque de Anglica interpretatione nihil dicam, de quibus nunciatum quidem apud nos fuit, ſed videre quidquam nondum contigit. Ceterum Germanice Francofurti quoque ad

Moe-

Moenum & Regiomonti Patriotam recudi coepiſſe conſtat: vt taceam, apud Bibliopolam Hamburgenſem quater repetitam quarundam plagularum editionem emtorum deſideriis vix ſuffeciſſe.

Tametſi vero crebra eiusmodi editio & :n alias linguas conuerſio ad boni libri exiſtimationem valere alias ſolet, tamen exterııis his laudum argumentis magnopere non ndiget Patriota, qui ſui ſe conſilii virtute ˆatis ſuperque ipſe commendat. Per quam :nim luculenter apparet, non alio fine eum .d ſcribendum acceſſiſſe, quam vt patriae, :um communi, tum ſigillatim propriae inèruiret, ciuibusque ſuis amorem honeſti & lecori, ac faſtidium aliquod morum a lege : ratione alienorum commendaret. Exquiit igitur ſingularia diſſerendi capita, ea maıme, in quibus homines, patria aliqua aut uita conſuetudine ſecuros, a recto tramite ɔductos videt, & vitia vel incaute & popuriter alentes, vel pertinaciter & dedita pera promouentes. In his redarguendis, ·out res poſtulat, nunc Catonem agit, nunc emocritum. Modo reprehendit ſeuere, ›nſulit prudenter, praecipit ſalutariter, hortur grauiter: modo ridet ſalſe, fingit in:nioſe, narrat iucunde, ac neceſſarium ud in quibusdam morbis Satyrae remedi-

vm ita circumſpecte temperat, vt nemo, niſi volens, exacerbetur.

In rebus ad Deum & ſacra pertinentibus, vt ſpectata eius cognitio, ita nequidquam ſuſpecta religio eſt: amor doctrinae emendatae ingenuus: reuerentia erga Dei Miniſtros affatim teſtata, in quorum meſſem ſeſe falcem omnino non immiſſurum, neque perſonam Theologi temere acturum, palam profitetur (***). Proinde etſi nonnunquam tangenda quaedam ſunt, quae ad officia erga Deum ſpectant, intra fines tamen ſuos prudenter ſe continet, & argumentis diuinioribus parcit; non eo ſane conſilio (quod calumniantur veſpertiliones quidam), vt Naturalismum, neſcio quem, inducat, aut homines, in rebus etiam diuinis, ſolo rationis ductu acquieſcere iubeat; ſed vt oſtendat, eos, qui neglectui officiorum Chriſtianorum rationem praetexunt, ne ipſi quidem rationi ſatisfacere, atque adeo tanto deteriores eſſe, quanto rectius ſapere deberent, praeter rationem, diuina etiam luce colluſtrati.

Ad Stylum Patriotae quod attinet, tantus in eo nitor, tanta ſermonis Germanici caſtitas & elegantia eſt, vt non peritiſſimi ſolum magiſtri exemplo eius nitantur, ſed infenſiſſimi etiam hoſtes faſſi fuerint, in iſthac

(***) Vid. Num. IV. p. 1.

hac ſcribendi ratione nihil poſſe deſiderari. Certat enim cum munditie lepor, cum lepore grauitas, cum grauitate ingenium, iudicio & candore haec omnia moderante.

Ita vero non tantum ipſe agit, ſed alios etiam, intra & extra Hamburgum, ad agendum excitat, non leui ſumtu praemiis propoſitis, ſi quis admouere calamum, & aliquid Patriota dignum, id eſt nitidum, ingenioſum, & communi patriae ſalutare ſubmittere velit. Quale magni animi & liberalitatis exemplum, dubito, an ante eum quisquam eiusmodi ſcriptorum ediderit, aut facile in ſpoſterum editurus ſit: nec ipſe ſtatim credidiſſem, niſi fidem feciſſent eorum teſtimonia, qui vel libris, vel nummis non parui pretii acceptis, operae pretium tulerunt.

De editione Patriotae illud etiam admonendum eſt, chartas priores LII, veluti primi anni laborem, Indice ſingulari fuiſſe inſtructas, & libri formam induiſſe; propediem etiam reliquarum Indices exſpectari; nec ſpem defeciſſe, fore, vt labor hic vniuerſus ab auctore reuiſus, alia forma, & non ſine ornamentis prodeat: quod ſane ex deſiderio ſapientum, & ex vſu reipublicae futurum, boni omnes ominantur.

Denique ex iis, quorum applauſum Pa-

triota meruit, quosque vindices pariter ac praecones nactus eſt, aliquos producam in medium. Vir illuſtris, IOANNES a BESSER, quem honoris cauſa nomino, per inſigne hoc tulit iudicium (****): Was die gedruckten Sachen betrifft, ſo iſt mir damit ein beſonderer Gefallen geſchehen, und vornehmlich mit den 6. Stücken des Patrioten, davon ich das erſte Stück ſchon durchgeleſen, und gefunden, daß der Autor dieſes Wercks ein überaus geſchickter und gantz extraordinairer Mann ſeyn müſſe, und, was mir vor andern gefällt, die Teutſche Sprache in ſolcher Vollkommenheit beſitzet, als ich noch keinen in meinem gantzen Leben angetroffen. Gewiß, wenn er nur dieſe allein mit dergleichen Nachdruck, Zierlichkeit und Reinigkeit, als wie er thut, gebrauchen könnte; ſo würde ich ihn ſchon genug zu bewundern haben, nachdem ich noch keinen eintzigen Teutſchen geleſen, der in ſeiner Mutter-Sprache eine ſo groſſe natürliche und nachdrückliche Zierlichkeit, als wie dieſer Patriot, hätte ſehen laſſen. Ich will mich nicht unterſtehen, nach ſeinem Namen eher zu fragen, als biß er ſelber ſolchen bekandt machen wird. Indeſſen geſtehe ich gern, daß er verdiene, bekandt zu werden, damit man auch ſeiner Perſon die Hochach-

(****) Comp. n. 36. p. 2. ſq.

nd Ehre beweiſen könne, die jeder wahrhaff-
:ger Kenner ſeinen Schrifften beweiſen wird;
ı, daß, wenn ich in einer Stadt mit ihm leben
ıllte, ich mich ſo ſehr bemühen würde, ihn
uszuforſchen, als wie er ſich bemühet, ſich zu
erſtecken, und, ſo wenig ich auch bey meinen
:igen Jahren anderer Leute Geſellſchafft ſuche,
ıir dennoch die ſeinige mit beſonderer Sorg-
ılt zu wege zu bringen. Bitte, mir wiſſen
ı laſſen, ob mein wehrteſter Gönner dieſen
ortrefflichen Patrioten kenne, und mir alle
Stücke, die von ihm auskommen werden, un-
eſäumt zuzuſchicken. . . . Die Schreib-
ırth des Patrioten ſtehet mir überaus wohl
n, und würde ich ein vieles darum geben,
enn er ſich dieſes Orts aufhielte, und ich in
einer Kundſchafft und Freundſchafft ſtünde.
lber weil dieſer Wunſch vergeblich, muß ich
ıich auch in Unbekandtſchafft an ſeinen ſchö-
ıen Schrifften vergnügen. ANDREAS
IOIERVS, Potentiſſimi Daniae Regis Hiſto-
iographus longe celeberrimus, in eandem
cripſit ſententiam (*****): Ich weiß auch
ıicht, ob des ſo beliebten und wohlgeſetzten
Patrioten ruhmwürdiger Autor ſo gar unbe-
andt bleiben will, daß man ihn bloß aus der
aubern Reinlichkeit ſeiner Feder und ſeiner
Morale errahten ſolle. Allenfalls geſtehe ich

 ger-

(*****) l. c. p. 3.

gerne, daß meine Neugierde ſehr groß ſey, zu wiſſen, wer ſich die erbauliche Mühe gegeben, Nieder-Sachſen auf eine ſo beluſtigende Arth zu unterrichten, und zugleich der Welt zu zeigen / daß Hamburg es itzo an beaux Eſprits und tugendhafften Philoſophis den gröſten Oertern in Europa faſt zuvor thue. ERNESTVS IOACHIMVS WESTPHALIVS, ICtus Roſtochienſis clariſſimus, in erudita Tractatione de Conſuetud. ex Sacc. & Lib. pag. 174. ſq. Patrioiam vocat *ſolertiſſimum pariter ac feliciſſimum morum interpretem apud Hamburgenſes*, eiusque ſcriptum *elegantiſſimum*. Placuiſſe illud quoque venerando IACOBO STAALKOPFIO, Wismariae inſigni ornamento, ex nitida ipſius Praefatione, Scriptis Germanicis Schmolckianis, Lipſ. & Wismar. 1725. 8vo. editis, praemiſſa, §. 4 apparet. Calculum ſuum adiecit vir doctiſſimus IO. CHRISTOPH. COLERVS, quo iudice Antholog. Tom. I. Faſc. I. pag. 13. *Seneca Hmmburgenſis ſchedas ſuas non ſine ſumma laude concinnare coepit.* Concinunt omnino die vernünfftigen Tadlerinnen (quod ſcriptum morale ex iis, quae ad imitationem Hamburgenſis Patriotae confecta, ſine dubio optimum) P. XXI. p. 161. ſq, vbi iſthaec leguntur: Dieſer Scribent verdienet allerdings unter die groſſen Geiſter geſetzet zu werden

den, die ſo ſelten in der Welt erſcheinen. Socrates, Seneca und Antoninus ſind unter denen alten faſt allein deswegen berühmt, daß ſie ſich die Sitten der Menſchen zu beſſern ernſtlich angelegen ſeyn laſſen. Zu unſern Zeiten iſt Engelland ſo glücklich geweſen / Leute hervor zubringen, die jenen alten wo nicht vorzuziehen ſind, dennoch gantz gleich kommen. Und unter denen Teutſchen wird der Patriot wohl der erſte ſeyn, der allen dieſen Wundern der Natur an die Seite geſetzet werden kan. Man nennet ihn bey uns den Hamburgiſchen Patrioten; aber ich pflege ihm dieſen Namen allezeit ſtrittig zu machen, und wieder meine Freunde zu behaupten, daß er vielmehr der teutſche Patriot heiſſen ſolle. Er iſt ja von Geburt kein Hamburger, wie er ſelbſt in ſeinem erſten Stücke gemeldet: vors andre iſt der/ ob wohl berühmte, Ort, Hamburg viel zu klein vor einen ſo weit ausſehenden Geiſt. Er erſtrecket ſich über alles, was teutſch verſtehet, und man lieſet auch ſeine Blätter allenthalben, wo dieſe Sprache gilt. Von denen Frantzöſiſchen Gräntzen an biß nach Moscau ſind ohngefehr dreyhundert teutſche Meilen. So weit wird auch der Patriot hochgeſchätzet. Ja es giebt Oerter, wo man ſich die Koſten nicht dauren läſt, denſelben in andre Sprachen zu überſetzen und nachzudrucken, und alſo noch meh-

rere des Nutzens theilhafftig zu machen, den man aus ſeinen Blättern ſchöpffen kan. In der Reſidentz-Stadt eines benachbarten Königreichs iſt dieſes ſchon eine geraume Zeit geſchehen. Und die Nachkommen werden nach vielen Jahrhunderten unſre Zeiten vor glücklich achten, daß ſie einen ſolchen Mann hervorgebracht, der ein Lehrer ſo vieler Völcker geweſen ——— Wenn es auf die Sachen allein ankäme, die man ſchreibet/ ſo würden gewiß die Mahler in der Schweitz auch ihrem Vaterlande Ehre bringen. Aber der unpartheyiſche Patriot hat wohl geſehen, daß ein ſolch gemiſchtes Weſen in der Sprache, als die Schweitzer-Mahler gemacht haben, mehr zum Schimpffe, als zur Ehre der Teutſchen Nation gereiche. Da er nun ſelbſt in ſeiner Mutter-Sprache eine ſolche Stärcke hat, daß er alles, was er ſagen will, deutlich, ordentlich, nachdrücklich, flieſſend und zierlich geben kan, ohne das geringſte Zwitter-Wort einzumiſchen, ſo hat er an euch was ähnliches gefunden. Magnopere quoque praedicauit Patriotam, ſimulque ſtrenue defendit, laudatus SCHARFENSTEINIVS, cuius chartae quia iam factae ſunt rariores, ex iisdem potiora afferam, quae huc faciunt. Ita vero ille in Meditationibus praefixis P. I. p. 2. ſq: *Il y a environ quinze jours qu'un Anonyme fit imprimer à Hambourg,*

ſous

ſous le titre du Patriote, une demi—feüille, qui a donné lieu jusqu'ici à pluſieurs raiſonnemens. Elle avoit à peine vû le jour, qu'un homme de peu de reflexion & d'un eſprit fort borné, s'erigeant en reformateur, voulut y avoir remarqué des penſées, non ſeulement injurieuſes à Dieu, mais encore pernicieuſes au repos public, & au bien de l'Etat. D'autres prirent le parti des invectives & des injures les plus cruelles, & ſe formerent des Chimeres pour pouvoir les combattre; & d'autres enfin cacherent le fiel amer de leur haine & de leur envie, ſous le miel d'une douceur apparente, dont ils avoint imbu le titre de leurs ouvrages. Après y avoir fait de ſerieuſes reflexions, j'ai trouvé, qu'aucun de ces Antagoniſtes n'a bien compris le ſens du Patriote, ou que s'ils l'ont compris, ils ont fait ſemblant de l'ignorer par un effet de malice evidente, pour nous en former une idée auſſi déſavantageuſe que fauſſe, & que par conſequent toutes leurs contradictions ne doivent leur naiſſance, qu'à un ſimple préjugé, peut-être malfondé, ſur la perſonne de l'auteur, ou à un defaut de reflexion, qui leur a fait prendre le change, & expliquer au pied de la lettre, des choſes que l'auteur n'avance, que pour faire concevoir une idée juſte d'un veritable Patriote, & du deſſein qu'il a formé de ſuivre ce modele, en contribuant de toutes ſes forces à l'avancement du bien public.

Que

Que quand même tout ce qu'il dit de ſa perſonne devroit être pris au pied de la lettre, cet Anonyme n'a encore donné jusqu'ici aucune priſe ſur lui à ſes ennemis, puisqu'il a parfaitement bien ſoutenu ſon caractere, en ne témoignant aucun reſſentiment de toutes ces injures & de toutes ces invectives, qu'on a fait fondre ſur lui. Que bien loin d'avoir remarqué dans ſa premiére piéce & dans celles qui l'ont ſuivie, quelque choſe d'injurieus à Dieu & de pernicieus à l'Etat, je n'y vois que des ſentimens, qui s'établiſſent avec gloire ſur les ruïnes de ſes adverſaries, & qui ne reſpirent que la gloire de Dieu & l'amendement du prochain. Je n'ai pas entrepris de refuter ici ſes Adverſaires, mes occupations me permettant à peine de lire leurs écrits. Mais, ſi j'oſe vous en dire mon ſentiment, il me ſemble, que le ſilence de l'Auteur, qui ſemblable à un rocher, que les vents & les flots n'ebranlent jamais, a ſoutenu toutes ces invectives ſans y repondre un mot, en eſt une refutation d'autant plus eloquente, que par là il n'a démenti ſon caractere en aucune maniere. Son deſſein eſt de faire ſentir au public le ridicule des erreurs, des mauvaiſes coutumes & des mauvaiſes moeurs du ſiécle, par un trait de ſatire auſſi agréable, qu'utile. Et le but qu'il ſe propoſe eſt une felicité parfaite, qu'il promet à tous ceus, qui voudront ſuivre ſes avis, & marcher dans la route d'une vraye

vertu

vertu. P. II. p. 2 : *Pour ce qui eſt de ſes Antagoniſtes, il me ſemble que j'ai fait voir aſſés clairement dans ma précedente, qu'ils n' arriveront jamais par la voye des injures, des calomnies, des menaces & des invectives, au but qu'ils ſe ſont propoſé, qui eſt de perdre de reputation l' Autëur du Patriote & de décrediter ſes Ecrits; & comme la plûpart de leurs contradictions ſe refutent d' elles-mêmes dés le moment qu'on en fait la lecture : je ne me crois pas obligé d' y faire reflexion dans la ſuite.* P. III. p. 2: *Vous y remarqués une addreſſe admirable, qu'il employe pour faire ſentir le ridicule des vices, des erreurs & des mauvaiſes coutumes de notre ſiècle, & une prudence incomparable par le moyen de laquelle il ſe contient toujours dans les bornes d'une morale & d'une ſatire raiſonnable.* P. IV. p. 2. ſq: *Tout ce qu'on peut dire d'un ouvrage ſe rapporte à deus chefs, au deſſein & à la conduite. Si le deſſein en eſt juſte, raiſonnable & utile, & la conduite ſage, prudente & conforme au deſſein, de ſorte que l' auteur ne perde jamais de vuë le but qu'il s' eſt propoſé, on peut dire, qu'il eſt arrivê au plus haut point de gloire, à laquelle un auteur puiſſe aſpirer. C'eſt ſur ce principe que s'établit la reputation & la gloire de notre Patriote; il n' eſt rien au monde de plus juſte, de plus raiſonnable & de plus utile que ſon deſſein, & rien de plus ſage, de plus pru-*

prudent & de plus conforme à ſon deſſein, que la conduite qu'il tient dans ſon ouvrage. Vous en jugerés facilement par ſa quatriéme piéce, dont je vous prie d'agréer la traduction ci-jointe, & pour peu que vous vouliês l'examiner ſur ces deus points, vous verrés qu'elle eſt une de celles qui méritent le plus notre attention. Son deſſein, à ce qu'il en dit lui-même, n'eſt autre choſe, que de peindre au vif la beauté de la vertu & la laideur du vice ſuivant les lumiéres de la ſaine raiſon, & de faire ſentir ce qui eſt ridicule, & ce qui eſt ſage & loüable ſelon le jugement de tout ce qu'il y a de perſonnes raiſonnables; & le but de ce deſſein, eſt de remedier aus maus, qui ſont capables d'ébranler & de ruïner de fond en comble notre ſanté, nos biens, & notre fortune. Vous voyés par là qu'il ſe preſcrit lui-même des bornes, qu'il ſe renferme dans les limites d'une morale & d'une ſatire raiſonnable, & que par conſequent je n'ai rien avancé que le pure verité quand j'ai dit, qu'il n'y a rien au monde de plus juſte, de plus raiſonnable ni de plus utile que ſon deſſein. Mais examinons, s'il vous plait, la ſageſſe, la prudence & la conformité de la conduite qu'il tient dans cette piéce. J'y remarque en premier lieu une modeſtie qui releve infiniment ſon mérite: quelque grande que ſoit l'utilité qu'on peut eſperer de ſon ouvrage, il ne veut point s'en attribuer la gloire, & il ne ſe

reſerve

reſerve que le plaiſir, qui nait de l'aſſurance d'avoir fait ſon devoir. Cette modeſtie eſt accompagnée d'une ſageſſe & d'une prudence incomparable. C'eſt par un effet de cette ſageſſe, qu'il fait toujours un juſte choix des matiéres les plus convenables au but qu'il s'eſt propoſé, qu'il les diſpoſe en un ordre admirable, & qu'il les établit ſur des principes ſolides & ſur des raiſons invincibles. C'eſt par le moyen de cette prudence, qu'il ſe contient toujours dans les bornes, qu'il s'eſt preſcrites, qu'il attaque le vice par ſon foible en en faiſant voir le ridicule & les ſuites funeſtes, & qu'il n'avance rien qu'il ne ſoit en état de prouver, ou dont les circonſtances ne ſoient du moins tres vrai-ſemblables, ce qui fait aſſés voir combien la conduite qu'il tient eſt conforme à ſon deſſein. P. V. p. 2: *Pour peu que je m'y connoiſſe, j'y découvre des beautés qui m'enchantent, tant en ce qui regarde l'élegance des termes, & l'ordre de conſtruction qu'il y obſerve, que les Tropes & les Figures dont il embellit ſon diſcours. On ne remarque dans ſes termes rien de barbare, ni qui ſente le ſoleciſme, tout y eſt de la derniere pureté, tout y eſt clair; il ne ſe ſert*

ſert que des mots les plus uſités & les plu[s] convenables au ſujet; ſes expresſions ſont ne[t]tes, vives, propres, & juſtes. Tout y e[ſt] harmonieus & dous à l'oreille par rapport à la conſtruction; on n'y voit rien de dur n[i] de déſagréable; il évite avec ſoin la rencon[n]tre de ces conſones & de ces voyelles qui s'en[n]trechoquent & qui bleſſent l'oreille: chaqu[e] mot y eſt mis en ſa place & exprime en bo[n] ordre ce qu'il doit exprimer. Je n'aurois jamais fait ſi je voulois vous faire remarquer les Tropes & les Figures dont il embellit ſo[n] ouvrage, & puis que vous en êtes vous même un très bon connoiſſeur, je vous prie d'en juger par ma traduction, où je tâch[e] de les exprimer autant qu'il m'eſt poſſible. Mais malgré toutes les peines que je me don[n]ne de faire de ſon ouvrage une traduction qui en ſoit digne, je puis vous aſſurer que vous per[dés] beaucoup de ſa beauté ne pouvant lire l'original. P. XI. p. 2: *Le ſtile de cette piéce e[ſt] de la derniére perfection. Quand il s'agit de nous dépeindre l'horreur & la frayeur de la mort, ſon ſtile eſt élevé & rempli de tant d'images ſi fortes & ſi vives, qu'il eſt im[]poſſible de n'en être pas émû. Il nous décri[t]*

d'un

d'un ſtile un peu froid & negligé la nonchalance que quelques uns témoignent à l'égard de la mort, où il ſemble qu'il ait voulu marquer le caractere de ces gens-là. Dés qu'il en vient au mépris de la mort le ſtile ſe ranime, & touche davantage. Mais il eſt en même tems doux, agréable, vif & inſinuant dans la deſcription agréable qu'il nous fait lui-même de la mort. P. XII. p. 2: *Le Patriote a eu ſes Antagoniſtes, comme vous l'aurés pû remarquer par mes reflexions précedentes, & par les Extraits, que je vous ai envoyés de tems en tems de leurs libelles, mais enfin les voilà tous aſſoupis, & depuis quelque tems on n'en entend plus parler, ſoit qu'ils ne puiſſent plus trouver aucun prétexte pour y contredire, où qu'ils ſe laſſent enfin de s'expoſer par là à la riſée & au mépris de tout ce qu'il y a de gens d'eſprit & de bon goût. Le ſilence prudent du Patriote les a réduit. Tant il eſt vrai, qu'il n'y a point de meilleur moyen de faire taire la médiſance, & de fermer la bouche à ces ſortes de gens-là, que de ne rien répondre à toutes leurs ſottiſes qu'ils peuvent mettre en avant. Le Patriote a eu auſſi ſes Imitateurs, mais, grace à Apollon, les uns ſont morts de fiévre étique, les autres d'hydropiſie. Le ſeul Patriote ſubſiſte encore à ſa propre gloire & au dépit de ſes Adverſaires. Son ouvrage ſe ſoutient par la fermeté de ſes principes, par la ſolidité des choſes, qu'il y trai-*

y traite, par la deſſus de ſon ſtile, & par force de ſes penſées. Ad vindices aeque ac laudatores Senecae Hamburgenſis pertinet porro auctor (quem eſſe CAROLVM MO-TON, Gallum, cognoui) nitidae Epiſtolae Gallica lingua ſcriptae, & hoc titulo editae: *Lettre Critique à un Conſeiller d'Etat de ſa Majeſté Imperiale & Catholique, ſur un Ecrit Allemand intitulé LE PATRIOT.* 1724. 4. pl. 1. vbi inter alia p. 7. iudicium aduerſariorum Patriotae *tribunal, où la Médiſance preſide & où l'Injuſtice tient la balance*, appellat. Neque hic omittendus Anonymus auctor pulchrae Commentationis, Merſeb. 1724. 4. pl. 5 hac inſcriptione euulgatae: Preißwürdigkeit des Drey- und Funffzigſten Hamburgiſchen Patriotiſchen Blättgens von denen wahren Vortreflichkeiten eines Prinzen, ſtatt gehorſamſter Glückwünſchung an den Autorem deſſelben, Herrn Sincerinus, über den dieſerhalb im vorigen Jahre erhaltenen Patriotiſchen Preiß gefertiget von deſſen verpflichteſten Diener Freudentheil. Nuperrime etiam Medicus quidam doctiſſimus, cui nomen placuit VRSINI WAHRMVND, Patriotico (vt ipſe quidem appellat) Collegio Hamburgenſi perquam honorifice & effuſis elogiis dedicauit librum, elegantiſſimum ſane ac multa Medicarum rerum ſcientia refertum, qui Ber-

lini

lini in 8vo. editus, hunc praefert titulum: Verſuch Patriotiſcher Gedancken über den von Vorurtheilen krancken Verſtand, beſonders in der Therapie der Medicorum, ſammt kurtzem Vorſchlag, wie derſelbe zu curiren. Eodem tempore GEORGIVS DAVID NESSENTHALER, clariſſimus apud Auguſtanos Chalcographus, in tabula aenea eleganti maioris formae, Patriotam cum fautoribus pariter atque hoſtibus ſuis, artificioſe repraeſentauit, ſubiectis verſibus, quibus pictura explicatur. Taceo alios, qui Patriotae iuſta detulerunt praeconia, cauſamque ipſius contra impudentes & iniquos aduerſarios gerunt, ſatis perſuaſi, nihil eum proferre, quod turpe, inhoneſtum, impium queat vllo modo nuncupari. Recte idcirco ipſius Ethicam, ad veras virtutes viam monſtrantem, cum Sirachidae Panareto contulit nonnemo, qui an. 1724. Hamb. 4to. edere coepit (vtinam in Continuatione tertia non ſubſtitiſſet!) vtile ſcriptum, hunc prae ſe ferens titulum: Der Patrioten-Catechiſmus, oder: Der durch Frag und Antwort erklärte, und aus der unvergleichlichen Sitten-Lehre des rechtſchaffenen Bibliſchen Patrioten, Sirachs, bewährte Hamburgiſche Patriot. Quid? quod vel ſolo *Patriotae* nomine, velut ſuſpenſa hedera, ſcriptores nonnulli ad commendationem ope-

rum ſuorum vſi ſunt. Prodiit quippe Der Patriotiſche Juriſte, auctore IVSTINO de BONA MENTE, Budiſſae 1725 & 1726. 8vo. Sed praeter quatuor opuſculi ſectiones nihil adhuc vidi. Perrexit vlterius praeſtantiſſimus Medicus, qui non ſine applauſu edidit den *Mediciniſchen* Patrioten, in quo variis rebus corpori nocentibus medelam parare ſtuduit, ſectatus Noſtrum, qui menti affert medicinam, morbosque animorum grauiſſimos curare contendit.

Plura non eſt, cur addam, aut ſpeciminibus ex ipſo Patriota adductis ea confirmem, quae in laudem comtiſſimi ſcripti prolata ſunt. Superuacuum enim eſt, id agere, cum chartae ipſae ſint in omnium manibus, & ab iis tantum negligantur, qui contra optima quaeque grunniunt, ne ſoli non videantur ſapere. Vtinam ſero demum operis tam amanter cenſorii videamus finem!

VI.

VII.
Nova Litteraria.

WISMARIAE.

SEptima prodiit Pars IVSTI SINCERI Vermiſchter Neben-Stunden, darinn allerhand Obſervationes, von verſchiedenen zur Theologie, Philoſophie und Litteratur gehörigen Sachen enthalten ſind. 1726. 8vo. Al. 6. Laudatur data opera in hac Parte pag. 531 ſqq *Chriſtianus Beniamin Otto*, Paſtor quondam apud Wismarienſes Nicolaitanus, cuius mortem & ſcripta indicauimus Vol. II. pag. 363. ſq.

Ibidem elaborandae *Hiſtoriae Eccleſiaſticae Wiſmarienſi* M. SCHROEDERVS, Archidiaconus Marianus, inſudat.

ROSTOCHII.

D. IO. IOACH. WEIDENERVS (*), Re-

(*) Celeberrimi huius Theologi ſcriptis, Vol. I. pag. 94 ſqq. recenſitis, addenda omnino eſt eruditiſſima & copioſiſſima eiusdem Diſſertatio *de Termino Prophetiarum Veteris Teſtamenti*. Roſtoch. 1723. Alph. I. Illud quoque notandum, quod ipſius *Diſputationes de Articulis Fidei*, diuerſis annis editae, in forma libri anno ſuperiori prodierint. Titulus eſt: *Modeſta Vindicatio Articulorum Fidei, aduerſus Irenicos recentiores*. Roſtoch. 1725. 4. Alph. I. pl. 15.

Reſp. Auct. *Io. Henr. Twietmeier*, Roſtochienſ. d. 1. Mai. *Diſputationem Exegetico-Theologicam de Communione Bonorum ex Act. IV. v. 32.* habuit. pl. 6.

Publici quoque iuris fecit Wolgemeinte Gewiſſens-Rüge an Hn. Chriſtian. Thomaſium. 4to. pl. 4.

Idem edidit primam Diſſertationem Reſp. *Io. Ioach. Eggebrecht*, Roſtoch. prid. Non. Decemb. ventilatam, de Quaeſtione Theologica: *An Regenitus iam inde a regenerationis tempore vsque ad beatam mortem ſeſe ab omni proaeretico peccato ſemper continere poſſit; & an eiusmodi perſeuerantiae exempla e Scriptura S. produci queant?* Sequentur hanc Diſputationem, quae eſt hiſtorica, falſaeque de Perfectiſmo doctrinae originem & progreſſus ad noſtra vsque tempora oſtendit, & Arnoldinum partium ſtudium in recenſendis huius etiam dogmatis auctoribus fautoribusque demonſtrat, plures, quibus falſo iactatus a Fanaticis & Nouatoribus Perfectiſmus deſtruetur.

D. HERM. CHRISTOPH. ENGELCKENIO praeſide, Auct. Reſp. *Henr. de Allwoerden*, Stadenſis, d. 14. Aug. *Diſſertationem Exegetico-Poriſmaticam de Compoſitione Cordis ad Timorem Dei ex Pſalm. LXXXVI. v. 11.* publico examini tradidit. pl. 9.

Sub

Sub eiuſdem praeſidio M. *Io. Chriſtianus Burgmann*, Roſtochienſis, ad AEdem Spiritus S. Paſtor, *Diſſertationem Inauguralem Exegetico-Elenchticam, qua Hermanni Deuſingii Reſurrectio Myſtica ab oraculo diuino Io. V. 28. depellitur*, pro impetrandis ſummis in Theologia honoribus d. 5 Septemb. publice ventilandam propoſuit. pl. 8. Praemiſſum eſt huic Diſputationi ſolemni laudati D. ENGELCKENII *Programma de inconſiderata Senſus Scripturæ Myſtici inueſtigatione*. pl. 3.

D. FRANC. ALB. AEPINVS *Diſputationem Theologicam Circularem, de Conſtitutionum Eccleſiaſticarum Neceſſitate*, von Nothwendigkeit derer Kirchen-Ordnungen/ Reſp. *Iuſt. Hilm. Müller*, Hamelia-Hannoueran. publicae ventilationi expoſuit. pl. 4.

Secuta eſt d. 26. Iun. eiusdem *Diſputatio Theologica de Aqua Baptiſmi in Dicto Chriſto Ioh. III. 5. intelligenda, Fanaticis potiſſimum oppoſita*. Reſp. *Io. Gerh. Friderici*, Suſato-Gueſtph. pl. 5.

Hanc exceperunt ipſius *Quaeſtiones Theologicae recentius controuerſae, in quibus abuſus Philoſophiae deprehenditur: I. Vtrum creaturae ex nihilo productae ſint, an vero ex eſſentia diuina emanarint? II. Vtrum Atheiſmus per ſe atque directe cauſa ſit improbitatis vitae; an vero per accidens & ex abuſu tantum verae pie-*

tati obſit? Reſp. *Godofr. Monnick*, Regiomont. d. 27. Sept. publicae ventilationi ſubiectae. pl. 6½

Menſe ſequenti *Diſſertationem Theologicam de Rationis in Theologia Vſu & Abuſu*, eodem Praeſide, publico examini ſtitit Auctor M. *Ioan. Iacob. Taddel*, Facult. Philoſ. Wittenb. Aſſeſſor. pl. 7½.

D. IO. CHRISTIANO PETERSENIO Praeſide *Diſſertationem Inauguralem Iuridicam de Prauitate Vſuraria* pro Licentia ſummos in vtroque Iure capeſſendi honores VII Id. Mai. publice defendit *Henr. Io. Pet. Weidener*, Roſtoch. pl. 8; qui non multo poſt, Praeſidis fungens munere, *Diſputationem Iuridicam de Eo, quod Iuſtum eſt circa Vſuras*, Reſp. *Ewald. Dan. Saſs*, Roſtoch. d. 24. Mai. habuit. pl. 5½.

D. CHRISTOPH. MARTINO BVRCHARDO Praeſide *Diſſertationem Inauguralem Medicam de Demonſtrandi Ratione in Arte Medica* pro ſummis in Medicina honoribus conſequendis m. Aug. publico examini ſubmiſit *Petr. Chriſtoph. Burgmann*, Roſtochienſ. pl. 5½. Conſcripſit ea occaſione laudatus D. BVRCHARDVS *Programma de Experientia Rationali*. pl. 1.

Eiusdem vſus praeſidio *Diſſertationem Inauguralem Medicam de Medendi Ratione per*

Prae-

Praeſidia Diaetetica pro Doctoris gradu d. 3. Sept. publicae disquiſitioni ſubiecit *Iac. Valentin. Moeller*, Sulza-Mecklenb. pl. 5½. In praemiſſo Programmate diſſeruit Praeſes *de Scorbuto Septentrionalium* pl. 1.

Eodem Praeſide *Petrus Platinus*, Smolando-Suecus, *Diſputationem Inauguralem Medicam de Partu Difficili* pro Gradu Doctoris publice diſcutiendam exhibuit. pl. 2; Praeſes autem in ſolemni Programmate *de Pharmaciae Subſidio Medico* egit. pl. 1.

D. 26. Novemb. celebratus eſt Sereniſſimi ac Celſiſſimi Principis, CAROLI LEOPOLDI, dies natalis, ad quem ſolemniſſimum actum Magnificus Academiae Rector, D. C. M. BVRCHARDVS, quem denuo honoris cauſa nomino, inuitauit Programmate *de Reuerentia ſummis Principibus exhibenda.* pl. 2; in eodem autem IO. BERNH. QVISTORP, Med. D. habuit Orationem Germanicam, metri legibus adſtrictam, luceque paulo poſt donatam, **von der Hoheit und Vorzug groſſer Regenten, unter dem Bilde eines erhabenen Berges.** pl. 4. in fol.

D. ERN. IO. FRID. MANTZEL (**), Moral.

(**) Indici ſcriptorum ipſius, Vol. I. p. 138 ſq. inſerto, addantur

Moral. P. P. euulgauit *Lineas primas Iuris Naturae vere talis.* 8: *Diſſertationem Iuris Naturae & Gentium priorem de Suverenitate Priuatorum.* d. 15. Maj. Reſp. *Io. Henr. Grill*, Seeſterno-Holſato: *Diſſertationem poſteriorem de Suverenitate Priuatorum* d. 25. Maj. Reſp. *Petro Stolte*, Roſtoch: *Diſputationem Iuridicam, oſtendentem vſum doctrinae de Temperamentis in Iurisprudentia*, d. 17. Aug. Reſp. Auct. *Io. Kühl*, Hamburg. pl. 2½: Epiſtolam ad Dn. Henr. Io. Pet. Weidenerum *de Moralitate Vſurarum* pl. 1.

D. ERN. IOACH. WESTPHALIVS cum orbe erudito communicauit *De Conſuetudine ex Sacco & Libro in Germania, ſigillatim in Megapoli, Tractationem Hiſtoricam, Etymologicam & Ciuilem. Qua ſingularia plura & ſelectiora Legum, Iuriumque, Hiſtoriarum, Morum, Praeiudiciorum in vita plebeia, ciuili & erudita, Literarum, Vocum, Numorum, Antiquitatum, Rerumque Germanicarum, Mecklenbur-*

Verſuch, wie weit es möglich, eines Lateiniſchen Poeten Verſe in Teutſche zu bringen; an dem Anfang des dritten Buchs von Virgilii AEneid. gemachet. 1724. 8vo.

Diſſertatio Politica de Lotteriis. Reſp. *Theod. Ern. Stever*, Roſtochienſ. 1725. pl. 3.

Eius quoque ſtudio prodierunt der beſten Poeten Meiſter-Stücke. 4 Th.

burgenſium praecipue atque Roſtochienſium argumenta exhibentur , enucleantur & expenduntur. in 8vo. Alph. I. pl. 16; nec non *Specimen Documentorum ineditorum Mecklenburgenſium , hoc eſt , Recenſum Diplomatum , Chartarum , Literarum & Numorum , quibus Patria Hiſtoriarum Iuriumque aliquot argumenta , Tractationis de Conſuetudine ex Libro ſigillatim , authentica ratione exponuntur , & noui inſtar luminis colluſtrantur variis Hiſtoriae , Iuris ſacri , ciuilis & publici , praecipue Mecklenburgici, obſeruationibus. Accedit Bibliotheca Etymologica Selecta.* in 8vo. pl. 16½

IAC. CHRISTOPH. WOLFFII , Gr. Ling. P. P. *Diſſertatio Philologica examinans Dictum Diui Apoſtoli Pauli* 1. *Timoth. III. v.* 1, Reſp. *Car. Chriſtian. Engel* , Grabov. Megap. d. 13 Mart. ventilata eſt. pl. 5.

M. IO. BENI. DRAGHEIM , Dantiſcano , Praeſide *Diſputationem Philoſophicam , Dubia potiora , quae contra doctrinam de Chriſto ex Metaphyſica formari ſolent , philoſophice examinantem* , tuitus eſt Auct. Reſp. *Henr. ab Allwoerden* , Stadenſ. pl. 4½.

M. IO. HERM. BECKER , Praeſes , & *Io. Henr. Grill* , Holſat. , Reſpondens, m. Aug. *Staticam dirigentem Quietem corporis humani in ſtando & ſedendo* ventilandam ſiiterunt. pl. 6. cum Fig.

M. IA-

M. IANI van HAVEN, Othinienſis Dani, *Diſputatio Philoſophica, in qua Hypotheſis de Harmonia inter Animam & Corpus praeſtabilita, breuiter proponitur ac ponderatur*, Reſp. *Frid. Georg. Make*, Wismarienſ. d. 8. Iun. publice eſt examinata. pl. 4.

Prodiit etiam hoc anno 1726. *Recenſionum Actorum Eruditorum, aliorumque Memorabilium in Alma Roſtochienſi Collectio II.* pl. 16. in 8vo.

STRALSVNDII.

Libelli rarius occurrentis nouam editionem debemus ſumme reuerendo Stralſundenſium Antiſtiti, qui hac eundem inſcriptione recudendum curauit: *Hiſtoria Diſputationis, ſeu potius Colloquii inter Iac. Colerum & Matth. Flacium Illyricum de Peccato Originis habitae in arce Langenau Sileſiorum* 12. *Maj*. 1574. *paulo ante obitum Illyrici. Berolini primum opera Coleri, typis Nicol. Voltzii* 1585. *in* 4 *edita. Nunc ſcriptum hoc deſideratiſſimum & vtiliſſimum recudi curauit D. GREGORIVS LANGEMACK, Superint. Stralſund.* in 8vo. pl. 8. Praefixa eſt ab Editore lectu digna Praefatio, in qua varia de Colloquiis, & illa habendi legitima ratione. In fine Praef. Tractatus *de Flacianiſmo Pomeranico* promittitur.

GRYPHISWALDIAE.

D. BRANDANI HENRICI GEBHARDI

ſtudio

ſtudio Commentarii in Prophetas, quorum aliquos commemorauimus Vol. II. p. 365 ſq, ſunt continuati. Lucem enim aſpexerunt hoc anno

IONAS ENVCLEATVS, d. i. Erklärung des Propheten Jona, worinnen der Wort-Verſtand in einer kurtzen Paraphraſi, nebſt dem Zuſammenhang, deutlich vorgetragen, und wieder Jüdiſche / Chiliaſtiſche und Sociniani-ſche Verdrehungen beſcheidentlich verthädiget wird. Roſtock. in 4to. pl. 21.

NACHVM ENVCLEATVS, d. i. Erklärung des Propheten Nachum, worinn, nebſt einer kurtzen Paraphraſi, die Text-Worte erkläret, und derſelben Zuſammenhang gezeiget wird, mit angehängtem beſcheidenen Elencho wider die Jüdiſche und Chiliaſtiſche Erklärungen. Roſtock. in 4to. pl. 16.

GEDANI.

D. IO. GEORG. ABICHT in lucem emiſit *Theſes de quibusdam Theologiae Naturalis Capitibus*. in 4to. pl. 17. Abſoluuntur ſex Capitibus, quorum agit 1. de Theologia Naturali in genere. 2. De Notitia Dei inſita et acquiſita. 3. de Conſcientia Diuinitatis teſte. 4. de Conſenſu gentium Deum confitentium. 5. de Stellis gloriam Dei praedicantibus. 6. de Anima Deitatis ſpeculo.

RE-

Digitized by Google

REVALIAE.

Typis exſcriptae ſunt *Lacrymae Roxolanae, ſeu de Obitu* PETRI MAGNI, *totius Ruſſiae Imperatoris, brevis Narratio, duaeque de Laudibus eiusdem Diui Principis Orationes. Auctore* THEOPHANE, *Archi-Epiſcopo Novo-Grodenſi.* in 4to. Recuſae ſunt hoc ipſo anno Hamb. in 4. pl. 5, ibidemque in Germanicam linguam translatae: Rußlands Thränen, oder kurtze Nachricht vom Tode PETRI des GROSSEN, Kayſers über gantz Rußland, ſamt zweyen zu des verſtorbenen Kayſers Lobe gehaltenen Reden, durch THEOPHANEM, Ertz-Biſchoffen zu Novogrod; die man ihrer beſondern und bißhero noch unbekannten Umſtände, auch ſchönen Einrichtung wegen, aus dem Lateiniſchen ins Teutſche überſetzet hat. Hamb. in 4to. pl. 6.

KILONII.

Magnifico Academiae Prorectore, D. STEPHAN. CHRISTOPH. HARPPRECHTO, Praeſide *Diſſertationem Inauguralem de Iure Actuarii Hamburgenſis* pro Licentia ſummos in Iure honores capeſſendi d. 10 Iul. habuit *Hieron. Petr. Müller*, Hamburgenſ. pl. 10.

D. 3. Iul. ſub praeſidio D. FRID. GOTTL.

GOTTL. STRVVII *de Arreſto innocuo*, von unſchädlichem Arreſt, diſputauit *Frid. Carol. Friccius*. pl. 4½.

Eodem Praeſide *Diſſertationem Iuris Germanici de Lucro Dotis, eiusque Priuilegio in Concurſu Creditorum*, von der Heyraths gütlichen Verbeſſerung/d. 4. Sept. defendit Auct. & Reſp. *Io. Chriſtian. Flaht*, Suerino-Megapol. pl. 4.

Ex Hiſtoria Eccleſiaſtica *de Conciliis Lateranenſibus* Praeſide PHIL. FRID. HANE, Hiſt. P. P. d. VI. Aug. diſſeruit *Io. Henr. Twietmeier*, Roſtochienſ. pl. 5.

D. 17. Iul. M. IO. CHRISTIAN. STOCKMANN, Holdenſtadienſ. Saxo, Reſp. *Io. Car. Kochio*, Weyera-Rheinfelſenſ., *Diſſertationem Philoſophicam de Summo Cognitionis Humanae Principio* publicae diſquiſitioni obtulit. pl. 3.

RACEBVRGI.

Prelo ſubiecta eſt *Theoria motae circa Solem Telluris Scripturae non inimica. Siue Demonſtratio Biblico-Aſtronomica: Non ineſſe Philoſophiae huic aliquid Scripturam violans; nec Scripturae aliquid, Philoſophiam hanc infringens, Lectori praejudiciis vacuo exhibita a IO. HERM. BECKER.* in 4to. pl. 11.

LVBECAE.

D. GEORGIVS HENRICVS GOETZIVS,

TZIVS, Superintendens, continuauit Selnecceriana duobus ſpeciminibus: *De prudentia Theologica Nicol. Selnecceri, cum ſacra publica in Electorali Dresda turbarentur.* 4to. pl. 3; *De Felicitate Nicol. Selnecceri in complexu Virorum praeſtantisſimorum beate demortui.* 4to. pl. 2.

Edidit porro: Erbauliche Anmerckungen über den Gerhardiſchen Geſang, **Merckt auf / merckt Himmel** ꝛc. in welchem das im 32ſten Capitel des fünfften Buchs Moſe befindliche Lied Moſis kürtzlich erkläret wird, nebſt angefügtem Verzeugnüſſe der acht den 16 —— 27. Sept. gehaltenen Catechiſimus-Predigten von der Erkäntnis GOttes. in 8vo. pl. 4.

Gerhardiſche Sommer-Luſt, oder erbauliche Erklärung des lieblichen Sommer-Liedes, welches der ſeelige H. **Paul Gerhard** verfertiget: **Geh aus / mein Hertz / und ſuche Freud / in dieſer lieben Sommer-Zeit** ꝛc. denen Gläubigen und Garten-Freunden, welche in und auf den Sommer dieſes und jenes Lebens ſich erfreuen, zu andächtiger Gemüths-Beluſtigung nebſt einigen Lieder-Andachten und zwoen Pfingſt-Reden, über Chriſti Worte, Luc. 12. 32: **Fürchte dich nicht du kleine Heerde / denn es iſt eures Vaters Wohlgefallen / euch** ꝛc. mitgetheilet. in 8vo. Alph. I. pl. 4½.

Reiſe-

Reiſe-Andachten, denen, die ihres Berufs halber zu Waſſer und Lande reiſen, zur Erbauung angewieſen. in 8vo. pl. 21.

Celeberrimi Senioris noſtri, IACOBI a MELLE, nitidum Poëma in honorem excellentiſſimi, quo hoc ſeculum ſuperbit, Poëtae, BARTHOLDI HENRICI BROCKESII, confectum, dedimus Vol. III. pag. 560 ſq. Addimus nunc non minus elegantem & honorificam laudati BROCKESII Reſponſionem:

Riſpoſta
al SONETTO
del
gran Polihiſtore,
il Signore
GIACOMO di MELLE.

SONETTO.

DI dove coſi nobili canzoni?
Di dove un ſtile alto quanto giocondo?
Di chi? del gran DI MELLE, onor del mondo
Coſi chiamato per molte ragioni.

Divoto ogn'un fann ſue DIVOTIONI
Ogn'un ammira il ſuo SAPER profondo,
E, co'l INGEGNO ſuo coſi fecondo,
Le, più del nome, DOLCI espreſſioni.

Che Lubeca, per lui, chiara e felice
Si ſtimi e chiami, egli è certo ben degno
Ogn' un, ma più d'ogn' un, mia Muſa dice:
Nel delle Lettere onorato regno
Non me, ma ſi ben Te fanno Fenice
DIVOTION, SAPER, DOLCEZZA, INGEGNO.

BERTOLDO ERRICO BROCKES.

L. IO. HENR. a SEELEN, Rector, haec emiſit in lucem ſcripta:

Ad Nummum Aureum Lubecenſem IV. Magnif. & Illuſtr. Coss. Lubec. Dominorum RITTER, WINCKLER, a DORNE, KERCKRING, venerandis faciebus inſignem, Commentationem. in 4to. pl. 2. Proluſit hac Commentatione *Adolphi Chriſtiani Beisner*, Lubecenſ. ſolemni Orationi *de Lubeca terque quaterque decora* d. 22 Iul. habitae, cui, in fronte huius ſcripti conſpicuus, nummus aeri eleganter inciſus, anſam ſuppeditauit.

De Lege Regia Iac. II. 8 Diſſertationem Epiſtolicam. Ad Virum nobiliſſ. *Henr. Io. Pet. Weidenerum.* 4to. pl. 1.

De Cantico Canticorum ad Ioannis Hyrcani Hiſtoriam perperam tracto Diſſertationem Epiſtolicam. Ad V. Cl. *Aug. Wilh. Peterſen*, Conr. Flensb. 4to. pl. 1.

Μυθολογούμενα, quae in Actis Apoſtolicis occurrunt, Commentario Philologico-Sacro illu-

ſtrata

ſtrata. in 4to. pl. 5. Praemiſit Orationi publicae, *Vindicias Poëſeos aduerſus Henr. Cornel. Agrippam* complectenti, quam d. 24 Octob. habuit *Io. Wilh. Buschmann*, Hamburgenſ.

Praefationem quoque praemiſit praecocis pueri Lubecenſis, CHRISTIANI HENRICI HEINEKEN, Memoriae, hac inſcriptione editae: Merckwürdiges Ehren-Gedächtniß von dem Chriſtlöblichen Leben und Tode des Weyland klugen und gelehrten Lübeckiſchen Kindes, Chriſtian Henrich Heineken, in welchem deſſen Gebuhrt, ſeltene Erziehung, wunderwürdiger Wachsthum ſeiner Wiſſenſchafften, glücklich abgelegte rühmliche Reiſe nach- und von Dännemarck, ſamt ſeinem ſeligſten Abſchiede aus dieſer Sterblichkeit, umſtändlich enthalten; und, auf vieler Verlangen, von der Wahrheit befließenen Feder ſeines weyland geweſenen treuen Lehrers und Beförderers unpartheyiſch entworffen. Hamb. in 8.

Specimina etiam Nummaria, quae hactenus occaſione Actuum Gymnaſticorum edidit, coniunctim, vna cum variorum Nummorum Figuris aeri inſculptis, recudenda curauit ſub hoc titulo: *Selecta Nummaria, quibus variae res, Sacrae, Ciuiles ac Litterariae, in primis Lubecenſes, illuſtrantur. Seorſum antea, nunc coniunctim edita, & paſſim aucta.* Roſtoch. Sumtu Mart. Chriſt. Schvvechtenii in 8vo.

I.
INDEX VIRORVM,
quorum ſcripta Vol. I —— IV inſerta.

ANONYMI Epiſtola ad V. Cl. C. A. Heumannum, in qua non pauca ex Theophili ad Autolycum libris illuſtrantur & vindicantur. 217.

BRAKERI (*Henr.*) ad Io. Henr. a Seelen Epiſtola, Obſeruationes ſelectas in Libros Symbolicos, Seruatum Lupum, Lycophronem, Philoſtratum & Andream Cretenſem continens. 71.

CLEFFELII (*Frid. Guil.*) Obſeruationes Philologicae in aliquot N. T. loca. 654.

ab ELSWICH (*Io. Herm.*) Obſeruatio de Vulgario ad Apolog. Aug. Conf. Art. IV. 47.

ERICII (*Franciſci*) Venetiarum Ducis, Diploma, quo Hieronymum a Dorne, Patric. Lubec., Equitem Auratum Diui Marci creauit; cum aliis quibusdam documentis, itinera vitamque Dornianam concernentibus. 464.

FEVERBORNII (*Iuſt.*) Epiſtola ad Men. Hannekenium. 403.

HARENBERGI (*Io. Chriſtoph.*) Disquiſitio in originem ritus Iudaici, quo לולב *ramum* *fron*

frondentem in feſto tabernaculorum geſtare ſolebant. 434.

HERBINII (*Io.*) ad Balth. Bebelium Epiſtola, Hiſtoriam Lutheraniſmi in Polonia illuſtrans. 64.

KOHLREIFFII (*Gottfr.*) Commentatio de Hoſtium Veritatis Euangelicae in Iudicio extremo contra ſe ipſos Teſtimonio, ſecundum aſſeuerationem Diuinam Iudicis futuri *Ieſ. XLV. v.* 23. 24. 21.

LACKMANNI (*Adam Henr.*) de Minutiis Vocum interpreti ſubinde obſeruandis Μελέτημα Philologico-Criticum. 421.

de LINGEN (*Herm. Vlr.*) Diſſertatio, qua Diploma Bilehildis, Monaſterio Veteris Cellae apud Moguntinos conceſſum, ſuppoſititium eſſe, probatur. 597.

LIPENII (*Sixt. Chriſtian.*) ad V. Cl. Iacobum de Melle Epiſtola, de Harmonia linguarum diuerſarum, itemque de Ablatiuo caſu Graecorum exponens. 241.

MARQVARDI (*Io.*) Oratio habita in auguſtisſimo Senatu ad Sereniſſimum Principem Franciſcum Ericium, Venetorum Ducem, nomine inclytae Nationis Germanicae Studii Patauini, ſub Conſiliaratu Nobilisſimi Viri Dn. Hieronymi a Dorne, Patritii Reip. Lubecenſis. An. 1635. d. 12 Aprilis. 377.

a MELLE (*Iac.*) Commentatiuncula de Simulachris Aureis, quae in Boringholmia, maris Balthici inſula, agris eruuntur. 1.
MENTZERI (*Balthaſ.*) Sen. Epiſtola ad Men. Hannekenium. 397.
POMARII (*Sam.*) ad Chriſtian. Kortholtum Epiſtola. 565.
RAMBACHII (*Io. Iac.*) Obſeruatio Exegetica de Homine, cuius cauſa Deus non amplius terrae maledicturus eſt. *Gen. VIII.* 21. 406.
SCHARBAV (*Henr.*) Exercitatio de traditis Dauidi a Ionathane Veſtibus, & tradito ſimul Succeſſionis in Regnum Iure, ad 1. *Sam. XIIX.* 4. 258.
SCHEIDII (*Balth.*) Horae Talmudicae in Epiſtolas II. ad Corinthios, Galatas, Epheſios & Philippenſes, ſiue Specimen ex Praeteritis Praeteritorum. 181.
a SEELEN (*Io. Henr.*) ad Henr. Brakerum Epiſtola, Notas & Emendationes Meurſianas, Gloſſario Rigaltiano adſcriptas, complectens. 646.
VOGTII (*Io.*) Diſquiſitio Critica de loco 1. *Io. IV.* 3. a Neſtorianis non corrupto. 580.

II.

Digitized by Google

II.
INDEX
Locorum Biblicorum.

Geneſ.
III. 15. 410
V. 1. 287
VII. 17. 162
VIII. 21. 406 ſqq
XI. 4. 163
XVIII. 18. 410
XXXVII. 3. 214
XLIV. 30. 261
XLV. 26. 27. 216
XLVIII. 16. 410
XLiX. 10. 410
Exod.
III. 4. 410
IV. 22. 23. 288
XIII. 2. 679 ſq
XIV. 19. 24. 410
XVII. 14. 171
XXIII. 20. 410
21. 215
XXIV. 1. 214
17. 410
Levit.
X. 16. 212
XI. 42. 212
XII. 6. 7. 8. 680
XIII. 13. 212
XIX. 29. 205
36. 182
XXIII. 40. 435 ſq
XXVI. 35. 204
XXVII. 10. 11. 161
Num.
XXI. 14. 213
XXIV. 7. 288
Deuter.
IV. 9. 10. 210 ſq
V. 1. 208
VI. 7. 212 ſq
XI. 8. 214
18. 185
19. 207. 210. 211
29. 208
XVIII. 18. 410
XXI. 4. 187
XXV. 2. 192. 195
3. 196
XXVIII. 57. 190
58. 195
XXIX. 19. 206

XXXII. 2. 187

1. Sam.

XVIII. 4. 258 ſqq
XXIII. 17. 263
XXX. 29. 289

2. Sam.

X. 4. 274
XIII. 18. 274

1. Reg.

XVI. 20. 262

2. Reg.

XVII. 4. 262

1. Chron.

II. 55. 212
XXVI. 6. 274

Nehem.

IV. 14. 271
VIII. 16. 435 ſq
XII. 1. 2. 271

Eſther.

VIII. 15. 271

Iob.

V. 24. 207
XII. 18. 278

Pſalm.

XV. 199
XLV. 3. 278
6. 213
L. 4. 189
LXIII. 12. 205
LXXIIX. 38. 195. 213
LXXX. 14. 213
LXXXIIX. 6. 271
CI. 7. 198
CXVI. 15. 198
CXVIII. 25. 438 ſq
CXX. 6. 213
CXXII. 2. 200
CXXVII. 5. 213

Prouerb.

III. 18. 187
VII. 9. 213
VIII. 6. 185
36. 187
XXII. 6. 209 ſq
14. 204
29. 271
XXV. 16. 198

Cohel.

III. 21. 372
VII. 2. 199

Eſa.

V. 3. 202
5. 201
VI. 4. 202
VII. 14. 657 ſqq
IX. 17. 204
XI. 5. 278

XXXIII.

XXXIII. 15. 199
XLI. 8. 9. 288
XLIII. 7. 200
13. 229
XLV. 3 ſqq 38 ſqq
23. 24. 21 ſqq
XLVI. 11. 190 ſq
XLVIII. 12. 229
LIII. 4. 5. 7. 229
LVI. 1. 200
LX. 1. 196
8. 202

Ierem.

X. 9. 20. 229
XIII. 11. 278
XXIII. 6. 201
XXXI. 15. 680 ſqq
31. 682 ſq
XLVIII. 36. 457

Ezech.

XII. 3. 190
XLI. 6. 203
XLVIII. 35. 201

Dan.

VIII. 14. 167
XI. 168
XII. 12. 167

Hoſ.

II. 1. 680
III. 43 ſqq
XI. 1. 288
9. 200

Amos.

V. 6. 200

Mich.

V. 1. 677 ſqq
VI. 8. 199

Habac.

II. 4. 200

Zachar.

II. 6. 202
8. 203
VI. 12. 25
X. 8. 167
XIV. 6. 196
10. 202

Malach.

III. 1. 684

1. *Maccab.*

IV. 24. 52 ſq. 442 ſq

2. *Maccab.*

X. 3. 5 ſq. 442 ſq

Matth.

I. 1. 25
22. 23. 287. 675 ſqq
II. 5. 6. 677 ſqq
10. 684
15 288. 680

II. 17. 194. 680 ſqq
18. 289
22. 23. 25. 683 ſq
III. 3. 685
11. 289 ſq
V. 8. 184
22. 654 ſqq.
39. 251
VI. 13. 290 ſq
XI. 2. 291
XIII. 34. 194
52. 291 ſq
XIX. 24. 428 ſq
30. 197

Marc.

I. 2. 684
3. 685
III. 21. 292
V. 9. 292 ſq
VI. 21. 252
VII. 21. 293 ſq
VIII. 24. 294
IX. 23. 49. 294
X. 25. 428 ſq
50 294
XI. 13. 294 ſq
XV. 72. 295
XVI. 8. 295

Luc.

I. 3. 295 ſq
69. 78. 296
II. 14. 297
22. 24. 680
23. 679 ſq
35. 297
III. 4. 6. 685
VII. 27. 684
XI. 47. 297 ſq
XII. 29. 298
XIV. 26. 299
XVI. 299
XVII. 21. 299

Ioan.

I. 14. 300
24. 685
V. 4. 300 ſq
23. 29
28. 301
VIII. 1—11. 301
56. 302
XII. 32. 302
XIII. 34. 302
XIV. 13. 29
XVIII. 6. 302
XXI. 25. 303

Act.

II. 3. 289

II. 5.

II. 5. 303
VI. 10. 252
VII. 53. 304 ſq
XIII. 42. 234
XXVII. 36. 235

Rom.

II. 16. 295
VII. 3. 657
21. 254
VIII. 14. 255
IX. 15. 17. 24
XI. 8. 9. 10. 24
26. 43
XIV. 10. 11. 12. 23

1. Cor.

VIII. 6. 230
IX. 9. 25

2. Cor.

I. 7. 182 ſq
II. 16. 183 ſqq
III. 6. 657 ſqq
V. 10. 187 ſqq.
VI. 10. 189 ſqq
IX. 7. 191
XI. 24. 192 ſqq
XII. 2. 196 ſqq

Gal.

I. 8. 295
III. 11. 199 ſq
IV. 25. 200 ſqq

Epheſ.

V. 4. 204
27. 664
28. 205 ſqq
VI. 4. 207 ſqq
5. 214
13. 659 ſqq

Phil.

II. 9. 214 ſq
III. 12. 662
IV. 4. 215 ſq

Coloſſ.

II. 13. 238
18. 665 ſqq

1. Timoth.

VI. 15. 223

Tit.

II. 5. 668 ſqq

2. Pet.

II. 8. 252
11. 255

Hebr.

V. 9. 665
VII. 2. 3. 164
11. 665
IX. 9. 665

Iacob.

II. 25. 255
IV. 14 514

Apoc.

I. 18. 671
IV. 13. 255
XIII. 18 167
XXI. 23. 197
XXII. 5. 197

III.

III.

INDEX

Auctorum, Vocum & Rerum.

A.

Abicht (Io. Georg.) 177. 367. 737
Ablatiuo an careant Graeci? 250 ſqq
Accommodatio, ſubſidium interpretationis Scripturae minus commodum. 31ſqq
Aceſias, Medicus. 693
אך 35. 36
Achilles, Medicus. 693
Adolphus, Comes Schauvvenburgicus, fit monachus. 495
AEgyptiacae ſuperſtitionis documenta. 532. ad ea minus recte referuntur Simulachra in agro Boringholmienſi reperta. 533 ſqq
AEpini (Franc. Alb.) notitia. 106 ſq. ſcripta. 107 ſqq. 731 ſq.
AEra Chriſtiana quando apud Francos, & alios, vſurpari coepit. 638 ſqq
Affectus deſcripti. 521 ſqq
Ἄγγελοι gentilium. 665 ſq
Agnodice, prima obſtetrix Athenis. 694

Al-

Album Hieronymi a Dorne commemorabile. 468 ſqq
ἀλίαν τρυπᾶν, Prouerbium. 88 ſq
ἀλλάγματα, ἀλλάσσειν. 648
Allegatio V. T. in N. 22 ſqq. varii eiusdem modi. 24 ſq. Patrum allegationes. 586ſqq
אמר 36
ἄν. 223 ſq
Anderſon (Io.) laudatus. 351
Andreae, Archiepiſcopi Cretenſis, locus emendatus. 90 ſqq
—— (Iacobi) conſilium de adornanda F. C. 145
Andromachus, Theriacae inuentor. 694 ſq
Animae exiſtentia probata. 506. an ea ſolitarie in nobis cogitet? 506 ſqq. quomodo percipiat? 508ſq. harmonia inter animam & corpus praeſtabilita reiecta. 509ſq. anima perceptiva. 511 ſq. anima brutorum. 513. commercium mentis cum corpore & motus voluntarius. 522 ſqq
Antiquarii illuſtres. 306. Sueciae. 307ſqq
Antiquitatum Collegium in Suecia. 309ſqq. librarii eiusdem & apparatus MSS. 336ſq
Antitypa dixerunt Patres Panem & Vinum in S. Coena. 54ſq.
Antonius (Nicol.) cur Iudaeus factus? 287
Apollophanes, Medicus. 695

Apo-

Digitized by Google

Apoſtolici Viri dicti Epiſcopi. 617ſq
Aquae libatio. 463
Archi-Diaconorum origo. 501
Aretaeus, Medicus. 695
Ariſtobulus cur φιλέλλην dictus? 453
Aſclepiades, Medicus. 696
d' *Asfeld*, auctor libri: *Regles pour l' intelligence des Stes Ecritures.* 32
Aſſyriaci Regni quis conditor? 165
ἀθυροστομία. 91.92
Auctoramenta. 79
Aurea Simulachra Boringholmienſia deſcripta. 2ſqq. pro nummis bracteatis habentur. 545
Aurum a veteribus Arctois gentibus finibus ſuis illatum. 6 ſq. cur Islandis *Kraka-Saad* appelletur? 17

B.

ב Ebr. de propinquitate temporis expoſitum. 436
B Gr. vt υ pronunciatum. 50 ſqq. B & V litterae a Latinis quoque permutatae. 51
Babytaceni aurum abiiciunt. 16
Bacchanalia. 444 ſq
Baluzius (Steph.) not. 77 ſq
Basnagius (Iac.) 703
Beati (Io.) errores. 145

Digitized by Google

Becker (Pet.) notitia. 129 ſq. ſcripta. 130 ſqq
— (Io. Herm.) 549. 735. 739
Behm (Ern. Leop. Frid.) 376
Benzelii (Eric.) Periculum Runicum recenſitum. 169 ſqq
Lexicon Runicum promiſſum. 170
Betty (Ioſ.) 220
Bibliotheca Roſtgaardiana. 554 ſqq
Bilehildis. 612 ſqq
Bodinus (Io.) an fuerit Iudaeus? 240. eius Dialogi. 350 ſq
Boianovia, vrbs Poloniae. 65
Borealium lares. 12 ſqq. Diſa, Dea. 14 ſq. Sigilla Magica. 18 ſq
Boringholmiae, inſulae, deſcriptio. 1 ſq. 530. Simulachra aurea ex agro eiusdem eruta. 2 ſqq. 531 ſqq
Brakeri (Henr.) elogium. 646. Supplementum ineditum Lexicorum Graecorum. 652
Brenneri (El.) vita, merita, ſcripta. 320 ſqq
Brenneria (Soph. Eliſ.) ob eruditionem & poëſin laudata. 324 ſqq
Brockeſius (Barthold. Henr.) laudatur a Mellio. 560 ſq. laudat Mellium. 741 ſq
Brutorum anima. 513
Bulgaria. 49
Burchardi (Chriſtoph. Mart.) notitia. 128. Meditationes de Anima Humana recenſitae. 505 ſqq. ſcripta alia. 128 ſq. 732 ſq

Burg-

Burgmann (Io.Chriſtian.) III. 731
—— (Pet. Chriſtoph.) 732
Buxtehudenſe Chronicon MS. 496

C.

Caeſaris (Iul.) locus L. VI de B. G. c. 5. §. 2. expoſitus. 75 ſq
Camerarius (Ioach.) 700
Candidati veterum. 271
Caniſius (Henr.) 703
Canon dictus olim index Sanctorum & Martyrum. 494
Carmon (Iacob.) notitia. 120. ſcripta. 120 ſq
Caſaria mulier. 669
Catonis diſtichon a Boxhornio mutatum. 424
Cenſorinus not. 154
Cerebrum ad vitales actus concurrere dicitur. 511
de Chantelou (Claud.) 703
Charitinus (Aloyſ.) i. e. Iac. Brunnerus. 96
Chlodovaeus, an recte ſic ſcribatur? 627. quo tempore regnauerit? 631 ſqq
Chlotarii aetas & regni tempus. 628 ſq
Chriſtiani Martyres dicti τέλειοι. 664
CHRISTVS quo anno natus? 159 ſq. cruci affixus? 167. cur veſte alba indutus? 271. cur regio habitu impii Praetoris ſerui eum induerint? 279. cur dictus λόγος? 300.

300. an propoſitiones: *Filius hominus eſt Deus:* Et: *Chriſtus ſecundum humanitatem per & propter vnionem perſonalem eſt Deus,* aequipolleant? 397 ſqq. an Chriſtus etiam vt homo in ſtatu exinanitionis fuerit vbique? p. 399 ſq. an Chriſtus adfuerit Lazaro morienti. 401 ſq. Gen. VIII. 21. quaeſitus. 406 ſqq

Chronologia in 10 periodos diſtributa. 158 ſqq. eiusdem difficultas. 153. Regum Israelis & Iudae. 166. Chronologicae regulae. 161 ſq. Chronologi incerti & obſcuri. 154. ſacri. 155

Chryſoſtomus an Transſubſtantiationem aſſeruerit? 58. ſq. eius Epiſtolae ad Caeſarium variae editiones & αὐθεντία. ibid.

Ciacconius (Alphonſ.) 694

Cingulum, ornatus Regius. 278 ſqq

Citreum Pomum in ritu geſtationis Faſciculi a Iudaeis adhibitum. 439 ſq

Claues, imperii & poteſtatis ſymbolum. 671

Cleſſelii (Io. Andr.) vita, merita, ſcripta. 472 ſqq

Clericus (Io.) not. 294

Cocceius (Io.) 411

Coelum tertium. 196 ſqq

Coena an ad innocentiam conteſtandam porrigenda? 566

Colberg (Chriſtian.) 553

Colerus (Io. Chriſtoph.) promiſit Animadverſſ. in Surenhuſii Βιβλ. Καταλλ. 673. 675.
Collectionum Graecorum Scriptorum collectio. 698 ſqq
Concilium Bremenſe an. 1266 habitum. 496. Herbipolenſe an. 1287 habitum. 496 ſq. Stadenſe an. 1328 habitum. 501
Confeſſio vniuerſalis in iudicio extremo. 30 ſqq
Cornu aureum in Iutia repertum. 542 ſq
Corydaleus (Theoph.) 702
Critica quomodo exercenda. 218 ſq
Curtius (Val.) 143
Cyrillus Lucaris. 472 ſq

D.

Dacherius (Luc.) 703
Dagobertus, Rex Auſtraſiorum. 629 ſqq
Δαίμονες gentilium. 665 ſq
Dal (Nicol.) Spec. Biograph. de Antiquariis Sueciae recenſ. 305 ſqq
a *Dale* (Ioach.) elogium. 559 ſq
David cum veſtibus a Ionathane traditis accepit ius ſucceſſionis in regnum. 258 ſqq
Dei gratia, Praepoſiti Hamburgenſes in Diplomatibus ſuis habent. 494. 499

De-

Digitized by Google

Democritus (Chriſtian.) vid. *Dippel.*
Detharding (Georg.) notitia. 123 ſq. ſcripta. 125 ſqq
——— (Georg. Chriſtoph.) 126
——— (Georg. Wilhelm.) 548
Dezius (Io.) notatus. 63
Διαμαρτία. 86
Δικαίωμα. 657
Diluuium quo Noachi anno irruerit? 162
Diplomatum corruptorum cauſae. 597 ſqq. falſorum genera. 599. falſitatis ſpeciem proferentium, non tamen ſuppoſititiorum, exempla. 603. 604 ſqq. illius ſpeciatim, quod Bilehildis Monaſterio Veteris Cellae apud Moguntinos conceſſiſſe perhibetur, falſitas. 607 ſqq. Diplomatica varia. 611 ſqq
Dippelius (Io. Conr.) refutatus. 528 ſqq
Diſa, Borealium Dea. 14 ſq
Docetae, haeretici. 589 ſq
Dominae incluſae, quaenam feminae ita dictae? 495 ſq
Donare pro *condonare*. 238
a Dorne (Hieron.) vita, dignitates, laudes. 378. 379. 393 ſqq. 464 ſqq
Dragheim (Io. Beni.) 98. 735
Dreſſerus (Matth.) 698

E.

Eclipſis Lunaris, quae 1725. d. 21. Oct. contigit, deſcripta. 549 ſq
Egino, Borealium Apoſtolus. 19
Εἰκῆ. 654 ſqq
ab Elswich (Io. Herm.) laudatus. 47
Ἐμβατεύειν. 667 ſq
Engelckenii (Herm. Chriſtoph.) notitia. 101 ſq. ſcripta. 102 ſqq. 730 ſq
Engeſtröm (Io.) 372
Epiſcopis militiam ſequi interdictum. 618 ſq. vnde victus datus? 619 ſq. ſub Regibus Francorum ab oneribus ii non fuere immunes. 620 ſq
Epocha Iudaica a quo anno numeranda? 45
Equitum Hieroſolymitanorum ordo. 476
Εὐαγγέλιον. 286
Euchariſtia a Patribus varie appellata. 54 ſqq
Exegetae requiſita. 425 ſq

F.

Fabricii (Io. Alb.) Biblioth. Graec. Vol. XIII recenſitum. 686 ſqq
Feſta Sanctorum ſaec. XIII & XIV celebrata. 490 ſqq. Feſtum Lanceae & Clauorum. 503.

Digitized by Google

502. Feſti Tabernaculorum ritus, geſtare faſciculum. 437 ſqq. origo. 446
Flagellatio Iudaeorum. 192 ſqq
Franciſcani nonnunquam Pontifici ſeſe oppoſuerunt. 501
Francorum Reges quibus titulis inſigniti? 628
Fraternitates Hamburgenſium. 500 ſq
Freyerus (Hieron.) 698
Friedlandus (Lamb.) litis de S. Coena auctor. 145. 147
a Frimersheim (Pet. Chriſtian.) 148
Friſius (Mart.) 373 ſq. 557
Fullerus (Nicol.) not. 274. 275

G.

Gale (Thom.) 702
Galletus (Thom.) 704
גמל 74
Gebhardi (Brand. Henr.) Comm. in Proph. min. 365 ſq. 736 ſq
Genealogia Chriſti. 287
Gentilium vniuerſalis conuerſio an ſperanda? 42. ſacrorum magna pro ratione locorum diuerſitas. 450. iisdem male adſcripta a Dippelio fides ſaluifica. 540
Gentzken (Frid.) 178

Genuflexio in iudicio extremo vniuerſalis. 28. ad nomen IESV defenſa. 28. 29
Germanica Lingua. v. *Teutonica*.
Germanicae voces conuenientes cum Hebraicis. 247 ſq
Germanorum Priuilegia in Acad. Patauina 380 ſqq. 394 ſq. 467 ſq
Geroldus, Epiſcopus Moguntinus. 644 ſq
Getae prouerbialiter dicuntur abiecti homines. 89 ſq
Glaſerus (Nicol.) 700
Goetzius (Georg. Henr.) 178. 374 ſq. 558 ſq. 739 ſq.
Graecae Voces conuenientes cum Hebraicis. 244 ſqq.
Graeci an careant Ablatiuo? 250 ſqq
Graecorum Scriptorum Collectionum collectio. 698 ſqq
Graevius (Io. Georg.) 424
γράμμα. 657 ſqq
Grotii (Hug.) peruerſae quaedam dictorum V. T. de Chriſto agentium interpretationes. 409 ſq
Grünenbergii (Io. Pet.) Specim. illuſtrationis quorund. Locorum, e V. T. in N. allegatorum, recenſ. 672 ſqq

H. Ha-

H.

Hadorphii (Io.) vita, merita, ſcripta. 307 ſqq
Haeretici quo ſenſu dicti Stedingi? 495. an potuerint corrumpere S. Scripturam? 587 ſq
Hamburgenſia varia hiſtorico-eccleſiaſtica. 487 ſqq
Hane (Phil. Frid.) 374. 739
Hannenberg (Godofr.) 367 ſq
Harduinus (Io.) notatus. 287
Harkenrothius (Iſebr. Eilh.) 289. 683.
Harmonia praeſtabilita reiecta. 509 ſq
Harpprecht (Steph. Chriſtoph.) 738
van Haven (Ian.) 736
Hebraicae voces conuenientes cum Graecis. 244 ſqq. Latinis. 246. Germanicis. 247 ſq. aliis. 249
Heineken (Chriſtian. Henr.) praecox puer Lubecenſis. 376. 743
Herbinius (Io.) 64 ſq
Herbipolenſe Concilium an. 1287 habitum. 496 ſq
Hermetis Triſmegiſti hiſtoria valde ſuſpecta. 535 ſqq
Heylingii (Pet.) nomen an recte ſic ſcribatur? 379 ſq. amicitia cum Hier. a Dorne contracta. 470 ſq. 475

Digitized by Google

Hieroſolyma myſtica. 200 ſqq
Hippocrates. 696 ſq.
Hoeſchelius (Dav.) 700
Hoheiſel (Car. Lud.) 551
Holſatiae Chronici, a Staphorſtio editi, notitia. 497 ſq
Holſtenius (Caſp.) 149 ſq
von Holten (Io. Frid.) 180. 375
Homo, cuius cauſa Deus non amplius terrae malediƈturus eſt, de Chriſto expoſitus. 412 ſqq
Houttuynus (Adr.) notatus. 264. 265
הוא de Deo inſtar nominis adhiberi putatur. 228 ſq
Huberus (Sam.) refut. 146
Hudſon (Io.) 704
Huetius (Pet. Dan.) 446
Hunnius (Nic.) 150 ſq

I.

Iconomachorum de vnica imagine Chriſti ſententia. 55 ſq.
יהוה, quinam de hoc nomine vocati? 201
Imprecationes licitae & illicitae. 566 ſqq
Indiƈtiones quando in Diplomatibus Francorum primum adhibitae. 643 ſq
Inluſter, titulus. 617

Digitized by Google

In nomine Domini Patris &c. quo tempore haec formula in Diplomatibus coepit adhiberi. 611 ſq
Inſtitutio iuuentutis apud Iudaeos. 207 ſqq
Ioannis comma 3. cap. IV primae Epiſt. an a Neſtorianis corruptum? 582 ſqq. mos amplificandi ex antitheſi. 591
Iobus pro Melchiſedeco habitus. 163 ſq. verum eius nomen putatur fuiſſe Cainam. 164. cur איוב dictus? 164 ſq
Ionathan Davidi cum veſtibus ſimul ſucceſſionis in regnum ius tradidit. 258 ſqq
Ionicae literae originem dediſſe putantur Runis. 173 ſq
Ioſephi Chronologiae cum Kohlreiſſiana in praecipuis temporum characteribus conſenſus. 163
Iſacsson (Iſ.) 554
Islandorum antiquarii. 332 ſqq. typographiae initium. 331
Ἴσως. 429 ſqq
Iubilaeus annus quis proprie fuerit apud Iudaeos? 162
Iudaeorum vniuerſalis conuerſio an ſperanda? 42 ſq
Iudicium, facultas mentis. 520 ſq
Iudicium extremum in loco Ieſ. XLV. 23. 24 intelligendum. 30 ſqq

Iuramentum diuinum. 26 ſq

K.

Kalendae, non *Calendae* in antiquis inſtrumentis ſcribuntur. 644
Κέρβος, titulus opusculi Paciani. 50 ſq
Keuffel (Georg. Godofr.) 98
Kikebuſch (Io. Dan.) 97. 113
Koch (Reim.) 148
Koepkenii (Dav. Henr.) notitia. 132. ſcripta. 133 ſqq. 672
Koeppen (Nicol.) 551
Kohlreiſſi (Godofr.) Chronologia Sacra recenſ. 152 ſqq. ſcripta alia. 21. 156 ſq. 161
Κονδᾶ. 649
Kortholt (Chriſtian.) 565 ſq.
——— (Sebaſt.) 558
de Krakevitz (Alb. Ioach.) 550 ſq
Κρίσις. 650
Kryſingii (Balthaſ.) elogium & ſcripta. 372 ſq

L.

Lackmann (Ad. Henr.) 421 ſq

Lam-

Digitized by Google

Lambecius (Pet.) 349 ſq
Langemack (Gregor.) 736
Langhanſen (Chriſtoph.) 552
Lapis Philoſophorum in hieroglyphica AE-
gyptiorum doctrina quaeſitus. 542
Lares Borealium populorum. 12 ſqq
Latinae voces conuenientes cum Hebrai-
cis. 246
Lelandus (Io.), Angliae Antiquarius.
318 ſq
Leo (Io.) 697
Leopoldus (Achill. Dan.) 563
Leunclavius (Io.) 704
Lex quo ſenſu dicatur imbecillis? 657
a Lingen (Herm. Vlr.) promittit Librum
de Palatinatu Saxoniae. 601
Linguarum harmonia a variis oſtenſa. 242.
243. Hebr. & Gr. Ling. 244 ſqq. Hebr.
& Lat. 246. Hebr. & Germ. 247 ſq. plu-
rium linguarum. 249
Lipenius (Sixt. Chriſtian.) 241
Lipſtorpius (Herm.) 149

Lit-

Litterarum origo atque inuentio dubia. 170. Litterae Hebraeae Moſe antiquiores. 171
Lithou (Guſt.) Suecus arte & marte clarus. 371
Λόγος cur dictus Chriſtus? 300
Lubecenſia varia Hiſtorico-eccleſiaſtica. 141 ſqq
Lucas Evangelii ſcriptor. 295
לולב. 435 ſqq
Lupi (Serv.) varia loca emendata & illuſtrata. 77 ſqq
Lutheranismus in Polonia. 64 ſqq
Lutheri (Mart.) Catecheſis Graeco-Latina. 699
Lux dicitur Chriſtus, nouum foedus, aeterna felicitas. 196 ſq
Lycophronis varia loca emendata. 82 ſqq

M.

M, vocibus Graecis praeponitur. 650
Maccabaeorum religionis ſtudium. 458
מרים 274 ſqq
Magica Sigilla Borealium. 18 ſq

Ma-

Digitized by Google

Magnaeus (Arn.) 335 ſq. 337 ſq
Maittaire (Mich.) 698
Μανδύας. 275
Mantzel (Ern. Io. Frid.) notitia. 137. ſcripta 123. 138 ſq. 733 ſq
Μαριολατρείας documenta. 499 ſq
Marquardi (Io.) dignitates, merita, ſcripta. 377 ſqq. 393 ſqq
Mathematica methodus diiudicata. 508
Matthaei Euangelii inſcriptio. 285 ſq
Mauri (Rab.) nomen quomodo ſcribendum. 348
Μάζα. 649
Medici antiqui. 687 ſqq
Meieri (Gerh.) Gloſſar. Teuton. inedit. 347. principium in inueſtigandis originibus linguae Germanicae. 347. 349
מעיל 273 ſq
Melanchthon (Phil.) not. 53. 62. eius Epiſtola Graeca ad Ioaſaphum, Patriarcham CPol. vbi extet? 699
Melchiſedecus habetur Iobus. 163 ſq
a *Melle* (Iac.) Commentatio de Simulachris Aureis ex agro Boringholmienſi erutis contra Dippelium defenſa. 528 ſqq. Poëma in honorem Barth. Henr. Brockes.

ckes. 561 ſq. Brockeſii Reſponſio ad Carmen Mellianum. 741 ſq
——— (Franc. Iac.) 383
——— (Sam. Gerh.) 47
Μὲν. 221
Mereri pro *Conſequi.* 75
Μεταβάλλεσθαι εἰς αὐτὸ ἐκεῖνο, phraſis Patriſtica explicata. 57 ſq
Metatron, quale nomen. 215
Μεταξὺ ποιῆσαι. 234
Metrophanes Critopulus. 472 ſqq
Meurſius (Io.) not. 82. eius Notae & Emendationes Gloſſario Rigaltiano adſcriptae. 647 ſqq
Midae aurum, prouerb. 89 ſq
Millius (Io.) not. 287. 289. 290. 291. 593
Minutiae vocum cur obſeruandae? 423 ſqq
Miſchnae Syntagma quo anno obſignatum? 45
Moguntinorum monaſterii veteris Cellae Diploma ſuppoſititium. 597 ſqq
Monarchia Hebraeorum, efficta ab Adr. Houtuynio, reiecta. 264 ſq
Moneta Crucis. 503
de Montfaucon (Bern.) 705

Morinus (Io.) not. 583 ſq
Morus (Henr.) not. 292 ſq
Muhammedis fuga quo anno contigerit? 45
Muhlius (Henr.) Bibliothecam Cimbricam promiſit. 373
Mundibardium. 621 ſqq
Muratorius (Lud. Ant.) 704
Muſa (Anton.) Medicus. 695
Mushardus (Luneb.) Chron. Buxtehud. MS. reliquit. 496
Muſicae origo & vſus in ſacris. 460 ſqq
Mirepſus (Nicol.) Medicus ſuperſtitioſus. 687 ſq
Myrtus a Iudaeis in ritu geſtationis Faſciculi vſurpata. 437. 440

N.

Natalis Chriſti in quem annum incidat? 159 ſq
Ναζωραῖος. 25
Neander (Mich.) 699
Neſtoriani an corruperint dictum 1. Io. IV. 3. 582 ſqq
Neufeldt (Coeleſtin. Conr.) 177
Νόμος. 657
Nordani (Bricc.) fata. 144

No-

Notum eſſe cupio tam praeſentibus, quam futuris, quo tempore haec formula in Diplomatibus coeperit adhiberi? 615 ſq
Novi Teſtamenti quot ſint anni? 167 ſq
Nummi Arabici in Suecia, Pruſſia, Boringholmia, effoſſi. 544. bracteati Germanici. 545 ſq

O.

Οικυρός. 668 ſq
Olai (Gudm.) vita, merita, ſcripta. 334 ſq
Omnberg (Io.) 37[illegible]
Operationes vitales vnde? 510
Opinator, perſona militaris. 650 ſq
Opitius (Paul. Frid.) 178
Osculum Regibus olim datum. 278 ſq
Otfridiana a Stadenio relicta. 345
Otto (Chriſtian. Beni.) 363. 729

P.

Paciani opusculum, Κέρβος dictum. 50 ſq.
Palma a Iudaeis in ritu geſtationis Faſciculi vſurpata. 437. victoriae ſignum 444
Πάντα κάλων σείειν, Prouerb. 87 ſqq

Pan-

Digitized by Google

Pantinus (Pet.) 702
Παρεπιδημεῖν. 303
Παροικεῖν. 303
Patauina Academia inſignia Germanis concedit priuilegia. 380 ſqq
Patriota Hamburgenſis recenſitus, laudatus, defenſus. 544. 707 ſqq
Patrum de S. Coena ſingulares loquendi rationes. 54 ſqq. eorum allegandi modus. 586 ſq
Patuſa (Io.) 698
Peltanus (Theod.) 703
Perceptio mentis quomodo fiat? 508 ſq
Perfectus quis dici poſſit? 659 ſqq
Peringſkioeld (Io.) 315. 336
Peterſenii (Io. Chriſtian.) notitia. 121 ſq. ſcripta. 122 ſq
Philoſtratorum loca varia emendata. 85 ſqq
Plutarchi errores quidam oſtenſi. 445 ſqq
Poloniae Lutheraniſmus. 64 ſqq
Poſſinus (Pet.) 703
Pouchenius (Andr.) 146ſqq
Praeceptorum Iudaicorum numerus. 199 ſq
Πρόνοια an per *victum* poſſit reddi? 231
Punici characteres habentur antiquiſſimi. 171

Digitized by Google

Q.

Quiſtorp (Io. Bernh.) 733

R.

Rachel an vrbs? 289. 683
Rambachius (Io. Iac.) 406 ſqq
Ramus frondens in feſto Tabernaculorum geſtatus. 435 ſqq. an hic ritus e Bacchanalibus ortus? 444 ſqq
Ratiocinatio. 521
Regni Candidati peculiaribus vtebantur olim veſtibus. 268 ſqq
Regum AEgyptiorum & AEthiopum diademata. 537 ſq
Renaudot (Euſeb.) 704 ſq
Reſurrectionis Dominicae tempus. 216
Reſuſcitatio corporum quomodo a Theophilo probetur? 234
Reverendus, titulus. 616
Reuſch (Chriſtian. Frid.) 554
Rhodomannus (Laur.) 699
Rigaltii (Nicol.) Gloſſarium a Io. Meurſio emendatum & ſuppletum. 647 ſqq
Ritter (Io.) 561
Rituum V. T. conditio. 459 ſq
Rogall (Georg. Frid.) 552

Digitized by Google

Roſtgaardiana Bibliotheca. 554 ſqq
Roſtochienſis Academiae ſtatus. 93 ſqq. Weſtphali de eadem bene meriti. 109. Rectores eiusdem Magnificentiſſimi. 110
Rous (Franc.) 703
Rugmanni (Ion.) vita, merita, ſcripta. 332 ſq
Runae. 170 ſqq

S.

זכה 184
סבב 184 ſq
Sancti, quorum Feſta ſaec. 13 & 14 celebrata. 490 ſqq
von Sanden (Henr.) 553
Sanguis pro actionum vitalium principio habetur. 511
Sartorius (Io.) 177
שבט 35
Scharbau (Henr.) 562
Schechina. 215
σχήματα quid apud Philoſtratum denotent? 86
Scheidius (Balth.) 182 ſq
Schudt (Io. Iac.) 698
Secundus, Sophiſta. 701

Seelen (Io. Henr.) Memoria Stadeniana recenſ. 338 ſqq. ſcripta alia. 179. 364 ſq. 562 ſq. 742 ſq
Senſus externi. 514 ſqq. interni. 518 ſqq
Senſus literalis an etiam reſultet e verbis tropice ſumtis? 404 ſq
Septuaginta Interpretes notati. 23. an a Scriptoribus N. T. adhibiti ? 23. 24. de iis iudicium. 162. eorum verſio ad Maccabaeum auctorem relata. 453
Sereniſſimus , titulus. 627 ſq
Sibeth (Car. Ioach.) 95
Sibrandi (Ioach. Henr.) notitia. 116. ſcripta. 116 ſqq
Sigebertus an fuerit Epiſcopus Moguntinus? 618
Sigilla Magica Borealium. 18 ſq. Sigillum Decani Hamburgenſis , in quo Maria conſpicitur. 500
Simulachra aurea in inſula Boringholmia agris eruta. 2 ſqq. 531 ſqq. per nummos bracteatos explicata. 545
Sincerus (Iuſt.) v. Iac. Staalkopff.
Σκύλλα. 651
Speculi Saxonici leges quaedam a Gregorio IX. Pontif. reiectae. 502 ſq
Spole (Haquin.) 702
Staalkopff (Iac.) ſub Iuſti Sinceri nomine edit

edit Vermiſchte Neben-Stunden. 547. 729. alia eius ſcripta. 547
Stade (Dieder.) vita, merita, ſcripta. 338 ſqq
Stadenſe Concilium 1328 habitum. 501
Stampelius (Georg.) 149
Staphorſtii (Nicol.) Hiſt. Eccl. Hamb. Diplom. recenſ. 487 ſqq
Starckii (Caſp. Henr.) Lubeca Lutherano-Euangelica recenſ. 140 ſqq
Stedingi quo ſenſu dicti haeretici? 495
Stockmann (Io. Chriſtian.) 739
Stricerius (Io.) 148
Strokrantzius (Io.) 148
Struvius (Frid. Gottl.) 739
Sturmius (Leonh. Chriſtoph.) not. 112 ſq
Suchland (Io. Caſp.) 553
Sueciae Antiquarii. 307 ſqq. Antiquitatum Collegium. 309 ſqq
Superintendentes Lubecenſes. 142. 143. 146. 149. 150
Surenhuſii (Guil.) Βίβλος καταλλαγῆς. 673 ſqq
Sylburgius (Frid.) 701
Symbolicorum verborum: *Bona opera mereri praemia*, verus ſenſus. 73 ſqq
Syriacae N. T. Verſionis auctor vir Apoſtolicus putatur. 589

T.

Tabernaculorum feſti ritus, geſtare faſciculum. 437 ſqq
Talmudicum ſtudium defenſum. 181
Τέλειος ἀνήρ. 659 ſqq. Τέλειοι Θεοί. 660. τελειοῦσθαι, τελείωσις. 664
Teutonicae linguae cultores praecipui Germani. 339. ſubſidia. 342 ſq
Theophanes, Archiepiſc. Novogrod. 369. 370. 738
Theophili ad Autolycum loca illuſtrata & vindicata. 217 ſqq
Theophylactus dictus Vulgarius. 48 ſqq. an Transſubſtantiationem crediderit? 53 ſqq
Thomaſius (Ioſ. Mar.) 702
Thorunienſis Tragoedia, liber. 368 ſq
Τι ſaepe omittitur. 235
Tiraquellus (Andr.) 692
Tituli reverendus. 616. venerabilis. 616 ſq. inluſter. 617. Apoſtolicus vir. 617 ſq. Sereniſſimus. 627 ſq
Transſubſtantiatio an a Patribus credita? 53 ſqq. 57 ſqq
Typographiae Islandorum initium. 331

V.

Digitized by Google

V.

V. & *B.* literae permutatae. 51
Velingius (Zach.), Sacramentarius. 147
Venerabilis, titulus. 616 ſq
Venetae vrbis encomium. 383 ſqq
Veſtes peculiares regni & magiſtratus candidatorum. 268 ſqq
Veteris Teſtamenti in Novo allegatio. 22ſqq
Victimae integrae oblatae ab Hebraeis. 663
gentilibus. ibid.
Virtus quid in ſe complectatur? 659 ſqq
Vlphilas. 352
Vocum minutiae cur obſeruandae? 423 ſqq
Vogt (Io.) 580 ſq
Vollandus (Io.) 699
Vorſtius (Io.) 698
Vpſala, an *Vpſalia*, ſcribendum? 347. 348
Vptonus (Io.) 702
Vulgaria. vid. Bulgaria.
Vulgarius in Apol. Aug. Conf. Art. IV citatus. 47 ſqq

W.

Wallini (Georg.) ſen. vita, ſcripta, merita. 353 ſqq. 371

Wei-

Digitized by Google

Weideneri (Io. Ioach.) notitia. 93 ſq. ſcripta. 95 ſqq. 547 ſq. 729 ſq
——— (Henr. Io. Pet.) ſcr. 732
Weſtphali de Acad. Roſtoch. bene meriti. 109
Weſtphalius (Georg.) 558
——— (Ern. Ioach.) 548. 734 ſq
Wilhelmus (Andr.) 144
Willenberg (Sam. Frid.) 551
Wolfii (Io. Chriſtoph.) Cur. Crit. & Philol. in Euang. & Act. Apoſt. recenſ. 292 ſqq. Anecd. Graec. 704
Wolfius (Abrah.) 552
——— (Iac. Chriſtoph.) 548 ſq. 735

Y.

Ὑποταγὴ quod proprie denotet? 232

Digitized by Google

Digitized by Google